dicemus: vitet irā sollicitudinē nimiuȝ calorē: nimiū laborē: ⁊ nimiū frigus: ⁊ vitet aerē pestilētialē: ⁊ loca sordida: ⁊ breuiter vitet oīa q̄ corpus extenuant: ⁊ hūores adurunt: ⁊ corp⁹ infrigidant ⁊ desiccāt. Itē vitet oēs fructus. ⁊ omnia frixa: ⁊ assa ⁊ cocta in pasta. Aer sit mūdus clarus lōge a lacubus ⁊ a superfluitatib⁹: ⁊ sit semp cōtrarius cause morbi. In leonina ⁊ allopicia eligatur aer frigidus: in tyria ⁊ elephātia eligatur aer vergēs ad caliditatē. Panis sit ex duabus ptib⁹ tritici mūdi nati in terra alta leui nō fimata: ⁊ ex tertia ordei mūdi. ⁊ sit de vna die ad alterā. Uinuȝ sit clar⁊ mūdū odoriferū citrinū: aqua sit mūda fontanea clara aliena ab omni sapore. ⁊ currat versus oriens. Carnes sint vt plurimū ⁊ quātū erit possibile volatilia tā domestica q̄ siluestria vsualia pterq̄ illa que degūt in lacub⁹ ⁊ aquis. ⁊ de quadrupedalib⁹ domesticis vtat edinis mōtoninis: vitulis lactātibus extremitates porcoꝝ incolētiuȝ mōtana sȝ raro. de siluestrib⁹ vtat cuniculo iuuene ⁊ tenero fere vsq̄ ad sex mēses sue natiuitatis quadā cōiectura pxima veritati: ⁊ de capriolinis cadeȝ regula. ⁊ de ceruinis eadē regula: oēs alias carnes vitet. De leguminib⁹ vitet oīa preterq̄ brodiū cicerū. Et de oleribus vtat borragine: spinargijs: feniculo nouello: petrosili. sparago. orco: bletis aliqn̄ cū lactuc. ⁊ herbis frigidis in cā ca. serpillo: ⁊ calidis in causis frigidis. De ouis pōt vti ouis gallinaꝝ sorbilibus. Sed de piscibus si ɔtingat ipȝ vti. vtatur piscib⁹ squamosis de aquis mūdis currētibus lōge a lacubus ⁊ superfluitatibus: de caseo nihil. De lacte posset vti aliqn̄ quādo anhelitus esset difficilis valde h̄ supposito q̄ nō corrūpatur in stomacho: ⁊ q̄ esset cōtentus illo cibo si esset possibile: vtat exercitio tēperato ante cibū: ⁊ in aere temperato: ⁊ a multis manibus fricet. De balneo ⁊ accidētibus anime ⁊ alijs cū similibus dictū est superius.

Clarificatio. Ista materia ē ita sordida q̄ magna clarificatione indiget: ⁊ ideo si aliqualiter ꝓlongemus: nullus debet habere ꝓ malo. In primis occurrit mihi dubiū ꝓpter ea q̄ vidi in quodā viro: vtrū esset possibile q̄ aliqs esset pfecte leprosus: nullo signo lepre in facie apparēte: ⁊ videt q̄ sic: q: possibile est q̄ mēbra faciei sint fortia: ⁊ extrēa debilia: ⁊ cū venit mā ad faciē q̄ mittatur ad extrema: ⁊ ita apparebūt signa i extremis ⁊ in facie nihil: ⁊ iō videmus in signis mortiferis q̄ apparebūt in extremis: ⁊ in facie nihil: ⁊ videmus vnam partē spasmari ⁊ aliā nō: ⁊ videm⁹ digestiuā corrūpi in vna pte ⁊ in alia nō. Possibile igit est q̄ extrema sint leprosa ⁊ totū corpus: ⁊ tn̄ in facie nihil apparebit. Et ecce q̄ accidit fuit quidā q̄ oēs digitos pedū ⁊ manuū habuit ita corruptos in forma ⁊ figura ⁊ solutione cōtinuitatis: q̄ de trib⁹ nō apparebat nisi vn⁹: nec erāt ibi vngues: ⁊ erat ibi vltimū enormitatis ⁊ feditatis: ⁊ tn̄ cū tāta enormitate nihil in facie penitus apparebat. Uidet igit ex h̄ exemplo q̄ aliqs sit leprosus confirmatus postq̄ cadūt ⁊ deformāt pedes ⁊ manus oīno nullo signo lepre in facie penitus apparēte. Oppositū videt sentire G. l. ⁊ Aui. alij ēt oēs q̄ ponūt signa lepre incipiūt a signis reptis in facie. q̄re videt q̄ nō sit possibile aliquē eē leprosū nullo signo in facie penit⁹ apparēte. De ista qōne ego nescio de⁹ scit: sȝ

tñ ꝙ occurrit mihi sine p̄iudicio dicā h̄ Dico igiẗ ꝙ nō est possibile aliquē eē pfectū leprosū nisi signa lepre notabili ter ꝛ manifeste appareāt in facie: forte bene est possibile ꝙ in facie cōparādo signa lepre erūt debilia: ꝛ in alijs erunt multū manifesta: s3 ꝙ penitus nullū si/ gnū appareat in facie nō videẗ possibi le: ꝛ rō dictoꝝ est: qm̄ mēbra nobilia interiora mittūt mā3 melācolicā ad ex teriora: tūc de facili recipiẗ in mēbro ra ro molli tenero cōcauo: qm̄ in cōcaui/ tatibus ꝓpter dispōnē receptaculi faci lius supflua recipiunẗ: nunc aūt mēbra faciei sūt talia mollia raꝝ multaꝝ cō/ cauitatū: ꝛ potissime versus oculū: ꝛ iō fortissima signa sumunẗ ab oculo siue mortis: siue vite: siue in moribus ꝛ phi sonomia. Et pp̄ h̄ dicebat Gal. in de crisi ꝙ oculus indicat dispōnē oino in tp̄e sanitatis nedum in tp̄e egritudinis Cū igiẗ mā melācolica corrupta reci/ pitur in cōcauitate nerui obtici trūcat: ꝛ corrodit mām ex qua generabanẗ ca pilli supciloꝝ: ꝛ ita cadūt depilanẗ igi tur in primis supcilia: ꝛ qꝛ mā est gros sa terrea nō pōt nā assimilare: ꝛ deinde ingrossat supcilia ꝛ generat nodos ꝛ pustulas circūquaqꝫ: deinde rōne mali ciei q̄ est in mā corrupta adusta cōtra/ hit lacertos q̄ mouēt oculū: ꝛ ita spas/ mus generatur: quare oculus rotūda tur. Iā igitur habemus q̄tuor ꝛ casum capilloꝝ q̄ sunt in supcilijs: ꝛ grossitiē supcilioꝝ ꝛ nodos ꝛ excrescentias cir cūquaqꝫ ꝛ rotūditatē oculoꝝ. Deīde cū mā vadat ad neruū auditus ꝛ tim/ pani exterioris: cōtrahit eū ꝛ debilitat ꝛ ita apparet in pulpis aurū cōtractio ꝛ macies ꝛ frigiditas: deinde cū recipi tur in carrūculis narīū ꝛ pulmōe ꝛ ca nalibus suis: cōtrahit illa mēbra ꝛ cor rūpit formā ꝛ figurā: ꝛ coartat interi⁹: ꝛ qꝛ mā multiplicaẗ exterius: iō exteri us dilatat nares: ꝛ iō h3 aspectū horri bilē: sicut illud aīal qd̄ appellaẗ sozon: vox igiẗ puificaẗ ꝛ raucescit: ꝛ anheli tus angustiaẗ: ꝛ in fine findūtur mēbra ꝛ cadūt. Signa ergo lepre ꝛ plurimū in plus apparēt in facie ꝓpter dispōnē loci: q̄ in alijs ptibus nō inueniunẗ: sic sunt cōcauitates ꝛ receptacula multa raritas subtilitas ꝛ teneritas. Nō vide tur igiẗ possibile ꝙ lepra sit cōfirmata ꝛ ꝙ nihil penit⁹ in facie apparet: imo ibi vt in plus ꝛ vt in plurib⁹. Intelligē dū ēt iuxta hoc sicut dictū ē ꝙ i lepra ē triplex morbus cōsimilis: officialis. ꝛ cōis: ꝛ inde cōsimilis est morbus: qꝛ le pra est error assimilatiue in carne: ꝛ in de p⁹ aliqd̄ signū ꝙ debeaẗ mrobo cō/ simili nō cognoscimus leprā: nec iudi/ camus: sed p ea q̄ debenẗ officiali: sicut est corruptio forme. Cū aūt videmus formā manifeste corruptā: stati iudica mus leprā esse: ꝛ est quodā mō simile in hoc: qm̄ in apostematibus ē triplex morbus: cōsilis: officialis: ꝛ cōis ꝛ ta/ mē cōsilis est morbus p se: ꝛ tñ in exte rioribus nunq̄ dicimus apostema nisi sit ibi tumor: ꝛ tñ tumor debeẗ mēbro officiali: ꝛ cū volumus scire nām apo/ stematū dicim⁹ ꝙ apostema est tumor p̄ter nām. Nō igiẗ venimus in cognitio nē eius p cōsimilia: sed p officialia. Et iō Gal. cū ponebat signa lepre in secun do de morbo ꝛ accidēti: accipiebat si/ gna sūpta a corruptione forme ꝛ figu/ re. Littera igiẗ Gal. tal. est. Leprosis aūt nasus dominaẗ anhelitus grossus effi/ citur aures subtiliātur: ꝛ fiūt quasi aīal illud qd̄ sozon vocaẗ. Et dicit Gal. in fi ne tertie pticule de morbo talia verba. Itē mala digestio nō generat maciē: s3

mutat speciē membri: sicut videmus in morphea ꝛ lepra. Ex quibus verbis ꝯcluditur ꝙ nullus dꝫ iudicari leprosus nisi manifeste appareat corruptio figure. Et dico vobis ꝙ totiēs repeto de corruptione figure: qm̄ pessime iudicātur vt mihi videt hodie leprosi: qui igit aures hꝫ aduertat si vult. Et tūc cū arguit ad primū dico ꝙ bn̄ est possibile ꝙ signa lepre sint magis detecta aliqn̄ in alijs ptibus ꝙ̄ in facie: ꝓpter fortitudinē mēbroꝝ faciei: ꝛ debilitatem alioꝝ: ꝛ qꝛ hoīes sūt magis solliciti in regimine faciei. Sed ꝙ nullū signū appareat in facie: nō videt possibile propter causas dictas. Ad exemplū dico quantū occurrit mihi ꝙ nō erat lepra: sed erat q̄dā spēs artherice: ꝛ q̄dam leprositas ꝛ scabies ꝛ vlcus vnguiū: quare corrūpebat forma ꝛ figura pedꝫ ꝛ manuū: sicut de ista mā tāgem⁹ inferi⁹ capl̄o de egritudinib⁹ vnguiū. Et iō dico vobis ꝙ illū volui absoluere: ꝛ frequēter interrogaui si aliqd̄ signū apparebat in facie: ꝛ steterat bene sic fere .xx. annis: ꝛ adhuc viuit cū illa feditate extremoꝝ: sꝫ nihil apparet in facie. Et iō ꝯiectura ꝓxima veritati ꝯiectuꝛ ꝙ nō erat lepra: nec videt possibile tanto tēpore stetisse quin facies fuisset corrūpta. Et lꝫ fuisset alterius opinionis: mō cū in isto opere diligēter elaborauerim sum alterius: nec mō aliquē leprosū iudicare: nisi signa lepre manifeste apparerēt in facie: de⁹ tn̄ scit veritatē ego nescio. Secūda dubitatio q̄ occurrit hic est vtrū lepra sit morbus totius. ꝛ est mirabile si est morbus totius ꝓpter tria: primo ꝓpter mām melācolicā adustā ꝛ corruptā ꝛ nature odiosāꝫ ꝛ cū rōne male ꝯplexionis frigide ꝛ sicce sit ꝯtraria in vltimo vite principijs: ꝛ cū h rōne corruptiōis armonie ꝯsimiliū ꝛ officialiū ꝛ vtroꝝq̄ꝫ: que omnia ꝯtingunt in lepra. Quo mō igitur tante corruptiones ꝛ ita intēse possunt esse in toto corpe vita manēte: non videt rōnabile. Oppositū tamē videt sentire Aui. qui dicit ꝙ est cācer totius quare ꝛc. Dicendū ꝙ lepra pōt esse vl' dici morbus totius ꝛ morbus ptis suo modo loquēdi. Intelligendū tamē ꝙ si leprā intelligamus malā ꝯplexionem frigidā ꝛ sic in carne corrūpēteꝫ assimilatiuā virtutē: ꝛ tūc lepra pōt dici morbus. Si aūt intelligamus p leprā illud qd̄ sequit hanc malā ꝯplexionē: sic est accidēs: ꝛ ita diuersis respectibus potest dici morbus accidēs. Et ita possumus dicere de spasmo ꝛ q̄busdā alijs appellat igit morbus vel accidēs non curo. Intelligēdū etiā ꝙ cuilibet actioni superueniunt tria accn̄tia quoꝝ cā est morbus. Assimilare igit nutrimentū ē q̄dā actio h igit actio qñq̄ꝫ aufert qñq̄ꝫ minorat: aliqn̄ corrūpitur. Quādo igitur actio assimilādi nutrimētū in carnē corrūpit: tūc est lepra: caro eni recipit mām melācolicā frigidā ꝛ siccā: ꝛ tunc nō pōt sibi assimilare nutrimētū ꝛ conuertere in carnē rubeā calidā ꝛ hu. sed generat frigidā phlegmaticā granulosam sepatā: q̄ non erat vera caro: ꝛ sic generat ita horribilis infirmitas sicut ē lepra: sicut tāgit Gal'. vj. de morbo. Lepra igit est error assimilatiue in carne: ista igit passio pōt dici totius: qꝛ materia mittit ad totū fꝫ Aui. pōt et dici totius ꝓ tanto qꝛ manifestat in ptibus integralibus ꝯstituētibus suū totū: sicut sūt mēbra ꝯsilia ꝛ officialia: ꝛ debita vnitas vtroꝝq̄ꝫ: cū lepra sit morb⁹ ꝯsimilis p se officiał ꝛ cōis secūdario: qꝛ igit ista ꝯstituūt totū ꝛ lepra aut ē aut

manifestatur in istis: iõ dicit toti⁹. Tertio põt dici toti⁹: qm̃ incipit ab interiorib⁹ ⁊ postea mãifestat in exteriorib⁹: et postea reuertit ad interiora: ⁊ tũc ẽ mors q2 igit occupat exteriora ⁊ iteriora: iõ dicit morb⁹ toti⁹. Quarto põt dici totius: q2 oẽs virtutes corrumpit de aiali p3 q2 falsa3 hñt imaginationẽ ⁊ sõnia terribilia: ⁊ insensibilitatẽ extremorum. de vitali p3 in voce ⁊ difficultate anhelit⁹. de nãli patet in fedo colore: ⁊ terribili aspectu ⁊ vl'i defedatiõe membrorũ. Quinto dicit toti⁹: q2 final'r totum corrũpit. his igit mõis ⁊ quibusdã alijs dicit morb⁹ totius. põt ẽt dici morbus partis suo modo loquẽdi. cum.n. membra nõ sint equaliter fortia: s3 fm plus ⁊ min⁹: tũc quedã mẽbra recipiũt materiã ⁊ quedã nõ. Et ideo i qbusdã mãifestatur. p2io in narib⁹ ⁊ i oculo nõ ⁊ in quibusdã i oculo ⁊ in narib⁹ nõ ⁊ in quibusdã in musculis ⁊ i supercilijs nõ. q2 quedã ptes recipiũt ⁊ quedã nõ. Ideo põt dici partis: qm̃ nõ est intelligendũ q̧ hic virtus assimilatiua corrũpatur in corde ⁊ epate ⁊ mẽbris principalibus: nec in membris solidis nec in radicibus: sicut sũt nerui arterie ⁊ ossa. qm̃ anteq̧ possent pati tantã corruptionem: cẽties prius adueniret mors: pro tanto q2 nobiliora sunt ⁊ mittũt supfluitates ad debilia. ⁊ pro tãto dicitur incipere ab interioribus: q2 virtus membrorum interiorum mittit materia3 ad exteriora. propterea vene arterie nerui ⁊ ossa propter soliditatem corꝫ materiam grossam non sunt apta suscipere. Preterea cum ista membra sint naturaliter frigida ⁊ sicca. non possunt pati tantum lapsum propter elongationem eorum a temperamento. vnde lõge veniret mors. Caro igit q2 fluit ⁊ refluit: ⁊ est membrum calidum ⁊ humidum potest recipere multas alterationes ⁊ corruptiões ⁊ trãsmutatiões vita manente. videns igit lepra q̧ nullũ membrum corporis volebat ipsam suscipe nisi solũ caro: ideo requieuit. ⁊ habitauit in ea. Est igit lepra morb⁹ carnis ⁊ non cordis nec ossis. ⁊ ita de alijs. iõ dicitur morbus partis. Questiones igit soluunt hinc inde diuersis vijs. Tertia dubitatio q̃e occurrit nũc est. s. vtrũ in lepra mala cõplexio sit equalis vel diuersa. ⁊ videtur q̧ sit equalis. cõplexio enim mẽbri nãlis videt victa ⁊ facta similis transmutãti. ⁊ nõ põt resistere notabiliter nec sensibiliter alteranti: imo mẽbrũ videt informatũ mala cõplexione supueniente ita q̧ naturalis total'r ẽ victa q̧ quãtum ad nostrũ iudiciũ amplius resistere nõ põt. Est igit equalis: ⁊ signa q̃ declarant hec sũt ista. Primũ est q̧ lepra cõfirmata ampli⁹ curari nõ põt. Scõm ẽ corruptio forme ⁊ figure. Tertiũ ẽ q̧ alia caro i spẽ videt cũ gnãtur. ⁊ q2 phlegmatica ⁊ q2 granulosa separata. Quartũ ẽ mẽbꝝ insensibilitas. Ista eni ⁊ silia declarãt malã cõplexionem equalẽ. Cõtrariũ videt sapẽ Gal. versus principiũ libri sui de mala complexiõe diuersa dicẽs sic: q̧ quedam ẽ mala cõplexio diuersa in toto: sic est in ydropisi carnosa.: ⁊ q̃dã in pte sicut in lepra ⁊ cancrena. Et ita dic duo: ⁊ q̧ lepra sit morb⁹ ptis: ⁊ q̧ sit ibi mala complexio diuersa. Littera tñ Gal. ẽ: lepra quoq3 hui⁹ gñis ẽ ⁊c̃. Dico quãtũ ẽ de pñti q̧ i lepra ẽ mala cõplexio diuersa: ⁊ nullo mõ põt eẽ eq̃lis. ⁊ si aliquo mõ equaret statim esset mors. Unde in ista materia debemus q̃tuor ꝯsiderare. primo. s. cõplexionem naturalem. secũdo malã supuenientẽ. tertio diuersitatem

τ distantiaꝫ huius male a nāli: quarto
terminū huius male cōplexionis sup/
uenientis qui terminus eius est equatio
τ victoria supra nālē: sic ꝙ naturalis fa
cta sit siꝲis transmutāti: τ mēbrū sit in/
formatū hac mala cōplexione supue/
niēte: τ tūc dicit mala cōplexio supue/
niens equalis. Et tūc cū querit si mala
cōplexio in lepra possit eē equata. Di
co ꝙ nō: duo eni vident ipedire: τ ma
licia cōplexionis q̄ ē frigida τ sicca op
posita principijs vite: τ pnecabilitas
mãe melācolice corrupte aduste τ q̄si
icinerate. Cū eni vita stet p ca. τ hu. τ
ista in vltimo ꝯrient: nō videt possibi/
le vita manēte ꝙ ista iformenc mēbra:
prius.n.esset suffocat⁹ pp anhelitū: aut
mēbra fuissent dissoluta pp solutioneꝫ
cōtinuitatis. Est igit in lepra mala cō/
plexio diuersa τ nunꝙ eq̄lis. Et cū di/
cebat Gal. lepra quoqꝫ huius generis
est. Dico ꝙ est hui⁹ generis cū cācro:
qꝛ vtrobiqꝫ est mala cōplexio diuersa
τ vtrobiqꝫ mala ꝯplexio cū mã τ vtro
biqꝫ est p viā deriuatiōis nō cōgestio/
nis τ vtrobiqꝫ ē materia multa adusta
corrupta. Oībus eni istis modis ē hui⁹
generis: sꝫ in hoc nō est hui⁹ generis ꝙ
lepra sit morb⁹ ptis sicut cācer: nisi for
te a principio: qꝛ aliqua ps carnis reci/
pit corruptionē in lepra: τ nō tota ca/
ro. Nec est necessariū ad h̄ ꝙ sit mor/
bus totius ꝙ sit in toto: sicut pꝫ i ydro
pisi q̄ est morb⁹ toti⁹: τ tñ nō ē i osse. τ
in paralisi vl'i q̄ nō est nisi in medieta/
te corpis: si eni esset in toto corpe esset
apostema. τ instātie nō sūt sufficiētes.
Ad primā dico ꝙ multe sūt egritudi/
nes incurabiles: sicut febris acuta que
interficit in prio pyodo aut infra: τ tñ
mala complexio nō est equata. Ad se
cūdā instātiā dico ꝙ corruptio figure
nō signat equationē. sꝫ lepre cōplemē/
tū τ pfectionē: sic eni in ethica eēt a pri
cipio figura corrupta: τ ita eēnt oculi
rotūdi: τ ita de alijs. Et ita in lepra nul
la differētia cōstitutiua discretiua. Ad
tertiū dico ꝙ remanet spēs carnis: licꝫ
alteratio sit magna: cōplexio .n. carnis
est ca. τ hu. τ nature consentanea: τ iō
pōt alterari τ variari p viā multitudi
nis τ paucitatis: alie aūt cōplexiones
nō sic: q̄re τc. Ad vltimū dico ꝙ isensi
bilitas nō est accñs virtutis nālis: sed
aīalis p se: sicut minoratio mēbri nō ē
accñs assimilatiue p se. sꝫ magis disse/
minatiue. Et iō macies corpis nō ē de
differētijs cōstituētibus leprā. Prete/
rea leprosus nō amisit sensū oīno nisi
aliqñ in extremitatibus: immo sentit se
grauatū τ debilē. Sꝫ mirabile est ꝙ in
ethica vbi est egritudo ꝯfirmata ꝙ ha
beat sensū exteriorē: τ nō hēat sensū ꝓ
prie passiōis: cū ꝯriū accidat in lepra.
Nec est mala cōplexio diuersa vbi sen
sus exterior nō ē pfect⁹. imo si tāgatur
cū acu nō sentiet τ tñ aliquo mō habet
sensum sue ꝓprie passiōis. Dico ꝙ ma
la cōplexio in ethica est ca. τ nō aufert
sensū exteriorē: cū calor possit penetra
re. sed sensū sue passionis aufert. qꝛ nul
la est cōtrarietas nec passio frigida. in
lepra aūt frigidū claudit poros τ ipe/
dit aduētū spūs: τ ita ipedit sensus ex
terior. Quarto posset aliqs dubitare
si cōpeteret phloīa postꝙ apparet cor
rupta figura. Dico ꝙ i sentētia ē istud
explanatū: qm̄ qñ figura mirabiliter ē
corrupta: tūc mã est delegata ab iterio
ribus ad exteriora: tūc aūt meli⁹ est ꝙ
mã corrupta sit in exterioribus q̄ in in
terioribus iuxta mēbra nobilia: qm̄ ci/
to interficeret. Et iō nō cōpetit phloīa
postꝙ figura est corrupta: vñ directe τ

ꝑ ſe nõ cõpetit phloĩa:niſi ꝑ accidens: ſicut dictũ eſt: vt ſi ſanguis nimis dña/ retur ⁊ eſſet cã aut nimia repletio vbi eſſet timẽdũ de ſuffocatione:aut vbi ca ueremus putredinẽ in venis: ⁊ alia q̃ dicta ſũt ſupius. In ſentẽtia tñ bñ dico vobis ꝙ turpiter video hoĩes quoti/ die errare in phloĩa leproſoꝝ:multoti ens vidi ꝙ ad nihil aliud intẽdebãt me dici niſi ꝙ totũ ſanguinẽ traherẽt: vigi late ergo. Quinto poſſet aliqs dubita/ re de balneo aq̃ dul. vtrũ cõpetat in le/ pra. Dico ꝙ ſi aliqs auctoꝝ dicat ꝙ ñ ꝯpetit veꝝ ẽ ſolũ qꝛ balneũ nõ mũdifi cat niſi qḋ ẽ iuxta cutẽ: ⁊ ꝑ tãto ꝯpetit ĩ ĩpetigĩe ⁊ ſerpigine:ſʒ ĩ lepra mã ẽ ma gis ꝓfũdata ⁊ balneũ aq̃ dulcis ñ ſuffi ceret:ĩdigem⁹ igiť fortiorib⁹:ſicut ẽ ſtu pha cũ herbis ⁊ ſĩlib⁹ ſič dcm̃ ẽ: ⁊ poſt/ ea ꝙ abluať cum aq̃ dulci: ⁊ ꝑ hũc mo dũ bñ ꝯpetit. Sexto ĩtelligẽdum ꝙ cã ĩmediata lepre ẽ hũiditas cãta ex hu. colerico retinẽs ꝓprietatẽ ⁊ diſpõnẽ hu moris:q̃ hũiditas ſiue hũoꝛ ẽ ita horri bilis ꝙ nã carnis nõ põt ꝑfecte ſibi aſſi milari: ⁊ iõ corrũpiť aſſimilatio ⁊ gnã tur lepra. Et licʒ qlibet alioꝝ humoꝝ poſſit eſſe cã lepre:nullo tñ mõ cã ime diata pñt eſſe qꝛ nullus hʒ tãtã ꝯtrieta/ tẽ ad nãʒ hũanã ſič melãcolia:qre opʒ ꝙ adurantʻ ⁊ ĩ melãcolia trãſmuteť ⁊ il la melãcolia trãſit vlteri⁹ in hũiditatẽ: licʒ nõ ꝑfecte digeſtã nec dealbatã nec mũdatã:ſʒ eſt hũiditas feculẽta terrea horribilis ĩtãtũ ꝙ nõ eſt in ꝑtãte nãe ꝙ illa in mẽbris ꝑfecte aſſimileť. qre ⁊c. Septimo notãdũ ꝙ putrefactio mate rie cauſantis leprã nõ ẽ putrefactio flui doruʒ ⁊ liqdoꝝ ſič in febrib⁹ nec ẽ pu trefactio ex q̃ ſanies cauſať. nec virulẽ/ tia ſič in apoſtematib⁹. Sʒ ſi aliqs di/ cat putrefactionẽ ibi eẽ h̃ eſt dictu adu

ſtionẽ ĩcinerationẽ: ⁊ ita mã lepre ẽ pu trefacta. Octauo aduertẽdũ ꝙ erroꝛ ſe cũde digeſtiue in epate põt eẽ cã lepre remota:ſʒ erroꝛ v̓tutis ĩmutatiue ĩ car ne ẽ cã ĩmediate. Nono ĩtelligẽdũ ꝙ cũ mã lepre ſit hũoꝛ melãcolicus innãlis aduſtus ⁊ incinerat⁹ iõ diuerſa inducit ſinthõata:qꝛ altera ꝑs vadit ad vias vrinales. ⁊ iõ apparẽt ibi arenule: alte ra aũt ꝑs vadit ad muſculos ⁊ ꝯſumit eos. ⁊ potiſſime illũ q̇ eſt ĩter pollicẽ ⁊ indicẽ rõne ſubtilitatis. ⁊ altera vadit ad pulmonẽ ⁊ cãnã ⁊ lacertos viaruʒ anhelitus ⁊ oculoꝝ: ⁊ iõ ſpaſmat ⁊ cõ trahit ⁊ ĩmutat oẽs illas ꝑtes: vt dictũ eſt ſupi⁹. ⁊ cũ vapoꝛ ille multiplicat ſe ad ſupcilia ⁊ nares ⁊ faciẽ: ĩgroſſat ⁊ ĩflat illas ꝑtes ⁊ ita ꝑ diuerſa ſupplicia corrũpit corp⁹ hũanũ. Decio notãdũ ꝙ mã lepre lʒ nõ ſit ĩ mẽbris pricipali bus cãta:tñ ẽ tante ꝑnecabilitatis ꝙ in matrice corrigi nõ põt: ⁊ iõ eſt morb⁹ hereditari⁹ ⁊ podagra ſilr. Et tñ ſi ha bẽs epar calefactũ generet nõ dimittet hereditatẽ gnãto:lʒ ſit in mẽbro prici/ pali ⁊ alia nõ:qm̃ mã eſt magis ĩcorri/ gibilis:igiť mã incorrigibilis ⁊ inrecti/ ficabilis generat morbũ hereditariũ. ⁊ ĩterficit ſe ⁊ vicinũ ſuũ:ſič iſta ſe. acuta ptiſis pedicõ. ſcabies. ſacer ignis. an/ trax. lup. lepra nobis ꝯtagia ꝑſtãt. Un decimo occurrit nobis mirabile. qũo h̃ ẽ poſſibile ꝙ leproſus generet. ⁊ ſi ge/ neret qũo maſculũ cũ ſperma ſit corru ptũ ⁊ diſtẽperatũ ĩ ſuba ⁊ cõplexione. ⁊ talia ĩpediãt gnãtionẽ ⁊ potiſſime fi lioꝝ. Dico ꝙ lʒ iſta ĩpediãt:plus tñ ĩ/ pediť gnãtio pp peccatũ cõplexiõis ꝙ ſube ſpmatis. Et iõ lʒ ſpma leproſi ſit corruptũ ĩ ſuba corruptiõe irreuocabi li. corruptio ſeu alteratio cõplexionis aliquo mõ alterabilis eſt:qm̃ poſſibile

est ꝙ leprosus sit boni regiminis ⁊ tps tēperatū: ⁊ ita corrigit lapsus ꝯplexionis: ⁊ ꝙ inuenit in matrice ēt rectificat ⁊ ita poterit gnāre ⁊ filios: ⁊ vt videmus negare nō possumꝰ: qꝛ igit lapsus cōplexiōis aliq̄ mō corrigibil͛ est: ⁊ ille plus facꝛiō ⁊c. Uel possem dicē ꝙ quicūqꝫ leprosus nō gnāt: sꝫ ille vbi nōdū vehemēs corruptio facta ē: ⁊ iste habꝫ mēbra īteriora sana: lꝫ exteriora sint infecta: ⁊ qꝛ spma decidit a mēbris pricipalibus: iō pōt gnāre ⁊ masculū: sꝫ sanū simpl͛r nō: qꝛ semē īfectū ē: lꝫ nō corruptū: ⁊ iō generat sibi sil͛e: sicut podagricus: dato eni ꝙ mā nō decideret nec a pede nec a carne. Duodecimo ⁊ vltimo notandū h̄ ꝙ nulla via ⁊ nullo mō cōpetit coitus in lepra: nisi in mā sanguinea an̄ eiꝰ cōfirmationē: qm̄ infrigidat sic phloia: ⁊ iō nō cōpetit phloia ī cōfirmata: qꝛ nimis īfrigidaret: ⁊ ipse magis īdiget calefaciētibꝰ ⁊ hūectātibus tēperate quātū ē de nā rei. Et si dicatur ēt cōpetit coitus in mania. Dico ꝙ in mania nō est tāta corruptio nec incineratio sic̄ in lepra: ⁊ iō in mania pōt cōpetere. Jn lepra aūt mā nō est solum corrupta sꝫ ēt venenosa: ⁊ iō cū mouetur mā venenosa īterficit ptes vicinas. Qm̄ igit cōmouet hūores ⁊ materiaꝫ venenosam pmiscet cū hūoribus ⁊ infrigidat ⁊ desiccat: ⁊ oēs leprosi sūt frigidi ⁊ sicci in radice quātuꝫ est de natura egritudinis: iō in lepra coitus nō cōpetit lꝫ sit vulgaris opinio ⁊ erronea ꝙ nō solum cōfert sed curat.

¶ Caplm .xxiij. de morphea.

Morphea est cutis defedatio maculosa.

Cause. Intelligendū ꝙ omnia illa que sūt causa lepre sūt cā morphee. vn̄ qđ est lepra in carne est morphea in cute. Aduertēdū igit ꝙ morphea hꝫ cōueniētiā cū lepra: qm̄ sicut in lepra errat virtus assimilatiua: ita in morphea: sꝫ in h̄ differūt: qm̄ lepra est in carne. ⁊ morphea ī cute. Morphea etiā habet cōueniētiā cū yctericia: quoniā vtrobiqꝫ est cutis maculata. Sed differūt qm̄ morphea est infectio in cute maculosa partim sic ⁊ partim nō: sꝫ in yctericia est vl͛is vel quasi vl͛is cutis defedatio. Secūda differētia est: quoniā in yctericia nō errat virtus assimilatiua: in morphea āt errat. Cōcludit igitur ꝙ morphea est error virtutis assimilatiue in cute. Cōsiderādū etiā circa istam materiā ꝙ auctores cōiter loquēdo nō ponūt nisi duas spēs morphee .s. albā ⁊ nigraꝫ de quo sūme miror qꝛ postq̄ morphea ⁊ lepra nō differūt nisi qꝛ hec in carne: ⁊ hec in cute: ⁊ spēs lepre sūt quatuor: ita ⁊ morphee. Et forte nō posuerūt auctores qꝛ non fuerūt famose. ⁊ raro accidūt: qm̄ si sit de sanguine ⁊ sit in facie appellabit gutta rosacea: si sint in residuo corpis appellabunt rubores: ⁊ si infectiones sint de co. appellabit īpetigo ⁊ serpigo: ⁊ ita iste due spēs absorpte sūt: sꝫ scia medicine rez̄ ē scia ⁊ nō vocū: sicut scribit tertio de morbo: ⁊ iō nec de nūero: nec de noībus curo: dū tn̄ res intelligamꝰ. Supponamus igit ꝙ quatuor sūt spēs morphee: quedā est de sanguine adusto: quedā de colera adusta: quedā de phlegmate salso: ⁊ q̄dā ō mel͛ia adusta

Signa. Si color fuerit rubeus fuscꝰ maculosus: tc̄ ē de san. ⁊ si fuerit citrinꝰ ⁊ fuscꝰ maculosus tūc de co. ⁊ si fuerit albꝰ maculosus tūc de phlegmate: ⁊ ista spēs est famosa.

⁊ ſi color fuerit niger macłoſus: tūc ē ō melia. ⁊ iſta ſpēs eſt famoſa. De noib⁹ igit̄ nulla ſit ꝯtētio: dū tñ res ītelligam⁹

Pronoſtica. Si morphea fuerit nouella curabilis ē. ſi antiqua īcurabilis ē. vel cū magna difficultate. Si morphea oc cupauerit modicū ſpaciū curabilis ē: ſi magnū difficile ē. Si loc⁹ morpheatus pūgat̄ cū acu ī ſupficie cutis: ita ꝙ nō ꝓfundet̄ vltra cutē. ſi ſāguis exierit cu rabilis eſt. ſi aūt aquoſitas incurabilis eſt: aut cum magna difficultate valde.

Cura. Supponam⁹ bonā dietaꝫ ⁊ bonū regimē ſicut in le pra. ⁊ digōnē ⁊ euacuationē iuxta ꝯue nientiā hūoris peccātis: ſicut dictū eſt ī lepra. Tūc veniamus ad localia reme dia. In primis fricet̄ fortiter loc⁹ cū pā no aſpero. ⁊ tūc ſi cutis infectio fuerit de cā calida nō curo: ſꝫ emplaret̄ mor pbea vel infectio cutis: dū tñ loc⁹ ſit ru beus vel citrin⁹ maculoſus. tū corpore purgato ⁊ mūdificato ſic decet. ⁊ bōa dieta ſuppoſita. ℞. auripigmē. rubeū ⁊ pulueriꝫet̄ fortiter ⁊ cū ſucco de fūo terre piſtet̄: ⁊ informent̄ trociſci: deſic cent̄ in vmbra: ⁊ cū vti volueris diſtē peret̄ vnus vel plures cū ſirupo de fu mo terre: ⁊ fiat ad modū vnguēti: ⁊ lo cus maculoſus inungat̄: ⁊ in craſtinum abluat̄ cū aqua furfuris calida. ⁊ ſit re gula gnālis in quacūqꝫ infectiōe rubea aut citrina in quacūqꝫ pte corporis fue rit. ꝙ nūqꝫ locus maculat⁹ abluat̄ cum aq̄ frigida: ſꝫ ſp cū ca. qꝛ frigida colore rubeo colorat: ⁊ calida diſcolorat. Et ſit etiā regula ꝙ in oib⁹ infectionib⁹ ap ponat̄ fum⁹ terre. Si aūt morphea fue rit de cā frigida: corpe mūdificato: tūc fricet̄ loc⁹ fortiter cū folījs fic⁹: ⁊ pte rea inūgat̄ cū oleo de tartaro. Oleū āt de tartaro ſic fit: tabule tartari calcinen tur in furno calcinatiōis: ⁊ poſtea po nantur ſup marmore: ⁊ qō diſtillabit̄ ꝑ filtꝝ erit oleū clariſſimū. ⁊ reſeruet̄ in vaſe vitreo ⁊ loc⁹ inungat̄: ⁊ curat ꝑ culdubio. Si iſte mod⁹ non eſt notus niſi alchimiſtis qꝛ mod⁹ alchimicus ī multis ē vtilis in medicina. ſed ī alījs ē ita triſtabilis ꝙ ī ei⁹ via infinitiſſimi pe rierūt. Uel ſic ſi infectio fuerit de cā ca. inungat̄ loc⁹ cū vnguēto citrino actua to cū litargiro. Et ſi fuerit de cā frigida addat̄ vnguentū fuſcū. vnguentum ad ſcabiē: ⁊ acuat̄ cū ſulphure viuo. Uel pōt fieri vnguentū ex iſtis: cui⁹ mālia ſunt calx abluta. ſulfur canulatū. atra mētū. auripigmētū. ru. ⁊ cit. ſal armōia cū. viride eris. alumē. es vſtū. litargiꝝ. cathimia aurea ⁊ argētea. marchaſita. radix ariſtoł. radix cucu. aſinini. radix lilīj. ⁊ gētiāe. ⁊ dragōtee. ⁊ yari. ⁊ ſan guis leporis affodilł. cātarides. aloes. myrra: ſtaphiſagria. ſpuma maris. ra dix vitis albe. ⁊ ſe. ſinapis. ⁊ ſe. rapha ni. eruca. flos papaueris ruffi. gumi ru. the agreſtis. euforbiū. acetū. enula. ſql la. folia fic⁹. vipera. piper. mel. ⁊ ſilia. Accipiant̄ aliq̄ ex iſtis aut pła: aut oīa ſm certas doſes iuxta ꝯueniētiā ptīcu lariū. ⁊ pulueriꝫent̄ ⁊ buliāt in oleo: ⁊ loc⁹ inungat̄. Aut cū tota ſb̄a ⁊ cera ⁊ oleo fiat vnguētū. ⁊ pñt fieri ēpła: aut pulueres ⁊ młta ꝯſilia. iuxta arbitriuꝫ opantis. ⁊ ēt aq̄. Et ſi loc⁹ veſicet̄ ⁊ flu at aq̄ſitas ⁊ ſāguis. bonū ē qꝛ mā eua cuat̄. Si aūt morphea ex his nō curet̄ tūc curet̄ cura lepre. Et ita ītelligēdū ē de oī infectiōe: qm̄ in lepra tractauim⁹ magis particulariter. hic aūt ⁊ in mul tis ſimilibus multum breuiter tracta mus. ⁊ ideo ad complementum recur ramus quod eſt in capł̄o de lepra.

Clarificatio. Intelligendū ꝙ i morphea sicut dicūt sapiētes nō cōpetit phlobotomia: ꝛ verū ē qm̄ ipsi non ponebāt nisi duas spēs: ꝛ q̄libet erat de cā frigida. Possumus ēt dicere ꝙ in aliq̄ spē sicut i lepra non cōpetit phlobotomia: ꝛ potissime postq̄ egritudo ē cōfirmata. qꝛ mā traheretur ab exteriꝰ ad interiora. Attamē si nos ponamꝰ morpheā de sanguine seu rubores: tūc in principio cōpetit phlobotomia. Si etiā ponamꝰ morpheam de co. seu infectiōes: ꝛ corpꝰ sit plectoricū: a principio pōt cōpetere phlobotomia. Nec videt procedere rō quā ponit Auic. ꝛ quidā sequaces eiꝰ: qm̄ vbi est sanguis multꝰ malus ꝛ paucꝰ bonus phlobotomia bonū rapit: ꝛ malū dimittit. Tunc ponamꝰ sanguinem putrefieri intra vasa sicut in sinocho: ꝛ nō est plꝰ de sanguine malo q̄ de bono: ꝛ tn̄ sit phlobotomia. Nec valet rō qꝛ natura retinet bonū qꝛ indiget: ꝛ dimittit abire malū. sicut videmꝰ i farmacia cū superfluit: qꝛ vltimo euacuat sanguinē. vn̄ igitur pōt cōpetere phlobotomia in morphea a pricipio sanguie domināte: aut corpe plectorico exn̄te. Secundo debemꝰ intelligere ꝙ cā imediata morphee ē error virtutis tertie digestiue. qꝛ morbꝰ cutis. tn̄ cā antecedens potest eē error aliarū digestiuarum: ꝛ potissime epatis materiam corruptā generantis: qua expulsa ad cutē virtus tertie digestiue assimilare nō pōt. ꝛ iō nō erat expulsiua nisi p accn̄s eo ꝙ virtꝰ expulsiua interiorū fortis mittit ad exteriora: ꝛ virtꝰ cutis expulsiua debilis a se expellere nō pōt. digestiua ergo erat p se. sꝫ expulsiua p accn̄s. Tertio notādū ꝙ cū nālia pfecte se hn̄t: ꝛ non nālia recte administrātur. tunc hūores q̄tuor sunt obedientes tāq̄ nō peccantes nec quātitatiue nec qualitatiue. sed ordine turbato cū hūores peccant quantitatiue ꝛ qualitatiue: tūc sunt inobedientes. qua igitur rōne phlegma ꝛ melīa cū nō sūt sub naturali dispōne sunt inobedientes ꝛ generāt morpheam. ita san. ꝛ co. cum non sunt sub naturali dispositione sunt inobedientes ꝛ causant morpheā: sicut etiaꝫ causant lepram quod est fortius. Quarto aduertendū ꝙ ictericia defedat totā cutem ꝛ morphea nō. sꝫ ē defedatio maculosa: cuius ratio ē: qm̄ i ictericia materia nō ē ita maliciosa nec ita corrupta. ꝛ ideo oēs ptes cutis recipiunt ipsam equaliter: in morphea aūt ē magis corrupta. ꝛ iō partes cutis fortiores expellūt ipsam a se: ꝛ debiliores recipiunt eā. Quinto itelligēdū ꝙ morphea quāto plures partes occupat tanto difficilius curatur: qm̄ materia maior ꝛ virtus debilior. Sed i ydropisi in qua totum corpus inflatur facilior ē curatio a principio: q̄ in illa in qua nō totum inflat. pro tanto qꝛ sunt due spēs ꝛ ex alia materia: sicut est tympanites ꝛ asclites. In morphea aūt eadē ē materia in parte ꝛ in toto. Sexto aduertendū ꝙ mā morphee adhuc exn̄te in venis bene pōt fieri phlobotomia: sed postq̄ notabiliter apparet extra nō: quantum est ex hoc: vt dictum est in sententia. Septimo notandum ꝙ a principio morphee potest dari medicina fortis debilis: ita ꝙ sit fortis i se: sed ꝙ detur in pua quātitate: qm̄ lꝫ morbus sit cronicꝰ ꝛ quātū ē ex hoc debilis medicina debꝫ dari vtroq; modo: tn̄ si egritudo eēt confirmata piculū eēt. ꝛ iō pro acuta reputatur q̄ ad fortitudinē medicie: sꝫ nō q̄ ad quātitatē. iuxta illud ypo. Ad vltimas egritudies vltie curatōes sīt potētes ꝛc̄.

¶ Caplm. xxiiij. de scabie.

Scabies eſt infectio cutis aliqñ ſq̄moſa pꝛuriginoſa. aliqñ ſic. aliqñ hu. aliqñ ſanioſa: vt plurimū in extremitatibus. aliqñ magnā ptē coꝛpiſ occupās.

Cauſe. Cauſe hui⁹ paſſiōis ſunt hūoꝛes coꝛrupti ī epate gñati: q̄ ꝯuerſi ī fumoſitatē ⁊ vapoꝛē a virtute regitiua ī coꝛpis ſupſiciē expelluntur. vñ ſi vapoꝛ fuerit nimis ſbtil' euapoꝛat īſenſibilr. ſi aūt nō fuerit in tanta ſbtilitate ⁊ poꝛi fuerit dēſi: ꝯuertūtur in ſudoꝛē. Si āt fuerit groſſi gñat ſcabies Si fuerit mediocres gñat pꝛurit⁹: ⁊ ſꝫ maioꝛē vl' minoꝛē coꝛruptionē gñantur infectiōes diuerſe. Sudoꝛ igit grauatiuus grauis odoꝛis āñcedit. ⁊ ſi coꝛruptio augumētet cātur pꝛurit⁹. ⁊ ſi plus foꝛtificet gñat ſcabies. ⁊ ſi pl⁹ ſcabies ſeda. ⁊ ſi pl⁹ ipetigo ⁊ ſerpigo. vbi eſt maioꝛ aduſtio ⁊ nō ē ibi ſanies. ⁊ ſi pl⁹ moꝛphea. deīde lepꝛa. Lētigines igit ⁊ pāni. ⁊ alie īfectiōes mlte gñant ex ſupfluitatib⁹ ad cutē delegatis: qñ mā eſt multa ⁊ v̄t⁹ expulſiua cutis ē debilis: remanēt iuxta cutē ⁊ faciūt diuerſa gñā infectionū: ſꝫ diuerſitatē hūoꝛis peccātis. Scabiei igit ſūt q̄tuoꝛ ſpēs. ex ſan. ex co. ex melia. ⁊ ex phleg. ſalſo. Adurit āt ſan. qñ ī cibis ⁊ potib⁹ ſpēs aromatice ī nimia quātitate apponunt. ⁊ ita ē ō alijs hūoꝛib⁹: ſic ē pip ⁊ allea. ⁊ vinū puꝝ. ⁊ ſtare ī ſole. ⁊ laboꝛ fatigatoꝛi⁹ ⁊ ita ō alijſ q̄ adurūt ſan. ⁊ hūoꝛeſ

Signa. Scabies ſi fuerit ex ſanguie tūc loc⁹ v̄git ad ruboꝛē cū hūiditate ⁊ pꝛuritu magno ⁊ delectatiōe magna ī pꝛuritu: lꝫ ī fine ſit doloꝛ. Si aūt fuerit de phleg. ſalſo ſunt ibi ſq̄me ⁊ ſanies ⁊ pꝛurit⁹ vehemēs ⁊ delectatio ī ſcalpēdo: ſꝫ ī fine eſt vehemēs doloꝛ. Si aūt fuerit de melia: loc⁹ toci⁹ ī circuitu v̄git ad nigredinē ⁊ puſtule ⁊ ſcabies ſunt ſicce cū modica ſanie ⁊ virulentia. Si aūt fuerit de co. locus vergēs ad citrinitatē cū magno pꝛuritu ⁊ ſiccitate ⁊ ſciſſuris.

Pꝛonoſtica. Scabies ī decrepitis ē difficilis curatiōis aut īpoſſibil'. ſufficit. n. blādire: ⁊ ꝙ bonū regimē īducat. Scabies ſeda vlceratio fetida multas ptes coꝛpis occupās ⁊ coꝛrūpēs hꝫ malā radicē: ⁊ appꝛoximat ad malas egritudines ⁊ ē diffic il' curatiōis valde. ſi fuerit parua modicā ptem coꝛpis occupās: non anguſtioſa: nō ſomnū auferens: facile curabitur: ⁊ econtrario contrarie.

Cura. Si fuerit ex ſa. fiat phlo ia ⁊ mūdificet coꝛp⁹ cū manna ⁊ caſſiaſi. ⁊ tamari. p̄cedēte vſu oxizacē: ⁊ ſiru. de ſuō t̄re. ⁊ ſiru. de boꝝ. Si aūt fuerit de co. ⁊ coꝛpus ē plectoꝛicū fiat phloia: deīde vtat ſiru. acetoſo. ⁊ viol'. ⁊ de fumo terre. ⁊ purget cū mirabol'. citris. ⁊ idis. ⁊ caſſiaſi. paratis ſicut decet. Et ſi fuerit ſcabies ⁊ nō curetur. purget cū electu. de ſucco ro. ⁊ triſ fera ſarracenica: ⁊ yeraruffi. Si āt fuerit de phleg. ⁊ coꝛp⁹ ſit plectoꝛicū ⁊ virtus foꝛtis: fiat phloia: deīde vtat oxil'. diur. oxizaccā ꝯpoſita: ⁊ ſiru. de fumo t̄re: deinde purget cū mirabol'. chebul'. ⁊ indiſ. p hūc modū. ℞. floꝝ boꝛ. floꝝ viol'. folioꝝ ſene. epithi. liq̄ri. munde. vuaꝝ paſ. mund. abaril'. añ. ℥. ſ. agarici. turbith. ʒiʒi. añ. ʒ. iij. fiat dco. cū ſero caprino. ⁊ ī decoctione tēpent coꝛtices mirabol'. chebl'. indoꝝ añ. ℥. j. fricent lēto igne: ⁊ colet ⁊ det in auroꝛa vſq3 ad lib. ſ. Et ſi foꝛti⁹ purgare volum⁹ purget, ℞, aloes. agarici. turbith. añ. ʒ. j.

℈.ſ.pulpe coll.grana.vj.folioꝝ mēte.
folioꝝ abſinthij.an̄.℈.ſ.ʒizi.maſticis.
aneti bdelij.an̄.℈.j.ↄficiantur cū oxil.
ſquill.⁊ fiāt pille ⁊ dent de ſero vacuo
ſtomacho pꝰ.vij.dies ſue ↄfectiōis.Si
aūt adhuc fortiꝰ purgare volumꝰ pur/
gemꝰ ſic.℞.yerap.℥.ſ.yeraruffi.ʒ.iij.
eſule maſticis.an̄.℈.j.miſceant ⁊ fiant
pille.Si aūt fuerit melia vtatur oxill.
diur.ſquill.ſiru.de fumo terre.an̄.li.ſ.
miſceant.Mā digeſtiua purget cū mi/
rabol.indis.bellicis.⁊ emblicis.⁊ epi/
thimo patis ſic decet.Et ſi fortiꝰ ſic.℞
diaboꝝ.diaſene.yeraruſſi.an̄.ʒ.iij.lap.
armenici.ix.abluti aneti.an̄.℈.j.miſce/
antur ⁊ fiāt pille.Corpe aūt mūdifica/
to fiat ſtupha:⁊ ſi cā fuerit ca.ponant
iſta ī ſtupha.floꝝ bor.floꝝ viol.flores
nenupharis.epithi.camomille.mellilo
ti:fumi terre.an̄.lib.ſ.miſceant.⁊ exeū
ti a ſtupha dent rubee trociſcate.ʒ.iij.
deinde inungat cū iſto vnguēto.℞.vn
guēti citrini lib.ſ.litargiri.℥.ij.ſulphu/
ris.ʒ.iij.miſceātur cū ſiru.de fumo tre
⁊ inungat.Si aūt cā fuerit ca ponant ī
ſtupha ea q̄ dcā ſūt:⁊ plꝰ ſcabioſe:la/
pacij acuti.an̄.lib.j.⁊ exeunti a ſtupha
q̄libꝫ vice det ſibi auree alexādrine.ʒ.
ſ.deinde inūgat cū iſto vnguēto.℞.vn
guēti fuſci.vnguēti ad ſcabiē.an̄.lib.ſ.
calcis extīcte ſulphuris litargiri.an̄.℥.
ſ.ↄficiātur cū ſiru.de fumo terre ⁊ mi/
ſceant.Mālia aūt vnguētoꝝ valentia
ad oēm ſcabiē ſm tn̄ plꝰ ⁊ minꝰ ſūt iſta
ſuccꝰ boꝝ.ſuccꝰ fumi tre.ſuccꝰ ſcabio/
ſe.ſuccꝰ lapacij acuti.ſuccꝰ enule cāpa/
ne.ſuccꝰ raphani ⁊ ſqlle.⁊ ſicle.⁊ radi
ces iſtaruꝫ.⁊ frondes ⁊ folia ⁊ fuligo:
aloes:litargir.cathimia.pōſilogos.ce/
ruſa.calx lota.ſulphur extinctū.vterqꝫ
ell's.tartarū.oleū antiquū.aſſungia an/
tiqua.acetū.argētū viuū extinctū.oleū
de ſinapi.ariſtol.ſal armoniacum.flos
eris.⁊ radix cucumeris aſinini.Valet
etiam balneū aque marine ⁊ ſulfurea/
te ⁊ aluminate ſiue fuerit naturalia ſi/
ue artificialia.Accipe igitur vnum ex
iſtis aut multa ⁊ miſceant cuꝫ oleo ro.
aut cū oleo nucuꝫ:aut cum butiro:aut
oleo ſiſamino:aut cū aſſungijs:aut ace
to ⁊ cera:⁊ fiat vel oleū vel vnguentū.
Si aūt fuerit aliqs nimis debilitatus.
℞.ſuccū radicum enule cāpane.aſſun/
gie porcine recentis.an̄.miſceantur len
to igni.Vel iſtud.℞.fuliginis olei ro.
facti cum oleo nucum.aceti miſceantur
⁊ fiat vnguentum cum modica cera.
Vel iſtud quod non ſolū valet in ſca/
bie:ſed in vlceribus ſanioſis fraudulen
tis fedis.℞.antimonij.eris vſti.litargi
ri.climie argēti.marchaſite.ceruſe.ba/
lauſtie.alumis.ſarcocolle.corticis thu/
ris.pōphilogos.an̄.℥.ſ.ↄficiantur cū
fece olei antiqui ⁊ cera quod ſufficit:⁊
fiat vnguentum.Iſtud etiā valet in can
crena ſicut dictum eſt ſuperius.In forti
bus aūt corpore mūdificato.℞.radi/
cum elli albi recentis:contūdantur for
titer ⁊ cum aſſungia porcina recenti mi
ſceantur:⁊ fiat vnguentum.oēm ſcabiē
antiquam delet ⁊ malum mortuum.

¶ De ſcabie vlceroſa ſicca cū ſqmis:
ita q̄ videt mēbꝝ ↄtrahi:⁊ pruritus.

ISta frequēter veniūt i manibꝰ:⁊ ideo corpore mū/
dificato ⁊ bona dieta ſup
poſita madefiant manus
quotidie in aqua decocti/
onis malue:⁊ biſmalue:palee:ordei:⁊
auene:deinde inungatur cum aſſungia
porcina recenti vel gallinacea recenti:
vel fiat vnguentum.℞.ſuccum apij:
ſuccū foliorum lilij:ſuccum papaueris

al. aq̃ ro. añ. ℥. j. aloes. ʒ. iij. olei sisami/ni ꝛ cere qḋ sufficit: ꝛ fiat vnguētū. In ungat͛ ēt loc⁹ pruriginosus. Ul' istud in scabie m'tū sicca. ℞. diadra. gūmi ara bici īfusoꝝ: seis malue: ꝛ bismal. añ. ℥. ſ. aloes sarcocole. añ. ʒ. j. ꝯficiant͛ cū as sūgia porcina recēti: vel cū gallinacea: vel oleo sisamino: vl' oleo amigdalarū dulciū: ꝛ cera qḋ suffic: ꝛ fiat vnguētū.

¶ De malo mortuo.

Malum mortuū est qdā spēs scarabei q̄ orit͛ ex melancolia nāli adusta: ꝛ ex adustione phlegmatis salsi: cū liuore ꝛ nigredine ꝛ pustulis crustosis magnis fetidis: si/ne sanie cū erugine: ꝛ cū quadā īsensibi litate: ꝛ cū turpi aspectu: in coxis ꝛ ti/biis frequētius ter eueniēs.

Cause. Causa aūt huius scabiei est multa comestio cibo rū melācol'coꝝ oppilatio splenis: ꝛ re tēsio mēstruoꝝ: ꝛ emoꝝ. preter cōsue/tudinem: ꝛ similia.

Curatio. Digerat͛ igit͛ mā per hūc modū. ℞. radi. feniculi: petrosil. brusci: sparagi. grami nis cortic. capparis: fraxini: thamaridi añ: ℥. ij. ꝯquassent͛ ꝛ tēpent͛ in aceto al. p diē ꝛ noctē: tūc. ℞. boꝝ. scabiose fu/mi terre lapacij acuti: buglosse: melisse vtriusqꝫ sticados. añ. lib. ſ. folioꝝ sene epithimi: polipodij: āthos: floꝝ boꝝ. floꝝ viol'. añ. ℥. iij. anisi. ℥. j. mell' ro. pa nis zucc. añ. lib. j. fiat sirup⁹: Mā dige/sta purget͛ cū yera ruffi. aut yera logo dion. aut theodoricō: empistō. ꝛ dosis sit iuxta cōueniētiā pticulariū: tres eni ʒ. pñt dari sine piculo. Corpe purgato stuphet͛ multis dieb⁹ stomacho vacuo ꝛ in stupha ponant ea q̄ ponunt͛ in si/rupo: ꝛ in exitu q̄libet vice accipiat au ree alexādrine: tyriace. añ. ℈. j. cū vino decoctiōis fumi terre. Mulieri āt det aurea alexādrina solū: ꝛ postea fiāt vn guēta q̄ supius dicta sūt. Uel istud. ℞. succi raphani: spatule fetide: aristol'. cu cumeris asinini boꝝ. fumi terre: scabio se: lapacij acuti. añ quat. j. vtriusqꝫ. ell'i. sulfuris viui extincti. añ. ʒ. ij. Tūc ista puluerizata cū pdictis succis ꝛ oleo nu cū ꝛ cera īcorporent͛: ꝛ fiat vnguētū: ꝛ aduertēdū ꝙ si supuenerit ex reumate: vel scrophul': vl' glādul': vel splene: vel mēstruis: vel emoroidib⁹: tūc illa pri⁹ debent mūdificari: ꝛ potissime splen.

¶ Caplm. xxv. de pustulis.

Pustule sunt q̄/dā ve/sicule pue ad moduꝫ granoꝝ ficuū: sic sor/dicies sudoris: ꝛ pñt vocari in vulgari pro uincialium broilla dura.

Cause. Quāqꝫ proueniūt ista ab exteriorib⁹ sic a casu: ꝛ a pcussiōe: ꝛ labore ꝛ exerticio: ꝛ pp ne/gligētiā abluendi corp⁹ ꝛ vestes: ꝛ pp vnguēta ꝛ alia fortia q̄ corpi applicāt͛ sic ē tapsia ꝛ viride eris ꝛ m'ta ꝯsilia. si ab iteriorib⁹ h ē pp abūdātiā hūoꝝ ꝛ malā q̄litatē eoꝝ: q̄re veniūt freque/ter post sōnū ꝛ sudorē cū pruritu: ita ꝙ aliq̄n sunt de san. aliq̄n de co. aliq̄n de phlegmate salso: aliq̄n de melancolia.

Signa. Si āt venerit a causis exteriorib⁹ indicatione patiētis cognoscit͛. Si ab interioribus ꝛ fuerit de san. color ē rube⁹ cū pruritu ꝛ calore ꝛ dolore. Si ex colera: tūc est citrinitas ꝛ pūctura ꝛ acumen. Si ex phlemate albe ꝛ sqme ꝛ prurit⁹. Si ex melīa liuor nigredo ꝛ modica pūctura

Pronostica. Oēs iste pu/stule si negli/gantur ⁊ nō mūdificent in scabiē ɔuer/tuntur. Et si fuerit de cā calida vlterius impetiginē ⁊ serpiginē ⁊ alia mala ac/cidentia inducūt. Si aūt fuerit de phle gmate post scabiē i fistulā ɔuertuntur. Si autem fuerint de melīa iste sunt du riores ad curandum.

Cura. Si fuerint ex sanguie fiat phloia ⁊ mūdificet corpꝰ cū cassiafi. ⁊ tamarind. ⁊ silibꝰ. Si ex co. ⁊ corpus est plectoricū fiat phloia: deinde digerat mā cū oxizaccā ⁊ siru. viol'. deinde purget cuȝ oxilaxatiuo ⁊ elrio de succo ro. vtrisqȝ ɔpetit balneū ⁊ inunctio cū populeō: aut cū vnguēto citrino acuato cū litargiro. Si aūt fue/rint de phlegmate digerat mā cū oxill'. diur. ⁊ sirupo de fumo terre: ⁊ oxizac/cara cōposita: ⁊ purget cū yerap. ⁊ ye/raruffi. Si āt ō melīa digerat cū oxill'. squill'. ⁊ sirupo ō bor. ⁊ fumo terre. pur get cū diasene ⁊ diaborꝝ. ⁊ yeraruffi. Jstis. n. ambobꝰ cōpetūt stuphe ⁊ bal/nea: ⁊ ꝙ vngat cū istis vnguētis. ℞. vn guenti fusci. vnguēti ad scabiē. aā. lib. ʒ. litargiri. ℥. iij. tartari. ʒ. ij. vtriusqȝ elli. aā. ʒ. v. argēti viui extincti. ʒ. j. misceā tur cū aceto ⁊ fece olei antiq. vel cum isto. ℞. succi celidonie. fumi terre. bor. scabiose. lapacij acuti. aā. qrt. j. litargiri cerusse lote eris vsti. aā. ℥. ʒ. misceant cū fece aceti ⁊ assungia antiq ⁊ fiat quasi vnguētū. Et istud pōt valere nō solū h sȝ in oī scabie ⁊ ī oī genere īfectiōis. Et ideo cū aliquis ignorat qd pticulariter est agendum vtatur isto vnguēto ⁊ nō decipiet: ⁊ appellatur: vade mecum.

Clarificatio. Intelligendū qm̄ si iste pu/stule veniūt ex cāis exteriorībꝰ vt plu/rimum corpus non est plectoricum: ⁊ tunc cōpetit aqua frigida desuper asp/sa. vel ꝙ balneet in aqua frigida ⁊ na/tet in ea: ⁊ ꝙ aspergatur postea farina fabaꝝ: lentiū ⁊ ordei. vel inungat cum litargiro ⁊ aceto: ⁊ sandalis: ⁊ rosis. ⁊ oleo ro. ⁊ si materia abundaret mundi ficetur corpus. Si aūt fuerit cā frigida balneet in aqua dulci: ⁊ postea asperga tur puluere orobi ⁊ risi ⁊ ordei ⁊ lētiū ⁊ lupinoꝝ. Jn omni igit cā valet bal/neū aque dul. corpe mūdificato si indi/guerit. ⁊ tūc nihil trahit. ⁊ ita nocumen tum inducere nō poterit: ⁊ tūc euapo/rabit ⁊ resoluet ⁊ iuuamentū inducet. Secūdo notandū qm̄ si pustule vene/rint a causis intrinsecis vt a virtute mū dificatiua corporis: tunc plus veniunt in vere. Si aūt veniant a causis extrin secis vt ex labore ⁊ calore ⁊ similibus tunc veniunt in estate.

¶ Capitulū. xxvj. de vulneribꝰ ⁊ pla gis ⁊ solutione continui.

Vulnus est solutio ɔtinuitatis fa/cta in mēbro consili ⁊ officiali. ⁊ ita est mor bus cōmunis vtrisqȝ.

Cause. Solutio cōtinuitatis aut ɔuenit ab exterioribus: aut ab interiorībꝰ: ⁊ tūc aut est ex san guine corrupto adusto cutē vlcerante et rūpente. aut ex colera adusta: aut ex melīa adusta: aut ex vētositate rūpēte. aut ex caliditate solis aut ignis. aut ex frigiditate vlcerāte. Et iste solutiones pñt magis appellari vlcꝰ: qm̄ ois solu tio virulēta saniosa sordida vlcus pōt appellari ſȝ Auic. Si aūt ɔueniat ab exteriorībꝰ sicē a casu aut pcussione aut gladio et silibꝰ. tūc si sint ī carne appel/

labitur plaga aut vulnus. si in osse fra/
ctura. Si aūt fuerit in musculis ⁊ ner/
uis cū re cōprimēte cōcussio appellat.
De nominibꝰ igit nulla ē contētio: sed
ad res reuertamur. q2 cōplementū me/
dicine: reꝝ est noticia et nō vocū: sicut
habet tertio de morbo. Species igitur
solutionis cōtinuitatis quantum est de
presenti sunt. iiij. Est enim solutio con/
tinuitatis simplex sine deꝑditiōe sube.
Secunda species ē solutio cōtinuitatis
cum deperditione sube: que cōcauitas
appellat. Tertia spēs est vulnus ꝓfun
dum: ita ꝙ supficies et profundū cōsti
tuunt tertiā spēm. Quarta tñ spēs cō/
cussio appellat: q̄ ꝓuenit cū corpꝰ cum
baculo aut lapide cōprimit et cōq̄ssat
et flagellat. et tal' solo appellat ꝯtusio.
Et curatio huius spēi differt ab oībus
aliis fm Gal. i de igenio. qm̄ in oī spē
vulneris ꝯpetūt abstersiua et mūdifica
tiua. sz in ꝯcussiōe a principio cōpetūt
putrefactiua. Nūc aūt ista spēs aliquā
do cū cōmittantur accidentia multa: sic
est magnitudo: et paruitas rotunditas
triāgulatio: sordities: sanies: calor: fri/
gus: et caro addita: vuca: apostēa: flu/
xus sanguis: fluxꝰ hūoꝝ: corrosio: li/
uor. et rubedo: recentia: et vetusta: et
multa cōsimilia. Ista eni sunt accidētia
et cōpositiōes cōcomitātia: et non sunt
differentie cōstitutiue q̄ addite speciez
nouā faciāt. sic declarauimus tertio de
ingenio. Solutio igit ꝯtinuitatis fit in
cute: et carne: et musculo: et vena: et ar/
teria: et corda: et neruo: et ligamento: et
pāniculo et in ossibꝰ: et iuncturis: que
dislocatio appellat: et in mēbris princi
palibꝰ et nō principalibꝰ: in quibꝰ oībꝰ
medicū sollicitū portendūt et diligētē.
Si vulnꝰ ē magnū aut pūū: siue i supfi
cie aut ꝓfundo: si est cū deꝑditiōe sube
aut sine. si est i mēbro radicali aut fluē/
te. si est i mēbro principali aut nō prin/
cipali: si est i mēbro sensibili aut nō sen
sibili aut parui sensus. si est cū magno
dolore aut paruo si est cū fluxu humo
rum aut sine fluxu. si est cū sordicie aut
sine sordicie: si ē simplex aut cōpositū.
Et aduertere dz ad magnitudinē cōpo
sitionū: si labia vulneris distāt multuz
aut nō: si fractura ossis ē cū dētibꝰ aut
sine dentibꝰ: si neruus ē pūctus aut inci
sus: si cor ē vulneratū aut capsula: si ce
rebꝝ: et si piamater aut duramater. aut
substātia celebralis. si ē cū ꝯcussiōe aut
sine cōcussione. Consideres igit genꝰ ⁊
q̄tuor spēs ⁊ multitudinē accn̄tiū ⁊ cō
positionū ꝯcomitātiū ⁊ supuenientiū si
ꝓuenerit ista ex malicia hūoꝝ. aut vul
neris. aut imperitia restaurationis: aut
oīum eoꝝ que extrinsecis sunt. que oīa
solerti ingenio consideranda sunt: si ad
finē curationis deuenire curamus.

Signa. Si aūt solo ꝯtinuitatis ꝓuenerit ab iterioribꝰ:
sic ē ex sanguie: tūc ē cū rubore ⁊ calo/
re ⁊ pūctura ⁊ sanie. Et si ex co. tūc est
cū citrinitate ⁊ ardore. Si ex phleg. est
cū albedie ⁊ hūiditate. Si ex melīa cū
liuore. ⁊ ita de aliis signis q̄ singl'os hu
mores ꝯcomitant. Si āt fuerit ex cāis
extrinsecis: ex noticia patientis habent
aut assistentiū: aut cū oculo: aut digito
⁊ siīibꝰ q̄ pfectiꝰ i libris cirurgie ꝯtinēt.

Pronostica. Ois solo fcā i mēbro bōe cō
plexiōis defacili curat. sz cū ē in corpe
male ꝯplexiōato ñ de facili curat: ⁊ iō
vlcera ydropicoꝝ aut leprosoruz: aut
nūq̄ curāt: aut cū difficl'tate magna vul
nera cordis nō curant. vulnera capitis
⁊ stomachi ⁊ epatis aut splenis aut re
nuz aut vesice aut matris aut itestinoꝝ

Que sunt curabilia
et que non

si sint pua pñt curari. si magna aut nũq̃ aut de raro contingentib⁹. vulnera pulmonis non curant. Uulnera mẽbrorũ radicaliũ sine perditiõe sube bene pñt vniri in puericia sꝫ in aliis etatib⁹ non: sed fit por⁹ in circuitu. Uulnera membroꝝ radicaliũ cũ deꝑditiõe sube nũq̃ perfecte restaurant. Si vene minute ꝛ capillares deperdant in magnis musculis: tũc nã gnãt loco illoꝝ poros ꝛ meatus carnosos. Solutio ꝯtinuitatis i nervo si ẽ incisio aut punctura spasmum ꝛ alienationẽ ꝛ mortẽ inducit: nisi diligentissime succurrat. ꝛ si oĩno incidat nõ est periculũ: nisi qꝛ mẽbꝝ suppositũ caret tactu aut sensu aut vtroq₃: ẜm diversitatẽ nervoꝝ. Uulnera intestinoꝝ cuꝫ nausea ꝛ fluxu ventris sunt pessima.
Uulnera capitis ad que sequit nausea ꝛ fe. sunt pessima. Fractura ossiũ cum dentibus cũ periculo ꝯsolidant. sed postea cũ difficultate frãgit fractura ossis sed rotundũ de facili vnitur: sꝫ postea de facili rũpit. Omne vuln⁹ transiens a sup̃ficie in sup̃ficiẽ ẽ malum: qꝛ nã non invenit radicẽ vnde sumat principium. Si aũt in vulnerib⁹ ꝑꝑ nimiũ fluxũ venerit alienatio malũ: ꝛ si spasm⁹ vt plurimum moriũtur. ꝛ si sincopis cum singultu mors est in ianuis.

Curatio.

In primis fundem⁹ nos in dictis Ypoc. Uulnera nõ curant nisi prius desiccent. Gal. exponit istũ canonem in tertio de ingenio totũ. Intelligẽdũ ẽ q̃ in oĩ vulnere cũ mẽbrũ sit debilitatũ adunat duplex superfluitas: cũ nã oĩno nutrimentum assimilare nõ possit. scꝫ subtilis ꝛ grossa. quare indiget duplici medicamine: abstergẽte ꝛ mundificãte. In omni igitur vulnere cõpetũt medicamina sicca aliquantulũ sup̃ra ꝯplexionẽ mẽbri: ꝛ q̃ calor non multũ excedat temperamentum. In omni igit vulnere competunt sicca sed diversimode: q̃m complexio naturalis mẽbri dꝫ conservari. Si igit mẽbrũ siccũ ꝛ hu. patiat solutionẽ continuitatis: in mẽbro sicco debemus apponere magis sicca: ꝛ in mẽbro humido minus sicca: qꝛ si in mẽbro hũido ponerent multũ sicca corrũperet cõplexio nãlis. sꝫ illa dꝫ servari in tp̃e morbi quãtum est de pñti intẽtiõe. multitudo etiã humiditatis conservãda est. Et si sordicies vulneris est multa: multũ sicca sunt apponenda: ꝛ si modica paruꝫ sicca. Et tũc debemus cõp̃are si mẽbrũ est siccũ ꝛ sordicies multa: multũ sicca ꝯpetũt. ꝛ si mẽbꝝ ẽ hu. ꝛ sordicies modica paꝝ sicca sĩt apponẽda. ꝛ si mẽbꝝ est siccũ ꝛ sordicies pauca min⁹ sicca. ꝛ si mẽbꝝ hũidũ ꝛ sordicies mltã pl⁹ sicca: ꝛ ita de aliis. Patet igit q̃ restaurator mẽbroꝝ cõplexionẽ ꝛ nãm medicaminũ scire dꝫ. In simplicib⁹ igit vulneribus simplicia medicamĩa sũt ponenda solũ abstergentia ꝛ mũdificãtia. Si ãt eẽt vlc⁹ saniosũ cũ sordicie mltã: tũc fortissima medicamĩa sũt apponẽda. sicut ẽ calx. atramẽtũ. sulphur. viride eris ꝛ silia. ꝛ iõ ex viride eris ꝛ cera ꝛ oleo ẜꝫ Gal. i de igenio possẽt curari. viride .n. eris nimis penetrat ꝛ dissoluit ꝛ pũgit ꝛ vrit. sꝫ cera ꝛ oleũ nimis hũectãt ꝛ putrefaciũt. ꝛ ita cera ꝛ oleũ obtũdũt acumẽ qđ ẽ in viride eris. ꝛ viride eris reprimit putrefactionẽ alioꝝ q̃re possꝫ fieri medicĩa tẽp̃ata ẜꝫ nãꝫ cõponũꝫ ꝛ nãꝫ mẽbroꝝ. sꝫ ĩ h̃ oportẽt q̃ medicus eẽt multũ exp̃tus. Ad alia igit recurrẽdum ẽ. In omni igit solutione ꝯtinuitatis dꝫ tria cõsiderare. q̃ primo intercipiatur flux⁹. secũdo q̃ p̃seruem⁹ vuln⁹ a putrefactiõe. tertio q̃ vuln⁹ curem⁹

fortissima medicamenta in lucis

Cura. Dieta ⁊ omnia medicamina debent esse composita: sicut materia est composita: ⁊ si appareat dominium vnius super alteruz: ꝙ tunc apponantur medicamina pro illo. ⁊ si equaliter eq̄lr. ⁊ si febris eēt fortis ꝙ apponantur magis frigida rōne se. In primis igitur fiant clisteria composita vt dictum est. deinde inungatur caput cum oleo ro. ⁊ aceto squill. deinde fiat phlobotomia. deinde digerat materia cū oxizachara. ⁊ sirupo viol. ⁊ oxill. diuretico ⁊ purgetur cum yera pi. ⁊ electuario de succo ro. deinde fiāt fomentationes composite ex rosis ⁊ viol. ⁊ nenuphare ⁊ camomilla ⁊ mellilo to. ⁊ breuiter fiant omnia que dicta sunt in litargia vera. nisi ꝙ medicamina omnia ⁊ cibaria ⁊ remedia componant ſm compositionez materie.

Clarificatio. Intelligendū ꝙ vnus istorum nō tēperat alterum. sz cum vtrūqz corrumpatur ⁊ ledat naturam ⁊ debilitet. ideo magis vnum corrumpit alterum. ⁊ ideo passio est peior. Et iuxta hoc sciendum ꝙ quedam est cōmixtio humorum per viam mixtionis. sicut i co. citrina ⁊ in hu. adustis. Et cōmixtio talis quantum est de se nō facit diuersa sinthomata. Est eniz alia mixtio per viaz vicinitatis: sicut est phlegma ⁊ colera. ⁊ ita de aliis. Et hec ꝯmixtio per viam vicinitatis facit diuersa sinthomata. quoniaz ex istis cōmixtis nō resultat forma: imo differunt in formis propriis ⁊ sitibus ⁊ in motib⁹ ⁊ actionibus. Quia igitur sunt diuersa lz vicina: diuersa sinthomata possunt inducere vnum alteruz non corrumpendo. Secundo intelligendum ꝙ lz materia frigida non sit apta ad repercutiendū de se. nihilominus a principio possunt apponi repercussiua ratiōe apostematis ⁊ ratione se. ⁊ potissime in litargia non vera vbi melius possunt competere repercussiua ⁊ phlobotomia ꝙ in litargia vera.

¶ Capl'm. xv. de congelatione.

Congelatio est passio posterioris partis cerebri propter quā homo amittit sensuz in toto corpe.

Cause. Ista passio prouenit ex oppilatione partis posterioris cerebri facta ex mala cōplexione frigida ⁊ sicca. vel ex humore melancolico frigido ⁊ sicco grosso: ⁊ ideo ista veniūt istis qui comedunt fructus īfrigidatos ī niue: aut potāt aquā frigidam aut similia multum frigida. quare fit oppilatio ⁊ spirituuz ingrossatio: ⁊ nō potest spiritus ad membra subiecta penetrare. ⁊ ita carēt sensu ⁊ motu.

Signa. Signuz huius est quādo stat oculis apertis ⁊ remanet configuratus ſm dispositionē in qua inuenit eum quoniam si inuenerit ipsum stantem stabit totus erectus. ⁊ si scribat stabit sicut scribēs: ⁊ si dormiat stabit sicut dormiens. ⁊ si respiciat celum stabit in eadem dispositione. Et ita de aliis omnibus corporis configurationibus. quoniam recte in omnibus dispositionibus dimittit eum in quibus inuenit eum. Attamē stat sicut rigidus ⁊ spasmatus. ⁊ si tangatur nō sentit ⁊ si vocetur nō respondet. Et iō vulgares quando vident talē credunt

eum esse raptum: ⁊ ꝙ loquatur cū deo ⁊ angelis eius. Sed tamen celum vim patitur ⁊ violenter rapiūt illud.

Pronostica. Nisi calefiant ⁊ humectent sicut cōgelati in niue moriunt.

Cura. Primū cōsiliū est ꝙ fiant clisteria fortia vbi sit sum⁹ terre: thimus ⁊ epithimus: ⁊ cuscute ⁊ yera ruffini: ⁊ oleū sisaminū. Deinde fiant fricationes extremitatū fortes: ⁊ ligature coxa⁊ dolorose ⁊ caput purgia: ⁊ fiāt fomētationes circa caput cū anthos: boraginibus fumo terre: ⁊ camomilla ⁊ aneto. Et inungat caput cū oleo de lilio ⁊ oleo sisamino. Et si est cōpos sui ipsius aliquo mō: digeratur mā cū siru. de fumo terre ⁊ oxill. scill. ⁊ purget cū yeraruffini: ⁊ yeralogodion. Postq̄ aūt scim⁹ mām ⁊ cām peccātē agam⁹ ſꝫ exigētiā mãe peccātis: ⁊ male cōplexionis: ⁊ pticule patientis. Clarificatio posita fuit supi⁹ ⁊ ponet inferi⁹ cū h agat mult plr de nocumentis virtutis aīate sensitiue ⁊ motiue.

Clarificatio. Intelligēdū licꝫ supi⁹ facta fuerit mētio: ⁊ iferi⁹ ēt fiat ꝙ differētia est inter somnū nālē ⁊ stuporē ⁊ cōgelationē ⁊ litargiam: q͛ in oibus istis corrupta est virtus tactiua ⁊ motiua: oēs isti vident quodam mō dormire. Gal. aūt tractat istā mām in fine quarti de morbo ⁊ supra illū amphm: somnus ⁊ vigilia ⁊c. Intelligēdū igit ꝙ cōgelatio ⁊ litargia sunt magis in parte posteriori cerebri. Somnus aūt nālis ⁊ stupor sūt magis in pte anteriori. Preterea differt litargia a ꝯgelatione: q͛ litargia sit a frigido ⁊ hūido. Sꝫ congelatio quā Gal. vocat cathalēsiam cātur ex frigido ⁊ sicco. Somnus aūt longus innālis ⁊ pfūdus differt a stupore: q͛ in sōno patit magis sensus cōis: cuꝫ somnus sit ppria passio sensus cōis. In stupore aūt patit magis virtus tactiua q̄ in neruis est. Preterea in alio differt q͛ stupor est diminutio mot⁹ ⁊ sensus: ⁊ iō pōt esse stupor in vigilijs: sꝫ in sōno est ablatio sensus ⁊ motus: ⁊ iō nullo mō in vigilijs. Preterea differt stupor a cōgelatione: q͛ stupor est in virtute tactiua magis: ⁊ cōgelatio in motiua. Et in alio q͛ in cōgelatione semper sūt oculi aperti: sꝫ i stupore n̄ sic. Preterea differt litargia a sōno q͛ i litargia ē fe. ⁊ apostēa: i sōno āt n̄: vterq̄ tn̄ excitari pōt: si alta voce vocēt ⁊ pprio nomine appellent. Et in h differūt a cōgelatione: q͛ cōgelatus est frigidus ⁊ quasi spasmatus. Et differūt in h ēt ab apoplexia ⁊ epilepsia ⁊ sincopi ⁊ casu matricis. Isti eni oēs exercitari nō possūt nisi ptrāsacto paroxismo: alij aūt licꝫ exercitati tamē statim reuertunt ad ppriam passionē: nisi cōtinue excitent ⁊c.

¶ Caplm. xvj. de somno psūdo inālī.

Somnus est reuersio spiritus aīalis ad interiora cū priuatione sensus ⁊ motus nisi quantum est necessarium anhelitui.

Cause. Causa hui⁹ ē frigiditas ptis anterioris cerebri: aut hu. aut vtrūq̄. aut fatigatio. aut diminutio caloris nālis ⁊ spūs. Intelligēdū est circa istā mām: q͛ qdā est somn⁹ nālis: ⁊ qdā innālis ⁊ pter nām: ⁊ quidaꝫ vicinat nāli: ⁊ qdā vicinat plus ad pter nām. Somnus enim nālis est quies aīaliū cū intēsione nāliū pter reuocationē caloris vitalis ⁊ aīalis ad iterio

ra. Intelligēdū est ſm intētionem Sal. quarto de morbo in fine pticule: qm̄ in ſōno ligat ſensus cōis q̄ est in pte añrio ri cerebri ⁊ ligat solū ex hūido ſuaui tpato resoluto a triplici digestiua: ⁊ iō cessant ⁊ deſcūt oēs opationes aiales sensibiles exteriores. Imagiatiua aūt nunq̄ deſcūt ſm intētionē Aui. in nāli bus suis: ⁊ ſm intētionē dñi Alberti in phia sua. nec in tpe sōni. nec in tpe vigi liaꝝ: deſcit ergo virtus aialis ⁊ fortifi cat nālis: ⁊ iō tūc fit bōa digestio ⁊ vir tutū totius corpis corroboratio. Uir tus aūt vitalis remanet in dispositione sua: ⁊ ſm pulsū ⁊ ſm anhelitū. Si er go sōnus nālis fiat i debita quātitate ⁊ ordine: opationes totius corpis corro borant. Si aūt sit nimis ꝓfūdus aut ꝓ lixus aut in tpe indebito non est nālis. Somnus aūt nālis fit ex hūiditate so la: ois aūt sōnus alter ab isto innālis ē. Est aūt alter sōnus q̄ vicinat nāli: vn de q̄ habuit febrē fortē ⁊ insōnietatem magnā: ⁊ mō post crisim dormit sōno ꝓfūdo ⁊ ꝓlixo talis sōnus vicinat nā li: qm̄ h bon⁹ est: q̄ in tpe sanitatis non esset bonus. Idē est post medicinā la xatiuā. Est eni alter sōnus qui vicinat innāli vt ille q̄ est post labores ⁊ exer citia ⁊ fatigatiōes fortes ⁊ sīlia. Et est alter sonus q̄ est penitus inālis ⁊ est cā quadruplex quarū est de pñti. Prima cā est frigiditas nimia iterior siue exte rior: siue fuerit ex aere seu vēto: seu ni ue: seu ex narcoticis exteri⁹ applicatis siue exteri⁹ bibitis sicut est opiū man dragora. iusquiamus. papauer. corian drū recēs. succus lactuce ⁊ sīlia: talis eni sōnus assimilat ꝯgelationi ⁊ stupo ri. Secūda cā est hūiditas nimis oppi lās ⁊ mollificās neruos: ⁊ talis assimi latur ebrietati. Tertia cā est frigiditas iūcta cū hūiditate: ⁊ si anhelitus ma net in dispōne sua assimilat litargie: ⁊ si aggrauatur assimilatur apoplexie ⁊ epilensie. In oibus istis trib⁹ causis sō nus est innālis grauis ⁊ ꝓfūdus ⁊ ta lis ꝓfundatio appellat subeth. apud Aui. Quarta cā pōt eē aggrauatio ce rebri ⁊ alioꝝ mēbroꝝ: sicut verbi gra tia casus ⁊ cōpressio cerebri: ⁊ stupor ⁊ fum⁹ resolut⁹ a pulmōe: ⁊ cib⁹ morās multū in stōacho: ⁊ ꝓuenit ab epate ⁊ matrice qm̄ male mā̄e ⁊ corrupte ascē dūt ad cerebrū ⁊ stupefaciūt eū: ⁊ pōt prouenire ex nocumenti specie debili tante: ⁊ accidit etiam somnus grauis ⁊ profūdus in principio paroxismorum febrium.

Signa. Quādo sōn⁹ fuit natu ralis in expgefactōe sen tit se leuē iocūdum ⁊ hilarē: ⁊ quādo fuerit innālis sentit se grauē ⁊ pondero sum: ⁊ si fuerit frigiditas in cā preces sit tēpus multū frigidū: ⁊ est corpus q̄ si frigidū spasmatū. Et si ex narcoti cis apparet odor in ore ⁊ mutat co lor ad liuiditatē. Et si est ex hūiditate phlegmatica vergit calor faciei ad al bedinē: ⁊ si ex sanguinea ad ruborem. Et si cōponant cause ⁊ signa sīliter: ⁊ si est ab aliīs mēbris cognoscit ex dolo re loci: q̄ vbi dolor ibi ē egritudo. Si igit venerit ex cerebro vel ex quacūq̄ cā alia semp ꝓcessit grauitas in illo mē bro: ⁊ si a stomacho nausea. ⁊ ita de aliīs. Nūc āt sciēdū q̄ aliquādo dubi tatur si est grauis somnus ⁊ ꝓfūdus q̄ subeth appellat apud Aui. aut est alia passio. Iō intelligēdū q̄ differt ab apo plexia vl'iter. q̄ in apoplexia sensus ⁊ motus sūt ablati in toto corpore: ⁊ nō pōt respōdere quicq̄ ⁊ nō pōt excitari sed iste pōt excitari: ⁊ motus sūt leuis

res. Si aũt fuerit sincopis cordis: tunc facies assimilat faciei mortuorum: hoc aũt nõ est magis faciei sanorum cũ facie sub tumida. Si aũt fuerit suffocatio matricis licz intelligat rñdere nõ põt: hoc autẽ excitat & rñdet: & alia que dicta sunt in capitulo imediate precedẽti.

Pronostica. Omnis somnus q̃ puenit ex nimia inanitione & vehemẽti spirit⁹ debilitate est pessimus inter omnes & magis vicinat morti. Dormire supra dorsũ malũ. dormire in sole peius. dormire in radijs lune & potissime qñ itrat per angustũ foramẽ pessimũ: imo facit screare sanguinẽ sicut dicit Aui. ppter nimiá hũiditatẽ. Et dicũt expti q̃ si radij lune itrauerit p fenestrá & tetigerũt roncinũ vlceratũ est cá mortis eiusdẽ. Ois somnus cũ grauitate in declinatione paroxismorum febris cõtinue mortalis est: qr iuuare solẽtia cũ nõ iuuẽt: molesta pculdubio est eorũ significatio: qm̃ se. cõtinue habẽt poxismũ suo mõ & in fine illius accessionis deberet iuuare: & si noceat mortale est. Ois somnus plixus preparat & disponit ad litargiam & apoplexiá. & ita de alijs. Et ita Ouidius. Stulte quid ẽ somnus gelide nisi mortis imago. Lõga quiescẽti tẽpora fata dabunt.

Cura. Si aũt somnus grauis: & pfũdus accidat in principijs paroxismorum febriũ qui freqũeter accidit & est multũ nociu⁹: iõ prio de ipso videamus. Ponatur patiẽs in loco luminoso & fiát sibi tedia multa: & fiant sibi fricationes extremitatũ: & odoret acetũ & inungat caput cũ oleo ro. & aceto aut agresta: aut vino malorum granatorum. Si aũt fiat ppter passiões aliorum mẽbrorum: curent illa prius. Si aũt fuerit ppter narcotica vtat tyriaca. Si aũt fuerit ppter malá cõplexionẽ frigidaz: vtat metridato: & vtat isto electuario. ℞. dianthos cũ musco pliris cũ musco potionis muscate. añ. ʒ. iiij. misceantur. Itẽ odores muscũ & lignũ aloes. Si aũt fuerit ppter hũiditatẽ odoret castoreũ: & nucẽ muscatá: & sq̃natũ & fiat ex eisdẽ oleũ & iungat caput. Si aũt fiat pp vtrũq3. s. pp frigidũ & hũidũ: tũc nõ põt eẽ sine mã peccãte: & valde raro: & tũc p ordinẽ fiát oĩa q̃ sunt in litargia: nisi q̃ post vl'es purgatiões fiát fomẽtationes versus ptẽ anteriorẽ ex castoreo & euforbio & calamẽto: & similibus: & nũcientur freqũẽter noua tristosa terribilia & dolorosa animum aggrauãtia. Si ãt fuerit ppter nimiam inanitionẽ & spirituũ exalationẽ: forte nõ est via: detur igit succus gallinarũ assatarum: & panis cũ vino: & odoret assa & pigmẽtaria & vina muscatella: & omne genus aromatũ & velociter nutrientiũ & requiescat i pace.

Clarificatio. Si dubitaret aliq̃s qd̃ istorum indicat minus nocumẽtum in actionibus virtutũ aĩalium: aut frigiditas aut hũiditas. Dico q̃ reliquis ptibus existẽtibus maius nocumẽtũ venit ex frigido cũ sit q̃litas actiua & fortis. hũidũ aũt est q̃litas passiua & de facili reficiat s3 Gal. viij. de igenio. S3 pp illud qd̃ dicit in tertio de interiorib⁹. q̃ hũidũ est in cõfusione aĩe in scdo gradu: frigidũ in prio: & ita videt nocumẽtum hmõi maius. Dico q̃ hoc est propter hũidũ quod vt freqũẽtius est cũ mã & est abũdãtius: ita per accñs magis nocet. Si ponerent ambo equalia videret q̃ de nã rei magis lederet frigidũ q̃ hũidũ: & ita sõn⁹ pfũd⁹ & stupor

ꝛ congelatio. ꝛ silia q̄ proueniūt ex fri gido sunt peiora q̄ q̄ ꝓueniunt ex hu/ mido: nisi materia que vt plurimum est cum humido impediat ꝛc̄.

¶ Capitulum. xvij. de stupore.

Stupor est diminutio sensus ꝛ motus.

Causa. Causa huius est oē illud qd̄ impedit trāsitū spūs ad neruos. Intelligendū ꝙ aliqui appel/ lant ablationē sensus ꝛ motus in toto stuporē: ꝛ hoc nō est stupor sꝫ apople/ xia aut epilēsis. Aliqui appellāt molli ficationē stuporē: ꝛ hoc non ē proprie stupor sꝫ palisis. Per stuporē igit intel ligo diminutionem sensus ꝛ motus in aliqua parte corporis. ꝛ iō vulgariter appellat dormitatio mēbri: sicut cū ali/ quis tenuit tibiā supra aliā: tūc nō bene sentit: nec bn̄ pōt moueri donec aliquā tulū steterit. talis dormitatio appellat stupor. Et iō post caplm̄ de somno egi mus de stupore ꝓpter quādā ꝯuenien/ tiā: qm̄ ꝓpter diminutionem tactus vi/ detur membrū obdormitū. Intelligen dum ꝙ sensus ꝛ motus aliquādo fiunt per vnū neruū: aliqñ p duos. Si p vnū ꝛ spūs nō possit sufficiēter ꝓuenire. tūc stupor ē diminutio sensus ꝛ mot⁹. Si aūt fiat p duos: tunc si adueniat nocu/ mentum neruo tactiuo: tūc bene mouet sꝫ nō bn̄ sentit: ꝛ tūc stupet ꝛ ē diminu/ tio sensus tactus. Et si pateret neruus motiuus ꝛ nō sensitiu⁹. tūc magis pti/ neret ad palisim. ꝛ ita videt ꝓprie ꝙ stu por nō est nisi patiat sensus tact⁹. aliter nō esset mēbrum stupidū seu obdormi tum. Et qꝛ leditur opatio mēbri orga/ nici. ideo Auicē. appellat stuporē mor bum officialē. Cause aūt q̄ impediunt transitū spūs ad neruos sūt multe. Pri ma. s. pauptas caloris ꝛ spūs nō poten tis se multiplicare vsqꝫ ad neruos. Se cunda cā pōt eē nimia frigiditas exte/ rior siue interior ꝯdensans spūs ꝛ opi/ lans neruū vel punctura alicui⁹ aīalis venenosi vel tact⁹ cuiusdā piscis q̄ nar con appellat. Tertia cā ē nimia calidi tas dissoluens spūs: sicut sūt febres ar dētes: aut nimia mora ī balneo. Quar ta cā est siccitas corrugans neruos. ista cā est valde mala. Quinta cā est hūidi tas siue mā disponēs ad oppilationeꝫ. Sexta cā est nimia strictura cōpressio ꝛ ligatura mēbri. Septima cā ē oppi/ latio fcā a qlibꝫ hūore. siue sit sanguis oppilans rōne multitudinis. siue phle/ gma rōne viscositatis. siue melia rōne grossiciei. siue coꝉa cū admixtiōe alio/ rū. Ultia cā duricies ꝛ grossicies nerui.

Signa. Signa stuporis sūt ma nifesta ex iudicio patiē/ tis. ꝛ hūores cognoscūt p ꝓpria signa. Hec ē differētia iter stuporē ꝛ sōnū na turalē. qm̄ stupor ē ī vigilijs. somn⁹ in/ naturalis nō. qꝛ tūc esset oppositum in obiecto. Ista magis cōplete sunt dicta in capitulo de congelatione.

Pronostica. Stupor adue niens cerebro si ꝯtinuauerit. apoplexiā aut epilēsiā si gnat. Et si fuerit ī facie signat torturā. ꝛ si ī alijs ptib⁹: aut tremorē aut palisim. Stupor igit ꝯtinuat⁹ semp malus.

Curatio. In curatiōe reddant singꝉa singlis. cꝉa igi tur curāt p frigida ꝛ ecōuerso. sicca cuꝫ hūidis. ꝛ purget hūor peccās fm̄ exi/ gētiā hūoris. Curet igit stupor ꝛ vlīter ꝛ pticulariter sic dictū ē ī caplo imedia te dicto de somno ꝓfundo ꝛ graui. aut

sicut dicet caplo de tremore: ꝛ nihil ali ud spālius est hic nisi q̄ si ex sanguine q̄ fiat phloia: ꝛ q̄ mēbrū stupiduz fre quēter ꝛ q̄si cōtinue fricet: q̄ exerceat opationes suas nāles. Intelligendū q̄ stupor magis ptinet ad ptē āteriorē: cū ab illa pte magis pcedat virt⁹ tactiua. Cōgelatio aūt ad ptē posteriorē: con/gelati aūt semp tenēt oculos apertos: stupidi aūt non.

¶ Caplm. xviij. de vigilijs.

Vigilia est pro/ductio spiritus anima/lis ad istrumēta spi/rituum pter opatio/nes exercendas.

Causa. Intelligendū est q̄ q̄daz sunt vigilie nāles: quedā innāles. Uigilia nālis nihil aliud est q̄ expergefactio a sōno. Sōnus aūt nā/lis vt dictū est fit pter hūidū suaue re solutū a triplici digestiua: ꝛ cū hūidi/tas cōsumpta est: tūc fiunt vigilie: ꝛ ta les vigilie dicunt nāles. Si aūt vigilie excedūt in quātitate aut ordine: tūc di cūtur innāles: ꝛ habēt pprietatē inanie di corp⁹ ꝛ corrūpēdi virtutē digestiuā ꝛ gnāndi hūores malos ꝛ corruptos ꝛ rōne indigestiōis facies subtumida efficit. Sōnus igit ꝛ vigilia sūt res nō nāles: sine qb⁹ diu durare nō pōt: ꝛ qñ ista sunt sicut opz sanitas conseruet: ꝛ qñ sūt sicut nō oz tūc introducit egritu do. Cause igit vigiliaꝝ sunt iste. Pria cā est sicut sūt accñtia aie: sicut ē: ira: tri sticia: sollicitudo ꝛ silia. Secūda cau/sa est fluxus vētris. Tertia cā est fe. ꝛ earum molestationes. Quarta cā est do lor. Quinta cā est claritas ꝛ potissime in apparatis. Sexta est nimia inanitio ꝛ fames ꝛ priuatio hūiditatū. Septi/ma cā est nimia repletio ꝛ crapula ꝛ in digestio pter ascēsionē fumositatū in digestaꝝ aggrauātiū caput pūgentiuz ꝛ mordicātiū. Octaua cā est nimia sic/citas dominās in pte anteriori cerebri. Nona cā est nimia caliditas. Decima cā est caliditas ꝛ siccitas. Undecima ē abūdātia colere ru. in pte anteriori ce/rebri. Duodecima est humor melāco/licus ibidē abūdās. Decimatertia est humor phlegmaticus salsus sicut in se nib⁹: vñ senes vigilāt ꝛ pp accñtia aie ꝛ pp pruritū ꝛ scabiē q̄ puenit ex phle gmate salso. Et si alie sunt cause credo q̄ ad istas possunt reduci.

Signa. Accidētia aie ꝛ fluxus ꝛ dolor ꝛ claritas ni/mia inanitio ꝛ nimia repletio cogno/scūtur ex cognitiōe suaꝝ causaꝝ. Sic citas aūt cognoscit per capitis leuita/tē: ꝛ qꝛ nō sentit calorē nec frigus: cali/ditas discernit per inflāmationē sitim vtrumqz p vtrūqz. In colera aūt rubea vergit facies ad citrinitatē. ꝛ in melan colia ad liuorem: ꝛ in phlegmate salso est cum quadam quiete ꝛ humiditate fluente per nares ꝛc.

Pronostica. Uigilie in se/nibus bono mō ñ sūt remediabiles: oēs vigilie sup flue inaniūt corpus ꝛ debilitāt: ꝛ indi/gestionē ꝛ hūoꝝ corruptionē inducūt cū sōnū nālē sequat bona digestio. Et iō dicebat Gal. sup illo amph: vētres hyeme ꝛ vere: quantū natura iuuet ex sōno bonū est ppēdere. Et dicit Auic. q̄ si vigilie fuerint superflue ꝛ superue nit tussis mortale est.

Cura. Si vigilie fuerint pp acci dētia aie curent cū leticia: ꝛ ordinent istrumēta musica ꝛ cātile/ne: ꝛ 9riū eius cui⁹ sunt accñtia aie. Si

fuerit ex fluxu vētris fiat suppositoriū ex opio ꝛ ex san. draconis: ꝛ boloar/menico ꝛ ypoqstidos. Et vtat isto electuario: dū tñ fluxus nō fuerit ex oppilatione. ℞. diacodion. diapapaueris. añ. quat. j. misceant. Si āt fuerit ex fe. curent: sic ea q̄ dicta sūt capl'o de febribus. Si āt fuerint ex dolore mitigetur euacuādo. anodina apponēdo: ꝛ narcotica apponendo si necessariū fuerit. Et si fuerit ex nimia claritate: ponat in loco obscuro: ꝛ si fuerit ex nimia inanitione dent cibaria hūida ꝛ resūptiua ꝛ nutriētia. ꝛ qes ꝛ ociū. ꝛ balneū. Et si vigilie non fuerint nimie exerceat ꝛ postea balneet: ꝛ postea cibetur: ꝛ postea dormiat: ꝛ vl'r post balneū fit sōnus: nisi malus hūor īpediat. Et si fuerint ex crapula iungat vomit⁹ ꝛ abstinētia ꝛ purgatio hūoris: ꝛ odoret acetū ꝛ sandalos. Et si fuerit ex nimia siccitate hūectet cū qete ꝛ cibis ꝛ balneis. Et si ex nimia inflammatione infrigidet cū lactucis ꝛ maurella. Et si fuerint ex colera digerat ꝛ euacuet. Idem de melēcolia. Idē de phlegmate salso. Causis igit primitiuis ꝛ añcedētib⁹ remotis: tūc ad sōnifera veniam⁹: paulatine a debilib⁹ ad fortiora ascēdendo: supposito q̄ siccitas sit in ca. aut caliditas aut vtrūqꝫ. Trib⁹ igit modis aut q̄tuor pnt remediari. Primo q̄ sōnifera ponat in narib⁹: ꝛ q̄ patiēs trahat anhelitū. Secūdo q̄ pāni madefacti ꝛ silia frōti ꝛ timporib⁹ applicēt. Tertio q̄ fiat fomētatiōes circa caput ꝛ extremitates. Quarto q̄ dent electuaria ꝛ opiate. ꝛ ēplastra ad h̄ valētia. Millia igit ad h̄ valētia sūt ista oleū ro. acetū album mē oui. aq̄ ro. lac mulieꝝ. oleū nenuphari rose. viol' nenuphar. folia salicis. folia cāne. folia cucurbite. folia vitis albe. lactuc. portul'. maurelle. sempuiua. vermicularis. cortex cucumeris coriādrū recēs: papauer iusquiamus. mādragora. opiū. reqes rubea trocis/cata. diapapauer. cāphora sandal'. camomilla. ordeū. succus mediani. corticis sanbuci bullit⁹ ī aq̄ pluuiali. cāphora. sonit⁹ aquaꝝ mot⁹ folioꝝ arboꝝ cōductus aq̄ p domū ꝛ supra. fricatio leuis sonit⁹ moll'. strepit⁹ magn⁹. ꝛ lumē magnū. ad qd̄ sequit qes subita ꝛ tenebre. Et si oīa deficiūt īcipiat dicere horas dominicas: ꝛ statim dormiet.

Clarificatio. Intelligēdū q̄ virt⁹ imaginatiua sicut dictū est nunq̄ qescit in tēpore sōni nec in tpe vigiliaꝝ: ꝛ iō in tpe somni si ascēdat ad supiora cōtingit syllogizare: versus facere ꝛ silia. Et si descēdat ad iferiora cōtingit fātastícare ꝛ multa sōnia ꝛ fātasmata videre sine capite ꝛ cauda. Et q2 facili⁹ est descēdere q̄ ascēdere: iō frequēti⁹ accidūt ista q̄ illa: ꝛ iō q2 est in motu cōtinuo nunq̄ qescit: iō ex h̄ sum⁹ ſm Aui. vj. de nālib⁹ in cōtinuo cruciatu. Et iō sic vētū capere nō possum⁹: ita imaginationes ꝛ cogitationes auferre nō valemus: viri aūt pfecti resistūt malis cogitationib⁹: ꝛ h̄ sufficit. Nūc aūt virtutes aīales qescūt in sōno: potissime exteriores sicut est visus. auditus. olfat⁹. gustus. tactus. Opationes aūt simplices fortificant: sicut est appetitiua mēbroꝝ. digestiua. cōtētiua. ꝛ expulsiua sudoris: sed ille q̄ sūt cōposite ex aīali ꝛ nāli quiesūt: sicut est appetitiua stomachi: ꝛ expulsiua egestionū ꝛ vrine. Secūdo intelligēdū q̄ sensus cōis est ppria passio somni: qui sensus cōis radicaliter ꝛ originaliter est in corde. Et ita intellexit Gal'. ꝛ si ex his possūt eē

amici placet mihi: qꝛ plura dixímꝰ ſu-
pra dicta Gal. in fine quarti de morbo.
Tertio notādū ꝙ frequēter memora-
mur de ſomnijs qꝛ ydola abintus ſunt
⁊ frequēter nō recordamur: qꝛ q̄ſi ab
extra ſūt: cū nō ſint memorie cōmēda-
ta: ⁊ potiſſime ſit obliuio ſomnioꝝ cū
repentina ſit expergefactio. Et iuxta
hoc aduertendum ſm Aui. vj. de na-
turalibus: ꝙ homines qui invigilijs cō
ſueuerūt veruꝫ dicere: tunc tales vt plu
rimum habent vera ſomnia. Quarto
notandum ꝙ aliquando in ſomnis ho
mines ſurgunt ⁊ induunt ſe: ⁊ percuti-
unt omnes circa ſe. aliquando armant
ſe ⁊ aſcendunt equum aliquando ſagi-
tant ſeruum: aliquādo vadunt per lo-
ca inuia: ita ꝙ in tēpore vigiliaꝝ nullo
mō auderent vel poſſent tranſire: ⁊ de
talibus multa audiuimus que nō opꝫ
h inſerere. Dormiētes igit ſunt vigi-
lantes: ⁊ faciūt opa vigiliaꝝ. ⁊ vident
lumen lucerne languide: ⁊ audiūt vo-
cem galli ſed lāguide. Dormiētes igit
ſunt vigilātes. Jſta aūt accidūt illis qui
habent complexionē cerebri ca. ⁊ hu.
quoniam ratione humiditatis ſit for-
tis oppillatio. ⁊ ratione caliditatis ſor
tis imaginatio. Uirtus ergo imagina-
tiua precipit virtuti motiue: ⁊ illa eſt ſi
bi obediēs: ſed ſenſitiue nō: qꝛ motiue
ſunt magis in pte poſteriori: ⁊ ſenſitiue
magis in parte anteriori vbi eſt ſenſus
cōis fortiter ligatus pp hūidū: ⁊ ita vir
tutes ſenſitiue nō ſunt obediētes ima-
ginatiue ſicut motiue. ⁊ iō cū ſatis iue-
runt reuertunt ad locū: ⁊ in craſtinum
putant ſe ſomniaſſe tm̄. Et iō malū eſt
in vna aula cū talibus ſocijs habitare.
Fiat igitur phlobia ⁊ abſtinentia: ⁊ odo
ret acetū: ⁊ camphorā: ⁊ etiam in actu
illius ſurgēdi flagella eſſent multū vti-
lia. vt a tanta imaginatione diuerterē-
tur. Quinto notandū ⁊ opium ⁊ nar-
cotica aliqua ⁊ potiſſime opiū nō de-
berent applicari corpori humano: niſi
tria cōcurrāt vl quatuor. Primū. ſ. ma
gna neceſſitas ⁊ deſperatio. Secundū
ꝙ opium ſit bene frenatū cum caſſiali
gnea ⁊ croco. Tertiū ꝙ apponatur in
parua quantitate. Quartum etiam ꝙ
parum ſtet ſupra corpus: ſuppoſitoriū
aūt de opio inducit ſomnū: qꝛ mitigat
dolorem ⁊ arſurā: ⁊ ſolidat ⁊ conſtrin
git ⁊ ſomnum inducit. Aduertamus
igitur ad id quod diximꝰ de remedijs
vigiliarum in ſe. ⁊ ad ea que diximus
hic ⁊ ita per dei gratiam poterimus in
ducere bonū ſomnū.

¶ Capitulum. xix. de mania ⁊ me-
lencolia.

MAnia ⁊ melēcolia ſūt corruptio
nes animi ſine febre.

Cauſe. Hūor eniꝫ melencoli
cus inficiens cerebrum: perturbans ſpi
ritus ⁊ obnubilans: ⁊ animam obfu-
ſcans: eſt cauſa corruptionis mentis.
Cum enim complexio cerebri que na-
turaliter eſt frigida ⁊ humida: eſt ſicut
oportet: ⁊ ſpiritus ſunt clari ⁊ lumino
ſi: tunc accidit bona imaginatio cogi-
tatio ⁊ memoria: ⁊ in tempore ſomni:
⁊ in tempore vigiliarum: ſic quando
propter naturam iſta ſunt: accidūt cor
ruptiones diuerſe ⁊ in diuerſis parti-
bus: quoniam aliquando corrumpitur
imaginatiua que eſt verſus partem an
teriorem cerebri ⁊ alie non: ſicut acci-
dit Gal. ſicut ipſe narrat in de inte-
rioribus: qui euellebat pilos a veſti-
mentis: ⁊ amici dixerant ꝙ morieba-
tur: ⁊ ipſe aduertens cōſiderauit ꝙ nō

erat salua imagiatiua: ⁊ rogauit eos ꝙ
iuuarēt eū ⁊ euasit. Aliqñ aūt rō ē lesa
⁊ alie salue. sic̄ narrat Gal. ō qdā q exi
stens i fenestra rogabat trāseūtes vtrū
vellēt vasa vitrea. ⁊ ipi illudētes exten
debant manus ⁊ ipe ꝓiciebat vasa. ⁊
ita fecit de qdā puero. Ecce imaginati
ua nō erat lesa nec memoria: qꝛ bñ co/
gnoscebat aicos ⁊ vocabat ꝓprio no/
mine: ⁊ ita de illo q proiecit. sed rō erat
lesa: qꝛ ignorabat vtꝝ vasa eēnt frangi
bilia vel nō: ⁊ ignorabat vtꝝ puer esset
lesibilis vel non. Aliqñ ledit memoria
⁊ alie nō. sicut fuit dictū caplm de cor/
ruptōe memorie. Scḋ3 igit diuersitatē
humoꝝ ⁊ ꝫm diuersitatē quantitatū ⁊
situs. ⁊ ꝫm hoc diuerse infectiōes ⁊ cor
ruptiones ai gñantur: ⁊ ꝫm hoc diuer/
sa noia sortiunt: sicut est alienatio men
tis. corruptio. desipiētia. stoliditas. in/
fantilis. mania. cutubut: seu capra aq̄.
ypocūdriata: seu mirachia a mitrali di
cta. ⁊ ita de aliis. Ista āt passio frequē/
tius aduēit colicis ⁊ extenuatis ⁊ illis
qui hñt cor calidū: ⁊ in quib⁹ hūores
adusti gñantur. In pinguibus aūt ⁊ al/
bis raro accidit: ⁊ venit frequēter i tpe
autūnali ⁊ vernali. Cā igitur imediata
est humor melic⁹ corrupt⁹ inficiens ce
rebrū. Cause aūt añcedētes sūt oia illa
que multiplicāt meliā3: siue p se: siue p
accidēs: siue p viā adustionis ⁊ corru/
ptiōis. Ista aūt sūt multa. s. timor ⁊ tri
sticia. ⁊ sollicitudo. ⁊ silia. Scḋa cā pt
eē ois ille cib⁹ q multiplicat meliā3 sic̄
sunt lētes ⁊ fabe ⁊ alia legumina. ⁊ oia
grana minuta: ⁊ panis opir⁹. ⁊ vinum
grossum turbidū. ⁊ caseus antiquus: ⁊
caules. ⁊ extremitates ⁊ palmites ar/
boꝝ stipticaꝝ: ⁊ carnes bouie: ⁊ potis
sime antiq: ⁊ potissime indurate in sa/
le. ⁊ carnes lepoꝝ: ⁊ cuniculoꝝ. ⁊ apri
⁊ carnes oium aialiū siluestriū insitata
rū ⁊ illicitaꝝ q comedunt in quibusdā
regionib⁹. Aut rōne male ꝯsuetudinis.
aut rōne famis. sicut sūt vulpes. erici⁹.
asini. muli ⁊ silia. de qb⁹ fac̄ mentionē
Gal. tertio de interiorib⁹. Tertia cā eē
pōt hūor corrupt⁹ mal⁹ adustus. ⁊ ita
aduritur sanguis ⁊ transit i nā3 melicā
⁊ silr cola siue fuerit nālis siue inālis: ⁊
ita de melia q aduritur: ⁊ ita de phle/
gmate cū putrefit ⁊ corrūpitur: sicut di
cit Auic. l3 raro. qꝛ simile nō inficit sile.
Quarta cā pōt eē corruptio digōnis i
membris: ⁊ malicia mūdificatiōis: ⁊ re
tentio superfluitatū. Mā igit melica ali/
quādo ē in cerebro aliqñ ascēdit vapor
melic⁹ a mēbris iferiorib⁹: vt a corde:
a stomacho: ab ypocundriis: ⁊ mirac.
⁊ ab epate ⁊ splene. cū ibi remanet hu/
mor melicus. aut cū nō bñ mundificat
epar ab hūore melico ⁊ ꝓuenit a reten
tione emoroidaꝝ ⁊ mēstruoꝝ. ⁊ aliqñ
vapor melicus ascēdit a pede ⁊ a pti/
bus inferiorib⁹. Et dicit Auic. ꝙ aliqñ
dicit ꝙ ista passio ꝓuenit a demonio.
Et dicit ꝙ cū ipse doceat phisicam de
hoc nō se d3 intromittere. qm̄ qmodo/
cunq̧ vadat negociū causa immediata
semper est melencolia a quocunq̧ fiat
transmutatio.

Signa. Signoꝝ quedam sunt
vlia. qdā pticularia. ⁊
quedā occulta. ⁊ qdam manifesta dete
cta. ⁊ quedā cōpleta. Signa aūt occul/
ta future manie sūt: cū aliqs imaginat:
aut cogitat ea q nō d3 cogitare: aut iudi
care: aut imaginare. ⁊ cū putat bonum
qd nō ē bonū. ⁊ putat honestū qd nō ē:
⁊ cogitat apphendere ipossibilia aut ir
rōnabilia: ⁊ cū male iudicat de illis: si/
ue fiūnt tpe somni siue in tpe vigiliaꝝ:
⁊ cū hoc h3 fantasmata diuersa ⁊ terri

bilia. aut q̄ȝ videt sibi in somnis ꝙ vi/
deat demones. aut monachos nigros:
aut suspensos. aut mortuos. ⁊ oīa ta/
lia ꝯsilia: ⁊ mō ridet: mō flet. ⁊ timet de
non timēdis. ⁊ ridet de nō ridēdis. Si-
gna aūt manifesta detecta sunt qñ dicit
cū ore qḋ cōcepit in corde: ⁊ secū solus
loqt. ita ꝙ a pricipio hȝ stoliditatē isā
tilē: ⁊ ꝓfert v̇ba fatua q̄ nō hñt caput
neqȝ caudā: nec ꝓseq̇t v̇ba incepta: nec
reddit rōnem de eis. Signa aūt cōple/
ta sunt. vt qñ illud corruptū qḋ ꝯcepit
⁊ ore ꝓtulit ꝓsequit operando: ⁊ ince/
dit ab errādo: mō superius mō inferi⁹
sicut cutubut. de quo facit mentionem
Auicē. Cutubut aūt est quoddā genus
aranee qḋ vadit supra aquas fontium:
⁊ habet lōgas tibias: cū incipit ire ver
sus vnā partē añꝙ mot⁹ sit ꝑfect⁹ sta/
tim incipit alteꝝ. ⁊ ita de secūdo. ⁊ ita
de oībus. ⁊ appellat illud aīal in vul/
gari capra aq̄. Cū igitur desipientia est
completa mot⁹ pedū ⁊ manuū ⁊ ligue
⁊ oculoꝝ sunt erratici nūꝙ adherētes
vie vni ⁊ ordini vni. Signa aūt gñalia
sunt ista. de ꝓprietate oīum melicoꝝ ē
habere odio istā vitā ⁊ fugere societa/
tem hoīum: ⁊ esse in cōtīua tristicia. ⁊
hoc est qḋ dicebat Gal. i fine q̄rte ꝑticu
le de morbo. nō ē mirū si timeāt melici
q̄ȝ cām timoris cōtinue secū portāt: aīa
enim est inuoluta cū caligine tenebro/
sa: ⁊ q̄ȝ sequit corpis passiōes: iō timēt
sicut pueri. ⁊ fatui timēt de tenebris ⁊
de nocte. Audaces eni nō timent in te/
nebris. ⁊ hoc ē qḋ dicebat Ypo. timor
⁊ pusilanimitas si multū tēpus habue/
rint melicū faciūt. huiusmoi melici igit
sunt timidi: ⁊ timor lōgus inducit me/
lencoliā. Cauendū ē g̊ a passionib⁹ me
lencolicis: q̄ȝ nec recte agē pōt: nec ora
re: nec itelligere: nec legere: nec docere.

Sunt etiā alia signa cōia: in diuersis tñ
diuersa. de quibus facit mentionē Gal.
4. de interiorib⁹. aliquib⁹ videt ꝙ de⁹
senescat. ⁊ aliꝭs ꝙ angel⁹ qui mouet or
bem fatiget. ⁊ fugit ꝯtinue vt celū non
possit ipm cōtingere. Aliꝗ timent ꝙ ab/
sorbeant: aliꝭs videt ꝙ sint gall⁹ ⁊ mo/
uent brachia loco alaꝝ. Aliꝭs videtur
ꝙ sint vasa vitrea vel argillosa: ⁊ timēt
ꝙ si tangerent frangerent. Aliꝭs vide/
tur ꝙ sint magistri in oī sensibili: ⁊ inci
piūt legere ⁊ docere: ⁊ tñ nihil dicūt rō
nabile. Aliꝭs videt ꝙ sint ꝓphete: ⁊ ꝙ
sint inspirati a spūscō. ⁊ incipiūt ꝓphe
tare ⁊ multa futura p̄dicē siue de statu
mūdi aut antixpi. Et ita de aliꝭs mille
millib⁹ ⁊ ienūerabilib⁹. ad q̄ narrandū
nō sufficit pñs dies. Signa āt spālia st̄
ista. si ē ex san. ē cū risu. ⁊ ocli sūt rubei
⁊ vene plene. ⁊ cāe multiplicātes san.
p̄cesserūt. Si ex cola tūc vocat ꝓprie
mania: ⁊ st̄ cū saltu ⁊ furore ⁊ lumiosi
tate. ⁊ cū terribili aspectu. ⁊ appellat a
q̄busdā demoniū lupinū. Si ex melia
sūt cū tristicia ⁊ sollicitudie ⁊ timore:
⁊ cū diuersis cogitatōib⁹. ⁊ si ex phleg.
st̄ cū sōnietate. Intelligēdū ꝙ cū cere/
bꝝ patit ex sic. tc̄ ē capitis leuitas. ⁊ si
tis. ⁊ vigilie. ⁊ paucitas supfluitatū ex
oculis ⁊ narib⁹. ⁊ si patiat ex hūidita/
te adest capitis grauitas. ⁊ sōniclositas
⁊ mltitudo supfluitatū i oclis ⁊ i nari/
bus. ⁊ paucitas sitis. Si aūt venerit ex
ꝑtib⁹ iferiorib⁹ tc̄ i mēbrovñ vēit adest
pondus. dolor. ⁊ aggrauatio. ⁊ signa
illi⁹ p̄cesserunt. Et si a corde tremor ⁊
cardiaca passio. ⁊ si a stomacho dolor
⁊ nausea ⁊ vētositates mlte. Et si a mi
rac. ⁊ ypocūdriꝭs. inflāmatiōes torsio/
nes. ⁊ si ab epate dolor in ypocundrio
dextro. ⁊ si a splene: duricies ⁊ aggraua
tio in ꝑte sinistra. ⁊ si i ꝑtib⁹ iferioribus

dolor ē ⁊ aggrauatio circa illas ptes. ⁊ si ex retētione emoroidoꝝ ⁊ intestinorum. hoc scimus ex iudicio patiētis. ⁊ siqua sunt similia.

Pronosticatio. Desipiētie cū risu sūt minꝰ moleste. si post crisim i feb. acutis veniat mania: ⁊ cū hoc alia bōa signa cōicēt significat euasionē: ⁊ si mala mortē. ⁊ tñ aliqñ accidit ꝙ euadit a se. ⁊ nō morit: ⁊ mā remanet icinerata i capite: ⁊ ita remanet maniacꝰ. Et si vlcera veniāt maniaco in facie aut i pedibus: mortē ⁊ incurabilitatē signat. Si maniacꝰ amittat appetitū oino euadē nō pōt: tū ꝓpter maliciā morbi: tū ꝓpē priuationē cibi. quādiu eni videb maniacū cū toruo aspectu: nō reputes ipm curatū. Qñ aūt supueniūt manie varices: aut multitudo mēstruoꝝ. aut fluxꝰ emoroidoꝝ: aut ydropisis tunc curat.

Cura. Primū eni qd cōpetit i curatione oiuz maniacoꝝ est gaudiū ⁊ leticia. qm̄ illud qd magis nocet ē sollicitudo ⁊ tristicia. ⁊ iō domus oz eē clara lumiosa sine picturis: ⁊ debent ibi eē multa odorifera. ⁊ oēs habitātes in ea debēt eē pulchri aspectꝰ: ⁊ oēs qs timeat: ⁊ de qbꝰ verecundet si enormia egerit aut fatua loqret: ⁊ ipsi debēt multa ꝓmittē ⁊ ēt multa iocalia pulcherrima presentare: debēt ⁊ ibi eē instrumēta musica. ⁊ breuiter oia q̄ letificant aiaz. Attñ si ꝓuenisset ista egritudo ex nimio gaudio ⁊ repētino: aut qꝛ fuit nūciatū ꝙ ipse erat in dignitate maxima subleuatꝰ. aut aliqs aicus suꝰ. tūc bonū eēt ꝙ de illo eodē tristicia induceretur. Secūdo cōpetūt in curatiōe oia humectantia: cū passio sit pp siccū: ⁊ iō cōpetit sibi sōnꝰ. qes. ociū. ⁊ balnea añ cibū. ⁊ cibaria hūectātia oppilātia. cōpetūt igit galline capones. ⁊ caro annualis agni. ⁊ vinū claꝝ sbtile. ⁊ pisces squamosi de aqs mūdis. ⁊ oua sorbilia ⁊ panis triticeꝰ bñ coctꝰ ⁊ bñ fermentatus: ⁊ cū tēpata quātitate salis. ⁊ breuiter oē illud qd hūectat corpꝰ: qm̄ hoc est magna ps curatiōis. Intelligendum tñ ꝙ si mania veniret ex oppilatiōe vł ex phlegmatis corruptiōe: tūc ista cēnt modificāda. ⁊ tūc amidū nō eēt ꝯcedēdum qm̄ oppilat. Tertio ꝯpetūt in curatione vitare oē illud qd multiplicat melēiam. siue fuerit nāle siue innālis. Uitet ḡ panē opiꝝ. ⁊ vinū nouū turbiduz spissum grossuz. ⁊ lētes. ⁊ fabas. ⁊ alia legumina. caseū antiquū. ⁊ carnes bouinas. ⁊ oia cibaria melēica. ⁊ ēt ea que adurūt hūores. ⁊ iō vitabit oia salsa. ⁊ oia acuta. ⁊ oia q̄ sūt vehemētis acetositatis. ⁊ vitabit oēm laborē nimium ⁊ irā et otiū. et oia ꝯsilia. Quarto ad mālia veniamꝰ. In mania igit de cā calida apponamꝰ in principio repercussiua et cōfortatiua et sōnifera. et iō inungamꝰ caput cū oleo ro. et aceto. et viol. et nenuphare. et oleo de salicibꝰ. et cucurbita. et papauere. et aceto sqlli. et camomilla. et mellitoto. Et si fuerit cā frigida. minuamꝰ ista et addamus ista. anthos et sticados. et camomilla. et mellilotū. et acetū. sqll. et silia cala q̄ nō multum excedāt. Deide cōe ē ꝙ fiāt fricationes extremitatū: et ligature dolorose. deinde fiāt clisteria. Et si est cā cala addat elliuz de succo ro. Et si frida yerapigra. et sticados. ⁊ anisū. ⁊ alia ꝭm exigētiā māe: qꝛ mālia clisterioꝝ h nō apponē volo. Deinde pticulariter curent ꝭm exigentiā hūoris. Et si nō eēt obediēs liget vt nō ledat se nec aliū. et collafizet et flagellet. Si igit cā fuerit sanguinea. fiat prio phloia de saphe/

nis vt trahat mã ad partẽ lõginquam. Deide fiat de epatica vt plenitudo re moueat. ꝛ cũ hoc distrahat. deinde de vena q̃ est inter pollicẽ ꝛ indicẽ. deinde de cephalica. que est inter curuaturam brachij. supposito ꝙ indigeat: ꝛ ꝙ vir/ tus possit tollerare. Deinde mũdificet cũ cassiafi. mãna. ꝛ tamarid. ꝛ epithio ꝛ aqua casei. Si aũt fuerit mã colica digerat sic. ℞. end. scariol. lactuc. añ. ℥ ij. succi boꝝ. suc. fumi terre. suc. buglos se. suc. pomoꝝ dul. añ. lib. ß. aceti. sqll. ℥. iij. panis zucc. lib. j. fiat siru. ꝛ clarifi/ cetur. Deinde purget cũ mirabl. citri. ꝛ indis. ꝛ thimo. ꝛ folijs sene. ꝛ aqua ca/ sei. ꝛ ista fiãt multis vicib⁹ si indigue/ rit. Et si ex his nõ curet ꝛ passio iã in/ cipiat indurari. tũc euacuet cũ elrio de succo ro. ꝛ yeraruffi. acuatis cũ diagri dio ꝛ mastice. Ista aũt fortia medica/ mina nõ dent nisi postꝙ multa leuia p/ cesserũt. Si aũt fuerit mã melica dige/ ratur sic. ℞. radic. feniculi. petrosil. bru sci. sparagi. graminis. añ. ℥. j. suc. boꝝ. suc. buglosse. suc. mellisse. añ. ℥. iij. aceti al. ℥. ij. mell. ro. lib. j. ꝛ. ß. fiat siru. ꝛ cla rificet. deinde purget cũ mirabl. indis. bellicis. epithio. ꝛ folio sene. ꝛ lapide lazuli. ꝛ lapide armenico. Parent igit ista sicut decet: ꝛ exhibeat multis vici bus. postꝙ aũt passio indurat det yera logodion. ꝛ yeraruffi. ꝛ ita paulatine ascẽdendũ est ad fortiora. Si aũt mã fuerit phlegmatica: lz raro ꝯtingat di/ geratur sic. ℞. radic. apij. brusci. spara gi. graminis. scolopendrie. anisi. marat. spicenar. squinãti. ciperi. añ. ℥. j. ꝛ tunc apponant succi predicti ꝛ acetũ ꝛ mel: ꝛ fiat siru. Deinde purget cũ mirabul chebl. ꝛ indis. ꝛ polipod. ꝛ agarico pa ratis sic op3. ꝛ cũ rep̃ssiuis q̃ oz: ꝛ dent multis vicib⁹ si necessariũ fuerit. Et si passio ẽ indurata purget cũ fortiorib⁹ scz cũ yerap̃. ꝛ yeraruffi. acuatis cũ pul pa coll. Uel paret mã p hũc modũ. s. ꝙ lardẽt radic. fenicli: aut petrosil. õ ello ꝛ stẽt sb terra dieb⁹. xl. ꝛ fiat oxill. per modũ p quẽ diximꝰ supꝰ cap. ð lepra. ꝛ vtat ea. Ultĩo aũt cũ oĩa supradicta fu erint fcã: ꝛ remediũ siue cura ñ seqt: ra datur caput ꝛ findat ĩ cruce. ꝛ postea fiat cauteriũ aut cauteria mlta: qꝛ ꝓcul dubio ista faciũt ad fũoꝝ exalationez. Uidi. n. melicũ ꝛ a fortũa cũ gladio fu it vlnerat⁹ ꝛ craneũ fractũ. vere ꝙ diu vuln⁹ fuit aptũ: tãdiu fuit optĩe curat⁹: ꝛ stati cũ vln⁹ fuit curatũ ꝛ clausũ reuer sa ẽ mania. ꝛ puto ꝙ si vuln⁹ fuiss3 diu aptũ ꝛ ꝙ ipe fuiss3 remediat⁹ sic oz. ꝙ curat⁹ fuiss3. Si aũt mania venerit pp cãs extrĩsecas vt pp casũ ꝛ ꝑcussionez ꝛ silia. fiãt phlobã ꝛ clisteria ꝛ capitis confortatio cũ oleo ro. ꝛ aceto ꝛ lacte mulieꝝ. ꝛ p⁹ corpis mũdificationẽ fiãt fomẽtatiões circa caput cũ camo. mel/ liloto. anthos. sticados: ꝛ silib⁹. Si ãt ꝓuenerit pp ascẽsionẽ fumi ad supiora ab ĩferiorib⁹: tũc fiãt remedia iuxta na turã pticule patiẽtis. Si igit venerit a corde dẽt ista elria. ℞. diacamerõ. dia codiõ. diãbre leticie Gal. pliris cũ mu/ sco. diãthos cũ musco. añ. ꝛ ita de alijs medicinis cordialib⁹: sic ẽ spodiũ am/ bra. musc⁹. lignũ aloes. auꝝ foliatũ: bu glossa. benial. ꝛ ru. margarite. os õ cor de cerui. ꝛ doronicũ ozimũ. semẽ ma/ iorane. se. basilicõis. crocus ꝛ silia. Si aũt venerit a stomacho ꝛ ypocũdrijs. ꝛ mirac: tũc certificet digestio ꝛ vẽtosi tas excludat. ꝓuocet igit vomit⁹: ꝛ det cibus subtilis ꝛ facilis digõnis: ꝛ non ponat crudũ supra semicoctũ vl semidi gestũ. ꝛ postꝙ cib⁹ corrupt⁹ fuerit ĩ sto macho: qḋ discernit ex ꝯuersione eius

ẽnfumositatẽ: aut acetositatem: aut vẽ/
tositatẽ: aut aliquẽ saporẽ abominabi/
lem: tũc nõ dormiat donec stomachus
fuerit mũdificatus aut ꝑ vomitũ aut ꝑ
clistere aut ꝑ medicinã secessiuã: ⁊ con
fortetur stomachus cũ isto electuario.
℞. diamẽte. diatriton pipereon. diam/
bre. dianthos. añ. ℥. ꝗ. misceantur. Et si
cã esset ca. fiat phlõia ⁊ ẽt vẽtose: ⁊ fri
gida administrent sicut dicet caplõ de
apostematibus. Et qñ ista mania cau/
satur de cã frigida q̃ mirachia appella
tur seu ypocũdriata: q̃ aliquando ẽ cũ
duricie vẽtris ⁊ tumore: ⁊ aliqñ nõ. Si
igitur fuerit sine apostemate ⁊ inflatio
ne tũc valẽt ista quoquo mõ applicata
absinthiũ. agnus castus. rutha. radix li
lij: deinde fiãt vẽtose ⁊ silia. Si aũt fue
rit ab epate dent diuretice ⁊ aperitiua:
sicut est spicanar. squinãtum ⁊ silia. Si
autez venerit a splene a quo frequẽter
ꝑt euenire. tũc mollificet splen ⁊ deop/
piletur: sicut dicet inferius. Si ex emo
roidibus aperiant: sicut dicet. Si a ma
trice ꝓuocent menstrua sicut dicetur.
Si aũt ab aliquo alio mẽbro ⁊ possit
cauterizari cauterizet. Preseruent igit
maniaci ⁊ melãcolici in vere ⁊ autũno
cũ longa acceptione epithimi ⁊ seri ca
prini. Hoc enim vlr preseruat a lepra ⁊
ab oĩ passione melãcolica.

Clarificatio. Intelligẽduz
ꝙ inter oĩa q̃
magis nocẽt sensibus est repletio cibo
ruz ⁊ hũiditatũ. siccitas aũt quãdo ex
cedit nocet cerebro: qr reddit spũs ni/
mis mobiles: ⁊ si excedat plus ipso ꝑ/
uificat ⁊ resoluit: ⁊ sũt dicta Aui. Se/
cũdo intelligendũ ꝙ in calidis regioni
bus frequentius accidit mania. In fri/
gidis ãt tardius: ⁊ lz calor nãlis sit for
tior: ñ tm̃ adurit: sz viuificat ⁊ ꝯseruat.

¶ Caplʒ. xx. de amore q̃ hereos dicit

AMor qui here/
os dicit est
sollicitudo melĩca ꝑꝑ
mulieris amorẽ.

Causa. Cã hu
ius pas
sionis est corruptio extimatiue ꝑꝑ for
mã ⁊ figurã fortiter affixam: vñ cũ ali
quis philocaptus est in amore alicuiꝰ
mulieris: ita fortiter cõcipit formã ⁊ fi
gurã ⁊ modũ: qm̃ credit ⁊ opinat hãc
esse meliorẽ pulchriorẽ: magis venera
bilẽ: magis speciosaz: ⁊ melius dotatã
in nãlibus ⁊ moralibus q̃ꝙ aliquã alia/
rum: ⁊ iõ ardẽter cõcupiscit eã: ⁊ sine
mõ ⁊ mẽsura opinãs si posset finem at
tingere ꝙ hec esset sua felicitas ⁊ beati
tudo: ⁊ intãtũ corruptũ est iudiciũ ra/
tionis: ꝙ cõtinue cogitat de ea: ⁊ dimit
tit oẽs suas operationes: ita ꝙ si aliq̃s
loquatur cum eo vix intelligit aliqua
alia. Et qr est in cõtinua meditatione:
iõ sollicitudo melãcolica appellat. He
reos dicit qr hereosi ⁊ nobiles ꝓpter
affluẽtiã deliciaꝝ istam passionẽ con/
sueuerũt incurrere: qm̃ sicut dicit Uiati
cus: sicut felicitas est vltimũ dilectio/
nis: ita hereos vltimũ dilectionis ⁊ iõ
intãtũ concupiscũt ꝙ insani efficiũtur.
Juxta illud Ouidij. A trabe sublimi
triste pepẽdit onus. Judiciũ ẽt ipsoruz
corruptũ est: ⁊ iõ dicebat versificator.
Omnis amãs cecus nõ est amor arbi/
ter equus. Nã deforme pectus iudicat
esse decus. ⁊ alibi: Quisquis amat ra/
nam: ranã putat esse dianam. Uirtꝰ igi
tur extimatiua q̃ est altior inter sensi/
biles ꝑcipit imagiatiue ⁊ imaginatiua
concupiscibili: ⁊ concupiscibilis ira/
scibili: irascibilis virtuti motiue lacer/
toꝝ: ⁊ tunc mouetur totũ corpus spre

to ordine rationis. ⁊ currit de nocte ⁊ de die per viam ⁊ inuia: spernendo ca/lorem ⁊ frigus ⁊ omnia pericula cuiuſ cunqꝫ conditionis ſint. cū iam amplius non poteſt quieſcere corpus. ſed cōcu/piſcentia non quieſcit intantū ꝙ triſta/bilia ſūt ſine ꝯparatiōe maiora q̄ eēnt delectabilia: dato ꝙ haberet intentum. ⁊ cū naturaliter fugiāt triſtabilia: hic aūt in mēte captus eſt ꝙ ꝓpter vnam modicā ⁊ miſerrimam delectationem omne triſtabile videt ſibi delectabile. Ita recte faciunt ribaldi q̄ propter dele ctationē ludi ⁊ taberne in hyeme ince/dunt nudi ⁊ in terra decūbunt. ⁊ lumen vident quod eſt magis delectabile vel triſtabile. ⁊ nō eſt dubiū ꝙ triſtabile. ⁊ tamen eligunt maxime triſtabilia pro/pter modica delectabilia. ita ⁊ iſti mi/ſeri philocapti.

Signa. Signa aūt ſunt quādo amittūt ſomnū ⁊ cibū ⁊ potum: ⁊ maceratur totum corpus p̄terq̄ oculi. ⁊ habēt cogitatōes occul tas ⁊ profundas cū ſuſpirijs luctuoſis ⁊ ſi audiant cantilenas de ſeparatione amoris ſtatim incipiunt flere ⁊ triſtari. ⁊ ſi audiant de cōiunctione amoris ſta tim incipiunt ridere ⁊ cantare. Pulſus eoꝝ eſt diuerſus ⁊ inordinatus. ſed eſt velox frequēs ⁊ alt᷒. ſi mulier quā dili git nominet aut ſi tranſeat coram ipſo. Et ꝑ hūc modū cognouit Gal. paſſio nem cuiuſdā iuuenis. patiēs enim erat melencolic᷒ triſtis ⁊ macilētus. ⁊ pul/ſus erat occultus ⁊ inordinat᷒. ⁊ nole/bat Gal. reuelare. tunc accidit a fortu/na illa mulier quam diligebat tranſiuit coram eo. ⁊ tunc pulſus fuit ſubito for/titer excitatus. ⁊ cū mulier tranſiuiſſet: pulſus reuerſus ē ad naturam primā. ⁊ tūc cognouit Gal. ꝙ philocapt᷒ erat: ⁊ dixit tu es i tali paſſiōe q͛ talē diligis mulierē. ⁊ alter fuit admirat᷒ ꝙ cogno uiſſet paſſionē ⁊ perſonā. Et ideo ſi ali quis vult ſcire nomen mulieris quā di/ligit nominet ſibi multas. ⁊ cū nominat illa quam diligit ſtatim pulſus excitat. Illa ergo eſt ⁊ fugiatis ab ea.

Pronoſtica. Pronoſtica/tio eſt talis ꝙ niſi hēoſis ſuccurrat in maniam cadūt aut moriuntur.

Cura. Patiens iſte aūt eſt obe/diens rōni aut nō. Si eſt obediens remoueat ab illa falſa imagi natione ab aliquo viro quē timeat: de quo verecūdet cū verbis ⁊ admonitio nibus oñdendo pericula ſeculi: diē iu/dicij: ⁊ gaudia paradiſi. Et ſi ratiōi nō eſt obediens: ⁊ ſi eſſet iuuenis ꝙ cēt ſb ferula: tūc freq̄nter ⁊ fortiter flagellet donec totus incipiat fetere. deinde nun cientur ſibi valde triſtabilia: vt maior triſticia minorē habeat obfuſcare. Aut ꝙ nuncient alta delectabilia: aut q͛ fa/ctus ſeneſcallus: vel bailus: vel bñficiū grande eſt ſibi collatū: ⁊ ita reuocabit: q͛ honores mutant mores. deīde tolla tur ocium: de quo Ouidi᷒. Ocia ſi tol/las periere cupidinis act᷒. Deinde oc cupetur in aliqua actiōe neceſſaria. de quo Ouidius. Dat vacue mēti quo te/neatur opus. Deinde diſtrahat ad lon ginquas regiones vt videat varia ⁊ di uerſa. ⁊ de hoc Ouidi. Uade ꝑ vrbane ſplēdida caſtra troie. Iuuenies piſides ⁊ reꝝ mille colores. Deinde hortetur ad diligēdū multas: ⁊ diſtrahat amor vnius ꝓpter amorem alterius. ⁊ de hoc Ouidius hortor ⁊ vt pariter binas ha beatis amicas. Forti᷒ ⁊ plures ſi quis amare poteſt. Utile igitur ē mutare re/gimen. ⁊ eſſe inter amicos ⁊ notos. ⁊

ꝙ vadat per loca vbi sint prata. fontes montes. nemora. odores boni. pulchri aspectus. cantus auiũ. instrumẽta musica. cũ dicat Auic. ꝙ aliq̃ plus mouentur per instrumẽta musica. Et si aliqua materia fuerit aggregata. mũdificetur sicut dictũ est cap̃lo de mania ⁊ mel̃ia: q̃ vere vna spẽs mel̃ie ẽ. Finaliter aũt cũ aliud ꝯsiliũ nõ habem⁹: implorem⁹ auxiliũ ⁊ cõsiliũ vetulaꝝ: vt ipsi dehonestent ⁊ diffamẽt quantũ possunt. ipse enim habẽt artẽ sagacẽ ad hoc plus q̃ viri. cũ dicit Auic. ꝙ aliqui sũnt q̃ gaudent in audiendo fetida ⁊ illicita. Queratur igit̃ vetula turpissima in aspectu cũ magnis dentib⁹ ⁊ barba: ⁊ cũ turpi ⁊ vili habitu: ⁊ ꝙ portet subt⁹ gremiũ pãnum menstruatũ ⁊ adueniẽs philocapta ꝙ incipiat dehonestare camisiaꝫ suã dicendo: qm̃ est tignosa ⁊ ebriosa: ⁊ ꝙ mingit in lecto: ⁊ ꝙ est epil̃ica ⁊ impudica: ⁊ ꝙ in corpe suo sunt excrescẽtie enormes cũ fetore anhelitus. ⁊ aliĩs omnib⁹ enormib⁹ in quib⁹ vetule sunt edocte. Si aũt ex his ꝑsuasionib⁹ nolit dimittẽ: s̃bito extrahat pãnũ mẽstruatũ corã facie: apportãdo dicẽdo: clamando: talis ẽ amica tua talis. Et si ex his non dimiserit: iam nõ est homo: sꝫ diabolus incarnatus. Fatuitas igitur sua vlterius secum sit in perditione.

Clarificatio. Intelligendũ ꝙ coit⁹ superfluus desiccat: ⁊ talis nõ cõpetit hereosis nec tristib⁹ nec mel̃icis. sed quibus permissum ẽ cõpetit ꝺm tẽperamentuꝫ ꝺm Auic. Scõm aũt tẽperamẽtũ fit ꝺꝫ Gal. qñ fit causatis tantis interuallis: vt corp⁹ sentiat se alleuiatũ ⁊ melius comedentẽ ⁊ dormientẽ. Coitus igitur q̃ letificat ⁊ calefacit ⁊ bonã digestionem inducit: iõ bene cõpetit quib⁹ ẽ ꝑmissum. dũ tñ fiat ꝺm tẽperamentum. Secundo notandũ ꝙ vinũ q̃ letificat ⁊ humectat si cũ tẽperamento sumitur q̃ digestionẽ cõfortat ideo bene competit. Oportet igit̃ ꝙ vinũ non sumatur in parua quantitate nec in tãta ꝙ inebriet: sed in tali ꝙ letificet ⁊ curas tollat. vnde vbi ebrietas nulla vel tanta sit vt sibi curas eripiat siqua est inter vtrũq̃ nocet. Et ideo dicebat viatic⁹. qui prio vinũ de vite ducere mollis⁹ est inter sapientissimos dꝫ deputari. Tertio aduertendũ ꝙ in hac cura cõpetit balneũ q̃ humectat ⁊ letificat. dũ tñ corp⁹ fuerit mũdificatũ. Quarto sciẽdũ ꝙ amor qui hereos dicit̃ ꝓprie loquẽdo ꝓpria passio cerebri est: ꝑꝑ corruptionẽ imaginatiue. testiculi aũt pñt eẽ subiectũ q̊ ad cãm ꝯiunctam. sed epar q̊ ad añcedentem. Quinto notãdũ ꝙ ista passio frequẽtius aduenit viris q̃ mulierib⁹: pro tãto q̃ viri sunt calidiores: ⁊ vl̃iter femine frigidiores: ⁊ hoc pꝫ in masculis brutoꝝ: qui cũ furia ⁊ ĩpetu mouentur ad coitũ implendũ. Nũc q̃ viri calidiores: ideo in coitu ĩtensius delectantur. mulieres aũt extẽsiue pl⁹: q̃ in semine viri ⁊ in semine ꝓprio. Ultimo intelligendũ ꝙ ista passio pulcherrimo mõ põt describi sic. Amor ẽ mẽtis insania: q̃ anim⁹ vagat̃ per inania: cerebri doloribus permiscens pauca gaudia.

¶ Capitulũ. xxj. de ebrietate.

Ebrietas est passio cerebri cũ neruorũ mollificatione ꝑꝑ fumos grossos a vino resolutos proueniens.

Cause. Cũ .n. vinũ accipitur ĩ nimia quãtitate aut in forti qualitate: tũc ṽtus digestiua stomachi

⁊ epatis nõ pñt supare nec digerē. ⁊ tūc resoluunt fumi grossi cerebꝝ ascēdentes q̄ mollificāt neruos: ⁊ turbāt instrumēta sensuū i toto corpe. ⁊ turbāt vtutes oēs. sic ē imaginatiua. cogitatiua: ⁊ memoria: qm̄ fum⁹ iste ē caligo ⁊ tenebre ipsi aīe: sicut nubes ipsi soli. Assimilatur igit desipientie ⁊ furori.

Signa. Primū mēbꝝ i q̄ apparet ē lingua pp multitudinē neruoꝝ q̄ ibi sunt: ⁊ iō incipit loq̄ balbuciendo aut verba precipitando. Deinde incipiunt alia membra tremere aut deficere. ⁊ ita de aliis.

Pronostica. Si eni ꝯtinuauerit aliqs. nō pōt eē q̄n moriat. aut apopleticus: aut epilētic⁹. aut paralitic⁹. aut tremulos⁹: aut guttosus: qm̄ licz vinū sit calidū: nimis tñ bibitū cā est frigidaꝝ passionū ꝓm Gal. secundo de morbo.

Cura. Curatio ē ꝙ si ē ca. cōplexiōis ꝙ frida capiti applicent: sic ē oleū ro. ⁊ acetū ⁊ nenuphar ⁊ silia. Si aūt ē fride aliq̄ cal'a tēpamēto vicina sic ē camomilla. mellilotuz ⁊ anthos. ⁊ silia capiti applicent. fiāt clisteria ⁊ fricatiōes extremitatū. ⁊ sumat stiptica si fuerit fride ꝯplexiōis: sumat succum mēte ⁊ absinthij. Si calide sumat succū caulīū ⁊ citonioꝝ ⁊ siliū. Et q² cura posita ē supius cap'lo de dolore capitis. iō curā vlterius nō ꝑtracto.

Clarificatio. Intelligēdum ꝙ ebrietas ⁊ accidētia ebrietatum fiūt aliter: ⁊ alit: ꝓm diuersitatē cōplexionuz ⁊ viroꝝ. q̄ eni hñt stomachū calidū citi⁹ inebriantur ⁊ citi⁹ curant: ecōtrario ē de frido. Idē ē de cōplexione cerebri cal'a vl' fri. vinū eni grossuz tardi⁹ inebriat ⁊ tardius curat. Si aūt apponat aq̄ citi⁹ iebriat: qm̄ quodāmō subtiliat eū. Et iō dicebat Auic. vinū limphatū citi⁹ inebriat: vinū aūt subtile citius inebriat ⁊ citius curat. Accidentia sunt ꝓm diuersitatem complexionuz. qm̄ sanguinei inebriati rident hincinde currentes: ⁊ quasi stoliditatē ifantilē habētes. Colerici efficiūtur loquaces ⁊ mobiles: ⁊ quasi quandam furiā incurrūt. Sed phlegmatici efficiunt somniculosi ⁊ stupidi cū somno graui ⁊ molesto. Melici aūt efficiūtur tristes. ⁊ incipiūt flere peccata sua. Sed qui habent stomachū frigidū incurrūt dolorem capitis vehementem: sed qui tēperati dormiūt magis somno naturali. Uinū puruz citius inebriat ⁊ albū velociter: sed cito soluit. Sed q̄ habēt stomachū calidū ⁊ cerebꝝ frigidum cito inebriantur. Secūdo itelligēdum ꝙ multa sunt que inducūt actionē similē ebrietati. sicut sunt ceruisia ⁊ medones. ⁊ nigella q̄ est in pane: que reddit spūm somniculosum ⁊ stupidū q̄si embrium ꝑpter multitudinē vaporuz: sed ptisana nūꝙ propter bonitatez sue decoctionis. Tertio intelligendum ꝙ oibus ebriosis ⁊ habentib⁹ caput plenum vaporib⁹ grossis indigestis. videt ꝙ circa lumen cādele sit rota magna diuersis coloribus. ⁊ hoc est q² spūs luminosi propter vapores sunt turbati. Quarto sciēdū ꝙ ꝓm itentionē Auic. ꝙ bonū est inebriari semel in mense: nō propter ebrietatē: sed q² ad ebrietatez sequitur vomit⁹ sudor ⁊ secessus: que corpus hñt mūdificare ⁊ talis passio ꝑ relationē ad finē non est morb⁹. Et cuz multi aliī sint modi purgationis ⁊ hoc sit ignominiosum. ⁊ etiaz non est oino tutū. q² ante vomitū hñ possz incurrere apoplexiā. ideo ab aula nostre speculationis totaliter sit remotum. Quinto

notádũ ⁊ ꝭꝫ Gal̃.in de cóplexionibus
inter oia que citius cõuertunt in cal̃. ⁊
spiritũ est vinũ ipm:ẽt currat sincopim
ꝭm Gal̃.xij.de ingenio ⁊ multa alia iu/
uaméta facit:⁊ hoc est veꝝ qñ sumitur
ꝭm tẽperamẽtũ.qñ aũt excedit nãꝫ cor
poris tũc facit multa nocumẽta. Prio
qꝛ replet caput vaporibus ⁊ ita pertur
bat aiam ⁊ oẽs opationes. Secũdo qꝛ
rõne indigestionis cõuertit in acetũ: ⁊
ita pcutit neruos:⁊ ita est cã paralisis.
Tertio qꝛ materias crudas facit pene
trare ad mẽbra:⁊ ita est cã artericie cũ
sit fortissim⁹ penetrator. Sic igit vinũ
ẽ altissima tyriaca cũ sumit sicut opor
tet:ita est letale venenũ cũ sumit sicut
nõ opꝫ. Ultimo intelligendũ ꝙ coitus
in declinatione corpe mundificato qui/
bus data est licentia pót cõpetere dum
tamẽ fiat ꝭm tẽperamẽtũ.

¶ Capl̃m.xxij.de frenesi.

FRenesis est apo/stema ca
lida in pãniculis cerebri
generatum.

Cause. Cã est co.
pura: aut
ebullitio sanguinis in corde aut epate.
Cause aũt coadiuuãtes sunt vt qꝛ iuue
nis colericus ⁊ tẽpus estiuũ: ⁊ qꝛ labo
rauit in diebus canicularib⁹ ⁊ stetit i so
le ca.capite discoopto:⁊ ieiunauit ⁊ co
medit cibaria ca.⁊ alia ꝯsilia q̃ corp⁹
calefaciũt ⁊ desiccãt. Frenesis aũt q̃dã
est vera:q̃dã nõ vera. Uera ãt fit qñ co.
ru.pura .aut co.ru . adusta aut vapor
sanguinis ebulliẽs in epate ⁊ in corde
coadunant in panniculis cerebri: aut
substãtia medullari:⁊ ibi faciũt aposte
ma ad qõ sequit febris cõtinua ⁊ ardẽ
tissima:tũ ꝓpter mẽbri debilitatẽ ⁊ ma
terie dispositionẽ. Frenesis nõ vera cã/
tur ex co.citrina:aut qꝛ sequit fe.sic sũt
tertiana:causon:apostema pulmonis:
lateris:diafragmatis : stomachi : epa/
tis matricis:⁊ ita de alijs.

Signa. Signa sũt febris conti
nua alienatio:vigilie:
sitis nigredo lingue :motus inordinat⁹
pedum ⁊ manuũ:⁊ agitatio toti⁹ cor/
poris:loquela cõtinua:⁊ accidẽtia ter/
ribilia furiosa. In nõ vera oia sunt re/
missa ⁊ aliquãdo quiescũt.

Pronostica. Galienus in ꝓ
nosticis supra
illa pte manuũ mobilitatis signa ⁊c.di
cit ꝙ frenesis pniciosa est in oi genere
suo. Frenesis q̃ i sb̃a medullari deterior
ẽ iter oẽs:deiñ illa q̃ ẽ i piamatre.deiñ
q̃ ẽ i dura. Frenesis q̃ ẽ i co.ru.adusta ẽ
pessima:deinde q̃ est nõ ex adusta :de/
inde q̃ est ex sanguine : deinde q̃ est ex
co.citrina:⁊ ita de alijs. Signa aũt mor
talia sũt ista cũ vrina pcessit colorata
⁊ mõ est alba ⁊ tenuis:⁊ alienatio cõ/
tinua:⁊ vigilie cõtinue:sil̃r si retineatur
vrina ⁊ egestio ⁊ si spasmet: ⁊ si tibie
sint extẽse:⁊ nõ possit cõduplicare:⁊ si
duplicates nõ possit extẽdere: ⁊ si vesi
ca appareat in pollice:⁊ si accidat sin/
copis. Istis signis apparẽtib⁹ iã mors
sedet in pedibus:medicus igitur conse
stim fugere debet.

Cura. Istis signis mortalib⁹ non
apparẽtibus parato nau/
fragio succurram⁹. In primis igit par
ticularibus cõcurrentibus fiat phlobotomia
de cephalica vsq₃ ad sincopim vel q̃si
sincopim:si virtus tollerare queat: de/
inde fiat de venis q̃ sunt in sũmitate na
ris:deinde cũ setis porcinis ꝓuocet flu
xus sanguis abint⁹:deinde fiat phlobotomia
de vena q̃ est in frõte:deinde fiat frica/
tiones ⁊ clisteria. Deide frigida capiti

applicentur:ficut ē oleū ro. ⁊ acetum ⁊ aqua ro. infrigidatis in profundo puteo. Et si indigemus frigidioribus: extrahatur succus ex vno istorum vł ex pluribus. s. lactuc. portul. cucurbita: semperuiua: maurella: papauer. al. ⁊ similibus: ⁊ bombax inungatur aut aliqd simile: ⁊ tepidum fronti ⁊ timporibus applicetur: ⁊. xxiiij. horis a principio morbi continuetur: vtatur isto sirupo. ℞. suc. lactuc. suc. cucur. suc. portul. suc. lentiginis aque. ana: lib. s. quatuor se. frigidorum se. papaueris al. ana. ℥. j. vini malorum grana. ℥. iij. omnium sandal. ʒ. iij. panis zucha. lib. j. fiat sirupus clarificatus. Purgetur cum ista decoctione: ⁊ in principio ante digestionem materie. ℞. florum bora. florum viol. ana. ℥. j. prunorum. xx. fiat decoctio ⁊ in decoctione resoluatur cassiefi. mundc. tamarind. ana. ℥. j. misceantur: ⁊ exbibeatur ante diem. Cibus sit nullus: ⁊ si necessarium fuerit detur mica panis ter lota in aqua dulci ⁊ frigida: aq̄ ordei colata vel colatura quatuor se. frigidorum mund. cum lacte amigd. cū vino malorum grana. ⁊ pane de zuch. cum modico aque ro. Uel ꝙ fiat ista confectio cum succo limonum ⁊ pane de zucha. ⁊ si ascendamus vsq3 ad ordeaceum magnum quid erit: qꝛ egritudo erit breuis ⁊ accidentia terribilia. Si aūt egritudo est confirmata ꝙ differant: qꝛ alienatio non cessat ⁊ vigilie sunt continue: tunc nihil frigidum capiti applicetur: nec actu nec potentia. sed catuli viui findantur per dorsū ⁊ subito capiti applicentur: ⁊ cum incipiunt infrigidari statim alter applicetur. ⁊ si tot non inueniantur: ponentur in aqua feruenti: hoc idem potest fieri de gallo hoc idem de pulmone arietis: ⁊ ꝙ per dorsū extrahatur animali viuente. Et ista sine intermissione applicentur: qꝛ hoc est vltimum remedium. domus autem sit frigida ⁊ aspergatur aqua frigida ⁊ aceto ⁊ aqua ro. ⁊ ponantur multe cantaplore in domo ⁊ herbe frigide. sicut est multitudo nenupharis: ⁊ foliorum vitis al. ⁊ folia salicis. ⁊ cannarū ⁊ ro. ⁊ vial. Et si non potest dormire vtatur papauere. ⁊ fomētetur caput cū aqua decoctionis papauer. ⁊ rof. ⁊ farina papaueris pastata cū lacte mulieris puellam nutrientis: ⁊ abluatur os cum aqua frigida ⁊ aceto ⁊ ponantur sacculi de psillio supra linguam madefacti cum aqua frigida: ⁊ mandibula inferior ⁊ gula ⁊ pectus inungatur cum isto vnguento. ℞. diadraganti figidi infusi i aqua ro. mucilagines psillij facte in vino malorum gra. coletur mucilago ⁊ addatur farina papaueris al. oleum ro. ⁊ modicum cere ⁊ fiat vnguentum contra nigredinem ⁊ arsuram lingue: ⁊ ita inungatur ab extra. ⁊ fiant alia medicamina que dicta sunt ab intus: ⁊ teneat folia portulace supra linguam. aut frustrum pomi incisi tenuiter ad modum lingue. Deinde cū erit in conualescentia regatur sicut conualescentes debent regi. Et si non vrinet propter defectum sensus: fricetur circa pectinem: ⁊ embrocetur cum aqua camomille. Et si fuerit stupidus propter multitudinem infrigidantium: fomentetur cum aqua decoctionis camomille: anthos: sticados: mente: mentastri. Et si fuerit cum nimia inquietudine ⁊ furia ligetur ne ledat se nec alios: ⁊ potissime propter phlobotomiam. In cōualescentia vtatur balneis somniferis: ⁊ rebus facilis digestionis. Frenesis āt aliquando componitur cū mania lu-

pins. ⁊ tunc sunt accidentia terribilia. quoniam ascendit parietes ⁊ similia. ⁊ composita vniuersaliter curentur sicut componentia exigunt.

Clarificatio. Intelligendū ꝙ cerebruꝫ ⁊ ossa possūt apostemari. licꝫ Damascenus tenet contrarium. Cuius ratio est: qm̄ quicquid per nutrimentū potest dilatari ⁊ extendi potest apostemari. vñ licꝫ cerebrum sit humidum ⁊ aquosuꝫ viscosum tñ est: ⁊ ideo extēsibile: quare ⁊ apostemabile: ossa ēt sunt extensibilia saltim in puericia: quare ⁊c̄. Secundo notandum ꝙ apostemata cerebri sunt curabilia repercutiendo. euaporando mām ad oppositum transmittendo: ⁊ licꝫ ibi esset sanies aut virulētia: natura pōt purgare: aut per nares: aut aures: aut insensibiliter. Tertio notandū ꝙ in frenesi de col'a competit phlobotomia. licꝫ in mā col'ica inquantum hmōi nō competit phlobotomia. ꝟ tñ potest competere aut rōne plenitudinis: aut rōne apostematis: aut rōne fe. aut rōne doloris. Et qꝛ fortiter infrigidat: ⁊ qꝛ trahit ad oppositū: qꝛ valet contra putredinem. Attamen aduertendum ꝙ si plenitudo ē magna ⁊ venerit ꝓpter ebullitionem sanguinis in epate: bene pōt competere phlobotomia de basilica. ꝓprie tamen ⁊ regulariter loquendo magis potest competere de cephalica inquantum frenesis est. quoniam phlobotomia debet fieri illa que directius ⁊ citius euacuat plenitudinē ex loco ꝟm Gal'. in regimento supra illam partem. quando dolor ad spatulas. Sed hoc facit phlobotomia de cephalica facta: cum illa vena ꝓcedit a venis que nutriunt partes capitis extrinsecas. cum cephalica oriatur aguidegi ⁊ cum hoc trahit ad oppositū. Si igitur euacuat plenitudineꝫ ex loco ⁊ trahat ad oppositum: ideo de cephalica competit. Cum igitur frenesis fit propter ebulitionem sanguinis in epate: fiat de epatica. ⁊ si non fiat de cephalica ⁊ ita de aliꝭs. Quarto notandum ꝙ frigida bene possunt competere in principio applicata. ⁊ qꝛ mām retro pellunt. ⁊ qꝛ confortant membrum: ⁊ ideo oleum ro. bene potest competere. Et licꝫ oleum de se vergat ad temperamentuꝫ tamen cum calidis est calidum: ⁊ cum frigidis est frigidum: nec ī hoc casu potest inflāmari: tum qꝛ ponitur ab extra. ⁊ qꝛ frigidum rōne ro. ⁊ aceti ⁊ similium. Ultimo notandum ꝙ calida in frenesi confirmata vniuersalibus precedētibus non calefaciunt. sed magis infrigidant materiam euaporando ⁊ ad exterius delegando: quare succus apiū tepidus ⁊ ea que dicta sūt applicari pñt.

¶ Capl'm. xxiij. de sternutatione.

Sternutatio ē motus naturalis cerebri fortis ⁊ validus propter expulsionem nociuorum.

Causa. Causa huius autem est extrinseca aut intrinseca aut est naturalis aut violentia. Naturalis cum enim materia est in cerebro: tūc virtus animalis sensibilis apprehendit illud ⁊ suscitat virtutem naturalem expulsiuam: ⁊ illa cum magno impetu expellit ad exteriora: ⁊ ideo talis expulsio cerebri impetuosa cum sonitu appellatur sternutatio. de qua dīc Ga. v. de morbo. ꝙ non est motus morbi sed nature. Causa autem innaturalis ē humores vaporosi per moduꝫ reuma

nissimi cerebrum aggrauantes aliquando ascendentes ex pleuresi. aliquando ex peripleumonia. qui ascendentes ad cerebrum inducunt corizã: ⁊ talis motus bene posset esse motus morbi.

Signa. Ista sunt ita manifesta ꝙ celari non pñt. quoniam inest sonitus magnus cum transeat per loca angusta.

Pronostica. Pronosticationez ponit hypo. sternutatio cum reumate malum. Et idem sternutatio in omni egritudine coste ⁊ pulmonis malum. Intelligendum ꝙ sternutatio aut est in principijs morborum: aut in fine: aut cum reumate aut sine reumate. Si cum reumate semper est malum vbicunqꝫ fuerit. Si sine reumate ⁊ in declinatiõe: siue postꝙ̃ precesserit egritudo semper bonum ⁊ si egritudo fuerit perniciosa ſm Galie. in pronosticis supra illam partez sternutatio ⁊c̃. Sternutatio etiam valet ad expulsionẽ secundine ⁊ fetus mortui: cum sit motus validus expulsiuus inferiorum. Si autem in aliqua egritudine applicentur sternutatoria ⁊ potissime fortia: ⁊ non possit sternutare expeditum est negocium patientis.

Cura. Si fuerit ex causis primitiuis de facili curatur causa remota. Et si fuerit cum calore inungãtur nares ⁊ timpora cum oleo rosa. viol. ⁊ nenupharino. Et si fuerit cum frigiditate fiant cum oleo de camomilla ⁊ nigella. ⁊ si fuerit cum reumate calido suffumigetur caput cum rosis: ⁊ sandal. ⁊ aqua ⁊ aceto ⁊ similibus. Et si fuerit ex reumate frigido suffumigetur cum laudano ⁊ ambra. Tamen intelligendum ꝙ in omni reumate melius est ꝙ fiant odoramenta ꝙ̃ suffumigatiões: omnia cibaria dentur actu calida. Retentio anhelitus multum valz in sternutatione: ⁊ coriza: ⁊ potissime in causa frigida. Ligatio etiaz extremitatum fortis ⁊ dolorosa valet i sternutatione.

Clarificatio. Intelligendũ ꝙ basilicon ⁊ similia aromatica possunt competere in sternutatione aut qꝛ non est cum reumate: aut qꝛ est mala complexio frigida ıııı̃. aut qꝛ coriza est in declinatione ex causa frigida: ⁊ tunc talia possũt valere exalando ⁊ confortando ⁊ calefaciendo. Inferius iterum pertractabit de ista materia capitulo de egritudinibus narium gratia materie.

¶ Caplm. xxiiij. de incubo.

Incubus est fantasma in somnis corpus comprimens ⁊ aggrauans: ⁊ motũ ⁊ loquelam perturbans.

Causa. Incubus nomen est demonis. ⁊ ideo volunt aliqui ꝙ quando ille incubus directe est supra corpus humanum: ⁊ potissime quando iacet ⁊ dormit resupinus ratione corrupte influentie aggrauat corpus ita ꝙ videtur patienti ꝙ suffocetur. Et si adueniat pueris lactantibus frequenter suffocantur: qꝛ tantam corruptionẽ sustinere nõ possunt. ⁊ est opinio theologorum. Uulgares autem dicunt ꝙ ẽ aliqua vetula calcans ⁊ comprimens corpora: ⁊ hoc nihil est. Medici autẽ melius opinant. Incub⁹ aũt puenit ex cã intrinseca ⁊ ex cã extrinseca. Si extri/

seca quando dormit venit subito frigiditas caput comprimens & oppilans: aut quando aliquis dormit supra nimiam repletionem cibi & potus. Causa intrinseca est vapor corruptus ab humoribus resolutus oppilans & grauans cerebrum & cor: ita quod spiritus non possint plenarie se extendere ad totum corpus: & ita quia primo deficiunt in extremis: ideo videtur patienti quod illud fantasma incipiat ascendere a pedibus: & deinde paulatine occupat totum corpus: secundum quod vapores plus aggrauant: & ideo loquitur mugiendo petens auxilium si posset loqui: & est totus perterritus propter sarcine aggrauationem. i. fumum corruptum oppilantem & obnubilantem spiritum: qui fumus aliquando prouenit ex sanguine: aliquando a colera grossa: aliquando a phlegmate: aliquando a melancolia.

Signa. Passionis signa discernuntur per indicia patientis. Signa autem humorum frequenter dicta sunt.

Pronostica. Cuicunque frequenter ista eueniunt nisi mundificetur aliquod istorum necessario incurret: aut apoplexiam: aut epilensiam: aut apostema: aut palisim aut spasmum: aut mortem subitaneam & repentinam. Et si ista veniunt in vigilijs tanto deterius est: & si post excitationem sudore sudent frigido: & si sint cum tremore cordis pessimum est.

Cura. In primis iste cui consueuit euenire habeat socium dilectum qui statim cum audit ipsum sic vociferantem & quasi lamentantem quod excitet eum: & quod fricet pedes & manus & caput multum fortiter: & aspergat faciem eius cum aqua ro. & quod procuret vomitum & quod det sibi dianthos cum musco aut diambra: & in tali casu bene potest dici semper habere pyradem aliquem qui curet orestem. Si autem fuerit ex nimia capitis frigiditate. inungatur caput cum oleo laurino: costino: rutaceo & similibus. Et si est ex nimia repletione stomachi: fiat vomitus: & fiat clisteria & abstinentia: & si ex sanguine fiat phlobotomia. & si ex alijs humoribus purgentur secundum exigentiam humoris & semper addatur yeralogodion aut yeraruffi. Dieta sit subtilis: viuat in gaudio & letitia: & euitet omnem tristitiam: & vtatur medicinis cordialibus & electuarijs sicut est diacameron diaaradon iulij: & ita de alijs. Uel purgetur cum euforbio & pulpa coll. paratis & repressis sicut oportet.

¶ Capitulum. xxv. de epilensia.

Epilensia est morbus cerebri auferens sensum & motum & erectionem toti corpori cum perturbatione motus maxia: propter oppilationem factam in ventriculis cerebri non principalibus.

Causa. Causa huius passionis est humor aut ventositas grossa oppilans ventriculos cerebri non principales: impediens transitum spirituum ad membra: & ideo cogitur subito cadere ad terram: & penitus nihil sentit: nec aliquo modo potest stare rectus sed necessario decumbit. nisi epilensia esset modica valde sicut dicetur. Motus autem pedum & manuum est agitatiuus inordinatus: & motus anhelitus similiter: & ideo propter maliciam & inordinationem motus anhelitus semper est spuma in ore. Nunc autem si ventriculi

principales ⁊ magni qui sunt in cere/
bro essent oppilati tūc esset apoplexia
q2 eadem est materia vtrobiqꝫ ⁊ in ea
dem parte:nisi q2 in apoplexia oppilā
tur meatus magni ⁊ principales:hic āt
parui:⁊ ideo ꝑoxismus epilensie ē bre
uis.⁊ non mortalis de se.ꝑoxismus āt
apoplexie est continuus vsqꝫ ad mor/
tem que venit in primo ꝑiodo.⁊ si con
tingat ꝙ euadat infra quatuor dies li/
berabitur:sed pertransit in palisim.Cū
igitur materia epilensie sit in meatibus
cerebri non principalibus :⁊ vicinetur
materia capitibus neruorum .tunc illa
materia profundatur in neruo ⁊ neruꝰ
distenditur sm latum ⁊ curtatur sm lō
gum:⁊ ita epilensia est spasmus vel cū
spasmo repletionali totius corporis.
Curtantur enim nerui ⁊ trahuntur ver
sus originem:vt melius possint expel/
lere nociua sm ꝙ dicit Auic. Attamen
aliqñ materia est ita subtilis ꝙ spasmꝰ
non multum apparet.Ista igitur oppi
latio fit ex phlegmate:⁊ hoc vt pluri/
mum ⁊ postea fit ex melencolia:⁊ po/
stea de sanguine:licꝫ raro fiat de puro
sangūie:⁊ postea minus fit de co.ꝙ̄ de
aliquo humore.fit enim de ventosita/
te grossa ⁊ vaporibus ab humoribus
resolutis.semper tamen materia est ve
nenosa fetida horribilis.Cause autem
adiuuantes sunt ventus meridionalis
⁊ septētrionalis quando venit post me
ridionalem.⁊ omne illud quod veloci
ter ⁊ subito calefacit caput:sicut est lō
ga mora in sole:aut in balneis:aut iu/
xta igneꝫ:aut frigiditas nimia:aut mul
titudo cibi ⁊ potus.crapula. ebrietas.
multitudo ciborum fumosorum. sicut
sūt allea ⁊ cepe ⁊ similia. ⁊ vniuersali
ter malicia regiminis:quoniaꝫ ista egri
do non aduenit nisi ex malo regimine
⁊ ex mala dieta.sicut scribit Gal.supra
illum amphm̄.epilēticorum iuuenibꝰ ⁊c.
Morbus igitur tam horribilis non po
test ꝓuenire nisi ex iordinatissima die/
ta.aut forte in illis qui habēt caput de
bile.aut hoc est a prima generatione.
quoniam in talibus modica inordina/
tio sufficit.In alijs autem oportet ꝙ sit
multa valde.Epilensia igitur aut pro
uenit a causa priuata.aut ab antecedē
te ⁊ remota. hoc est dictum quoniam
aliquando prouenit a cerebro:⁊ aliqñ
ab alijs partibus.quoniam fumus ma
liciosus venenosus aliquando ascen
dit a pulmone ad caput oppilans mea
tus ⁊ ita inducit ꝑoxismum epilensie.
⁊ aliquando prouenit a stomacho .ali
quando ab epate:⁊ a splene:⁊ a renibꝰ
⁊ ab intestinis:⁊ a vesica:⁊ a pedibꝰ:
⁊ manibus ⁊ pollice. Epilensia eni ali
quando seruat pyodos : ⁊ aliquando
non:ita ꝙ aliquando sequitur motum
solis:⁊ venit semel de anno in annum.
Aliquando aūt sequitur motum lune
ita ꝙ aliquando ꝓuenit in prima qua
dra que est multum humida.⁊ secūda
que est multum humidior:⁊ si non sm
rem tamen apparenter ⁊ sm ratificati
onem.Aliquādo venit ī alijs diebꝰ qui
sunt post pleniluniuꝫ:⁊ tūc significatur
materia frigidior. Aliquādo trāseunt
due limitationes vel tres vel plures.
Aliquando venit ꝓpter vicia matricis
⁊ corruptionem spmatis ⁊ sanguis mē
strui.Et forte ista cura non est rectifica
bilis.Aliqñ venit post vterū.Aliquan
do ꝑoxismus ē fortis valde ⁊ longus:
⁊ aliquando breuis.Et vidi frequēter
ꝙ erat ita breuis ꝙ non oportebat nisi
ꝙ apodiaret se ad parietē vel ad aliqđ
tale ⁊ ꝙ fricaret faciē ⁊ cessabat. Ali/
quādo aūt nō indigebat apodiatione:

sed veniebat sibi perturbatio in capite ꝛ caligo in oculis ꝛ ipse presentiens di cebat aue maria: ꝛ anteꝗ compleuisset transiuerat paroxismus ꝛ expuebat se mel ꝛ totum transibat. ꝛ veniebat fre/ quenter in die. Et aliqui sunt qui post paroxismum penitus non recordantur de casu nec de afflictione ꝛ aliqui sunt qui recordantur ꝛ verecundantur. Et aliqui sunt qui defendant se in paroxis mo: ꝛ aliqui euomūt ꝛ aliqui qui assel lant: ꝛ aliqui polluūt se. Et ista omnia proueniunt ꝯm diuersitatem materie ꝛ quantitate qualitate ꝛ situ particule pa tientis. Et aliquando venit epilensia ꝓ pter vermes: ꝛ aliquando est morbus compositus: qꝛ componitur cū sincopi sicut in viduis ꝛ in viris continentibꝰ. quoniam vapor seminis corrupti iam transfacti in naturam veneni vadit ad cor ꝛ inducit sincopim. ꝛ transit ad ca put ꝛ inducit epiłiam: ꝛ pronit ēt pro/ pter aspectum terribilem. sicut est aspe ctus fulguris: aut somnus maximus si cut est tonitruū. aut timpani magni: ꝛ similium. Et prouenit ēt ꝓpter ea que inducunt epiłiaꝫ a tota spē ꝛ hmōi sūt multa sicut si excoriet capra ꝛ imedia/ te aliqs nudus induat illā pellē epilen ticus efficiet: ꝛ si suffimiget cū vnguibꝰ eius sił'r. Jdē est de galbano. ꝛ idem de myrrha: ꝛ idē de apio. Frequēter āt ve nit epiłia pueris aut ꝓpter iordinatio/ nē nutricis: aut qñ potāt vinū infantes ꝛ sūt in crapula: ꝛ aliquādo venit pro pter reptilia venenosa.

Signa. Signoꝝ quedā sūt que signant epiłiam: ꝛ qdā sunt que signant particulā patientē. Ea aūt que ꝑdicūt epilensiā futurā sunt ci trinitas lingue vergēs ad albedineꝫ: ꝛ cuꝫ hoc ēt viriditas venaꝝ que sūt sub lingua: ꝛ scotomia: vertigo. incubus ꝑ dicant epiłiam futurā. Jdē faciunt som nia grauia ꝓfunda cū falsis fantasma/ tibꝰ timorosis. Signa āt humoris pec cantis quedā sumuntur a paroxismo: ꝛ quedam ante: ꝛ quedam post. Jn pa roxismo sic quando spuma est multa grossa viscosa alba: ꝛ paroxismus est prolixus cum agitatione multa. tūc si/ gnificat ꝙ egritudo est de phlegmate. ꝛ post paroxismum debemus conside rare si ē phlegmaticus: si vixit in ocio si multiplicauit regimē phlegmatis ge neratiuum: si est replete habitudinis. Si vrina est remissa si spissa cum qua/ dam residentia admodum vitri lique/ facti: ꝛ ista assunt ꝛ alia cōsimilia dis currendo partes naturales ꝛ non natu rales: tunc certi esse possumus ꝙ mate ria causans epiłiam est phlegmatica. ꝛ si omnia sunt remissa ꝙ est de phle/ gmate salso. Si autem in paroxismo spuma vergat ad croceitatem ꝛ facies est rubea: ꝛ post paroxismum appent signa sanguinis: ꝛ rubedo venarū que sunt in oculis: ꝛ ꝙ ipse est sanguineus: ꝛ ꝙ precessit regimen sanguinis multi/ plicatiuum: ꝛ cum hoc vrina vergit ad ruborem: ꝛ ꝙ tempus est vernale. tunc videtur ꝙ materia est sāguinea. Si au tem paroxismus est breuis ꝛ leuis ꝛ spuma vergit ad citrinitatem: ꝛ facies similiter etiam post paroxismuꝫ appa ret: est colericus ꝛ calide complexiōis irascibilis quasi amens ꝛ furiosus: ꝛ tempus est estas: ꝛ multiplicauit regi/ men generatiuum colere. ꝛ si vrina ver gat ad citrinitatem ꝛ tenuitateꝫ. tunc si gnat ꝙ ē co. Si autē i paroxismo spu ma fuerit modica ꝛ liuens: ꝛ facies ver git ad liuorem ꝛ nigredinem: ꝛ humi/ ditates sunt pauce in oculis ꝛ in aliis

partibus: ꝛ post paroxismuʒ apparet ꝙ sit melicus ꝛ timidus: ꝛ cum quadã desipientia. ꝛ tempus autũnale: ꝛ q2 ꝓcessit dieta multiplicatiua melie: ꝛ q2 vrina est remissa ꝛ tenuis: tunc videtur de melia. Et si ista melencolia sit causata ex adustione sanguinis: tũc post paroxismum passio est cum risu quodam qui assimilatur stoliditati infantili. Et si fuerit ex colera assimilatur manie lupine: ꝛ si ex phlegmate salso: ẽ cũ quadam quiete: ꝛ si melencolia aduratur: est cum tristicia ꝛ sollicitudine ꝛ aspectu terribili. Signa autẽ particule patientis sunt ista: quoniaʒ si prouenit ex cerebro paroxismus aduenięs nõ presentitur: ꝛ semper est cum dolore capitis ꝛ grauitate ꝛ cum quadam sensuuʒ perturbatione. Si autem fuerit ꝓpter alia membra: tunc presentitur paroxismus in tm̃ etiam ꝙ aliquando abscondunt se ꝛ dolor precessit in loco vbi est minera huius materie venenose. Et si a stomacho est cum nausea ꝛ dolore stomachi. ꝛ si a mirac cum ventositate. ꝛ si ab epate cum grauedine in pꝫte dextra versus ypocundriuʒ. ꝛ ita de splene in parte sinistra. Si materia est in renibus polluit se in paroxismo: ꝛ si in vesica coniũgit se. ꝛ si in itestinis desedat se totuʒ in paroxismo: ꝛ si ex matrice menstrua sunt retenta. ꝛ si ex corruptione seminis tunc est vidua ꝛ cõtinens que non erat ante. similiter masculus est modo continens ꝛ ante nõ erat. Et si in pollice vel spatulis vel pedibus ꝛ ita de alijs discernit per dolorem ꝛ grauedinem in loco.

Pronostica. Si mulieri ꝓgnanti venerit epilensia fetu euacuato soluitur. Si autem paroxismus fuerit longus ꝛ breuis. ꝛ post paroxismum recordatur ꝛ verecundatur. signum est ꝙ curari potest. Si autem in capite venerit morphea alba: signum est durationis. Si auteʒ paroxismus fuerit longus ꝛ grauis: ꝛ non recordatur nec verecundat: signum est difficilis curationis: aut forte impossibilis. Si autem traxerit infans aliquid de epilensia ab vtero: ꝛ post euomuerit ꝛ se purgauerit ꝛ superfluitates multas aquosas expellit: signum est liberationis: ꝛ si non: non. Quando aliquis est generatus in tempore menstruorum: aut ex immundis spermatibus: aut parentes sunt epilentici. deinde genitus incurrat epilensiam talis non videtur curabilis: quia postꝙ est ab vtero: ꝛ ex ita malis causis: iaʒ mala complexio est equata. Si in quarto septenario aliquis habeat epilensiam ex causa priuata cerebri: ꝛ continuauerit per etates precedentes nunꝙ curabitur: quia etates que sequũtur sunt frigide: ꝛ egritudo videtur habituata. Si dubitas vtrum aliquis sit curatus ab epilensia vel non. suffumiga ipsum cum cornibus caprarum: ꝛ si non cadat curatus est. si autem cadat non est curatus. Si paroxismus epilẽsie frequenter euenerit ꝛ potissime in sene periculum mortis est. Tamen dico vobis de epilensia: ꝙ ego habui in cura multos iuuenes ꝛ senes paupers ꝛ diuites ꝛ viros ꝛ mulieres: ꝛ fere de omni specie epilensie: ꝛ tamen nec per me nec per alium vidi aliquem curatum: nisi esset puer: aut ꝙ venisset ex malo regimine ꝛ ꝙ non multum durasset: ꝛ tamen fui diligentissimus in omnibus: ꝛ patientes obedientes. ego nescio tm̃ de9 scit. Et hoc dico ꝓpter hoc ꝙ cũ patientes venerint ad vos nolite

dehonestare vosipsos cuz vanis ꝛ fal sis promissiõibus in curatione epilẽie. quia fere omnis epilensia cum magna difficultate eradicatur dato ꝙ eradica ri possit.

Cura. Cum aliquis est in paro/xismo. si aliquis ponat os supra aurem patientis ꝛ dicat ter istos iij. versus: proculdubio statim surgit. Gaspar fert myrrhã. thus Melchion. Balthesar auruz. Hec tria qui secũ por tabit nomina regum. Soluitur a mor/bo xpi pietate caduco. Quod aũt his tibi dictis recte in foramine auris verꝫ est: probatum est frequenter ꝙ stati sur git. Quod dicitur etiam si scribantur ꝛ portentur ad collum ꝙ perfecte curat. Dicitur etiaz ꝙ si pater ꝛ mater vł pa tiens vel amici ieiunauerint tribus die bus: ꝛ postea vadant ad ecclesiam ꝛ audiant missam. ꝛ postea sacerdos di/cat supra caput euangelium qđ dicitur in ieiunijs quatuor tẽporũ ꝛ videmijs post festum sancte crucis. vbi dicit erat spumans ꝛ stridens. ꝛ hoc est genꝰ de monij non ejicitur nisi cũ ieiunio ꝛ ora tione ꝛc. Et postea ꝙ ille sacerdos postꝙ deuote ꝛ per intentionem lege/rit supra caput ꝛ scribat: ꝛ ꝙ portetur ad colluz: curat perfecte proculdubio. Multa etiam sunt que curant epilẽiaz. vnum est viscus quercinus si portetur ad collum: aut quocunqꝫ modo suma/tur. peonia romana ibidem facit rutha frequenter: ꝛ quasi continue odorata multum valet. gũmi ruthe agrestis si componatur cum farina ordei ꝛ aceto ꝛ odoretur frequenter ꝛ quasi cõtinue multum valet. Corrigia facta de pelle lupi si portetur iuxta carnem aut ꝙ fi/at sertuz in capite multũ valet. Si san guis mustele misceatur cuz vrina mul tum valet ꝛ caro eius si comedat mul tum. Idem facit piretrum tempera/tum in melle comestum vel portatum ad colluz. Si cuculus ponatur in olla in furno. ꝛ ꝙ olla cooperiatur ꝛ lutet: ꝛ ꝙ stet ibi tanto tempore ꝙ possit pul uerizari non tamen aduratur ꝛ ꝙ pul/uerizetur ꝛ puluis epilentico exhibea tur curat. Coagulum leporis multum valet piretrum conditũ sicut zinziber valet. scindatur igitur piretrũ in parua frustra ad modum fabe vel medie fa/be: ꝛ humectetur in aqua multis diebꝰ sicut fit de zinzibere condito: ꝛ postea conficiatur zucha. ꝛ vtatur eo qꝛ mul/tum est vtile. Cum igitur aliquis est in paroxismo fricentur extrema fortiter: ꝛ ponatur lignum vel aliquod simile i ter dentes ꝛ propter anhelitum: ꝛ ꝙ non destruantur dentes: ꝛ vt possit fri/cari lingua cum tyriaca: aut metridato aut cuz succo ruthe: ꝛ succus ruthe ꝓij ciatur inter nares: ꝛ post paroxismum euomat. ꝛ fricetur caput ꝛ totum cor/pus fricatione que tendat versus infe/riora. ꝛ quiescat. ꝛ postea comedat pa rum: ꝛ cibaria sint facilis digestionis. sicut sunt perdices ꝛ galline. Ulterius aũt materia est digerenda ꝛ euacuãda ꝺm conditionem materie peccantis ꝛ particule patientis. ¶ Incipiamus igi tur a pueris. cum igitur pueris ꝛ infan tibus eueniat frequentius ꝓpter crapu lam ꝛ vini potationem: ꝛ ꝓpter corru ptionem aeris ꝛ malũ regimen nutri/cis. Ideo in primis rectificetur regimẽ nutricis ꝛ vtatur dieta subtili ꝛ tempe rata: ꝛ vitet oĩno coitum. ꝛ puer absti neat a vino omnino si possibile est. vi tetur igitur omnis crapula. de vino au tem dicit Gal. qm̃ sicut vinum est iuua mentum senibus: ita pueris inimicatur

odoret ysopum: qm̄ rutha est nimis ca lida: ꝛ competit prouectis magis. Si aūt fuerit adulte etatis in quo possint medicamina secure applicari. tūc si cā est sanguinea: aut si corpus est plectori cum: quecunqꝫ causa fuerit fiat in pri/ mis phlobotomia de saphena. deinde de cephalica si indiguerit. deinde de ve nis que sunt sub lingua. deinde fiāt vē tose inter spatulas. deinde fiant caute/ ria ꝛ setones. In causis ergo calidis vtatur isto sirupo. ℞. end. scariol. la/ ctuc. coriādri recentis: ana. ℥. iij. ruthe fumi terre. peonie. ysopi. pollij monta ni absinthij. ana. ℥. j. suc. fumi terre lib. ß. suc. ruthe. suc. peonie. siseleos. anisi. maratri. quatuor se. frigidorū. ana. ℥. j. mell. ꝛ zucha. ana. quat. iij. fiat sirapus Deinde purgetur cum isto medicami/ ne. ℞. agarici. ʒ. iij. pulpe coll. diagri/ dij reubarbari. ana. ʒ. j. masticis bdelij se. ruthe. siseleos. gariofil. foliorum ab sinthij. foliorum mente. ana. ℈. j. yera/ ruffi. ʒ. iij. conficiantur cum oxill. squil. ꝛ misceantur. ꝛ post. xv. dies sue con/ fectionis detur. ʒ. ß. ꝛ informentur pil/ lule: vel plus vel minus ꝟm conuenien tiam particularium. Et cum corp⁹ suf ficienter purgatum fuerit fiat stupha: ꝛ in stupha ponantur ea que in sirupo: ꝑ terqꝫ mel ꝛ zucha. ꝛ fiat ieiuno stoma cho ꝛ continuetur nouem diebus: se/ mel in die ante cibum: vel plus si dele ctetur: ꝛ qualibet vice exiūti a stupha vtatur ista opiata. ℞. tiriace: rubee tro ciscate: ana. ℈. j. ꝛ exhibeatur cum vi/ no decoctionis absinthij. Si aūt fuerit materia phlegmatica qd̄ frequenti⁹ ac cidit digeratur materia per hunc mo/ dum. ℞. radicū yreos. aristol. ro. sqll. ysopi. pollij. mōtani. visci quercini. ori gani. calamēti. vtriusqꝫ saluie. vtriusqꝫ ruthe: ana. ℥. iij. seminis ruthe. siseleos seminis peonie romane. anisi. maratri. ana. ℥. ij. florū sticados arabici. ℥. iiij. suc. absinthij. succi fumi terre. an̄. lib. ß. mellis lib. j. ꝛ. ß. fiat sirup⁹ quasi lib. ij. Si autem materia esset contenta in sto macho addatur mēta. ꝛ si in epate spi canar. squinantum calamus aromati/ cus: ꝛ si in matrice rubea maior: arthe misia ꝛ sauina: ꝛ ita de alijs addantur ea que habent aspectum ꝛ proprieta/ tē ad membrū. Materia digesta pur getur sic. ℞. agarici. turbith. aloes. an̄. ʒ. iij. euforbij pulpe coll. esule. ana. ʒ. j. yeralogodion. ℥. ß. masticis. bdelij. sise leos. se. ruthe. zinziber. foliorū mente foliorum absinthij. gariofil. spicanar. ana. ℈. j. conficiantur cum oxill. squill. ꝛ misceantur. ꝛ post. xv. dies sue confe ctionis exhibeatur a. ʒ. ij. vsqꝫ ad. iiij. vel plus vel minus ꝟm exigentiam pti cularium. deīde stuphetur ꝛ in stupha ponantur ea que in sirupo. deinde vta tur qualibet vice tiriace. metridati: ana ℈. j. ꝛ detur sicut superius per ordinem dictum est. Si autē materia fuerit me lencolia digeratur sic. ℞. radicū feni/ culi. petrosil. brusci. sparagi. graminis aristol. ana. ℥. ij. ysopi: ruthe: peonie ro mane: pollij mōtani: an̄. ℥. j. suc. bora. succi scabiose: suc. fumi terre. an̄. lib. ß. seminis peonie. se. ruthe. visci quercini epitbimi. foliorum sene. polipodij: ani si: florū sticados arabici: ana. ℥. iij. mel lis ro. lib. ij. fiat sirupus. Materia di/ gesta purgetur sic. ℞. agarici. pulpe coll. ana. ʒ. ij. lapidis armenici nonies abluti. ʒ. iij. yeraruffi. ʒ. vj. bdelij: ma/ sticis. se. ruthe: siseleos cinamomi. ga/ riofil. foliorum mente. foliorum absin thij. ana. ʒ. ß. conficiantur cum oxill. squill. ꝛ post. xv. dies sue confectionis

dentur.ʒ.iij.vel plus vel minus ſm cõ
uenientiam particularium. Deinde ſtu
phetur cum eis que ponuntur in ſiru/
po: ⁊ accipiat tiriacam cum aurea ale/
xandrina: ⁊ ſeruetur ordo dictus. Dei
de omnes poſt mundificationem vtan
tur caputpurgijs: ⁊ ſternutatorijs ⁊ fo/
mentationibus: ⁊ balneis. Caputpur/
gia fiãt cũ ſucco mediani corticis ſãbu
ci: aut cum ſucco maiorane. Sternu/
tatiões cum caſtoreo ellõ ⁊ pipe. Fo/
mẽtatiões cũ anthos ⁊ ſticados. Et ſi
cauſa eſt calida infrigidetur caput tem
perate. Si frigida caleſiat. Et ſi eſt ſic
ca humectetur. Et ſi eſt humida deſic/
cetur. Et iſta omnia fiant per ordinem
ter in tempore vernali: ſcilicet princi/
pio medio ⁊ fine: ⁊ ter in autũnali: ⁊ ſe
mel in eſtate ⁊ ſemel in hyeme. Et ſi ꝓ
ueniat a ſplene curetur ſicut ſplenetica
paſſio: ⁊ ita de ſtomacho ⁊ de epate ⁊
de alijs. Et ſi veniat a pollice ſtringat
fortiſſime ante paroxiſmum ⁊ fiãt cau
teria: ⁊ ita de alijs membris ſi eſt poſſi
bile. Intelligendum ꝙ longus vſus me
tridati curat omnem epilenſiam. Intel
ligendum etiam ꝙ longus vſus iſtius
confectionis curat epilenſiam: ⁊ potiſ
ſime ſi eſt cauſa frigida. ℞.multas ſqͥl
las mundatas ⁊ paratas ſicut opꝫ: ⁊
ponantur in vaſe terreo vitreato. ⁊ po
natur tãtũ de melle ꝙ ſquille cooperiã
tur: ⁊ cooperiatur olla cum corio groſ
ſo: ⁊ ſtet in ſole verſus meridiem in die
bus canicularibus: ⁊ quotidie agitetur
ad modum conſerue ro. per dies. xl. ⁊
poſtea decoquatur in oxill' diure. ⁊ ex
bibeatur ad moduꝫ ſirupi. h confectio
prima poteſt dari per ſe vſqꝫ ad.ʒ.ij.q̄/
tidie de mane. Si aũt non poſſemus tã
to tempore expectare: condiatur ſupra
cineres calidos. Item fiant cliſteria cũ
vtraqꝫ centaurea. Item prouocetur vo
mitus cum ſem ine raphani ⁊ oxill' diu
re. Item in cauſa frigida vtat̃ iſto ell'io
ſi eſt diues. ℞.diambre. diacameron.
diamargariton.ana.℥.iiij. miſceãt. Si
aũt pauper eſt iſto vtatur. ℞.diamen/
te.diatriton.pipereon.diacitonitẽ.ana
lib.ſ.miſceãtur. Si aũt cauſa fuerit ca
lida vtatur iſto ell'io. ℞.triaſandal'.zu
cha.ro.diaaradon abbatis: ana.℥.iiij.
miſceantur. Item ſi eſt calida vtatur co
riandro in ſalſamentis. Et ſi cauſa ẽ fri
gida vtatur iſto puluere. ℞.trium ge/
nerum piperis: yſopi: mente deſiccato/
rum: ana.℥.j.gariofil'.cinamomi: cube/
barum: nucis muſ.cardamomi: galan/
ge: zedoarie: ſeminis ruthe: ſe. peonie:
ſiſeleos: aniſi: maratri: cimini: ana.℥.ſ.
puluerizentur ⁊ ponãtur in ſacculo de
aluta: ⁊ vtatur eo cum omni eo qͦ co/
medet. Item ſi cauſa eſt frigida corpo
re mundificato vtatur iſta confectiõe:
in qua inueni magnum iuuamentum.
℞.ambre griſie: ſtoracis: calamite: añ.
℥.j.laudani puriſſimi: maſticis: thuris:
gariofil'.ligni aloeſ.añ.ʒ.ſ.muſci.℈.ij.
conficiantur cuꝫ aqua ro.optima. Iſta
confectione vtatur tribus modis. Pri
mo ꝙ fiant pill'e ad quãtitatem ciceris
⁊ ꝙ de mane tranſglutiat eaſ integras.
Secũdo ꝙ alias tres ponat ſupra pru
nas ⁊ ꝙ recipiat fumũ. Tertio ꝙ odo
ret die ac nocte totã cõfectionẽ: vel fiat
pomũ de iſta confectione qͦ teneat in
manu. Si aũt iſta cauſa fuerit ca.vta/
tur iſta confectiõe. ℞.ambre griſie.ſe.
peonie.yſopi: piretri: blacte biſãtie.añ.
ʒ.iiij.ſandali muſcatellini: coriãdri: ana
℥.j.conficiantur cum aqua ro. ⁊ modi
co laudani: ⁊ vtatur modo predicto.
Si aũt caſus preſentiat: ligentur extre
ma ligatione fortiſſima ⁊ doloroſa: ⁊
fiant fricationes fortes in toto corpore
potiſſime in extremis ⁊ modus frican

di sit incipiendo a superioribus trahē/
do versus inferiora. Vitentur omnes
cause epilensie que dicte sunt: ꝛ potissi
me vitet repletionem cibi ꝛ potus: vi/
tet omnia fumosa: sicut sunt allea cepe
ꝛ omnia multuȝ calida: ꝛ vitet omnes
fructus nisi fruct⁹ stipticos post come
stionem ꝛ parum. vitet omnia legumi
na que sunt dure digestionis. vitet som
num diurnum ꝛ iacere supra dorsum ꝛ
capite inclinato vitet cuȝ erit in arce ca
cuminum respicere versus ima ꝛ pro/
funda. vitet somnum magne campane:
ꝛ rugitum leonum: ꝛ omnia terribilia:
ꝛ ventum meridionalem: ꝛ vitet iram
ꝛ alia accidentia anime. sicut est timor
ꝛ sollicitudo. ꝛ vitet breuiter omnia il
la q̄ faciunt ad subitā exalationem spi
ritus versus exteriora: aut ad subitam
reuersionem versus interiora.

De aere.

Aer sit mundus cla/
rus vergens ad sicci/
tatem: ꝛ ideo confert se mutare versus
regiones calidas ꝛ siccas. Si autē do/
mus ꝛ tota sua habitatio longe a lacu
bus ꝛ ab aquis immundis: camera sua
suffumigetur cum ysopo ꝛ rutha ꝛ sto
race calamita: ꝛ omnia foramina sint
clausa: ꝛ cum tota camera erit repleta
illo fumo: aperiatur vna de fenestris ꝛ
euentetur: ꝛ postea intret cameraȝ ꝛ ia
ceat capite eleuato. ꝛ puluinar sit ple/
num de folijs ysopi ꝛ ruthe ꝛ peonie
romane ꝛ pollij montani: ꝛ cum ma/
ne surrexerit ꝛ superfluitates expulse
fuerint: fricetur caput ꝛ totum corpus
per modum dictum: ꝛ postea pectinet
ꝛ teneat pomum dictum in manu. De
inde excitetur exercitio temperato per
loca munda ꝛ delectabilia: deinde su/
mat cibum ꝫm vltimum temperamen
ti: ꝛ cibaria sint pauca numero ꝛ quan
titate: ꝛ non abluat se nec cum aqua ca
lida nec cum frigida vt minus poterit.
¶ Panis sit de tritico nato in terra le
ui ꝛ de nouo culta alta: non fimata non
paludosa: ꝛ panis sit bene coctus: bñ
fermētatus ꝛ cum temperata quantita
te salis: ꝛ sit de vna die vel duabus ad
plus: omnē alium panem vitet. ¶ De
vino. Vinum sit clarum mundum be/
ne maturum odoriferum: antiquum vi
tetur propter nimiam caliditatem: ꝛ re
cens: propter turbiditatem: ꝛ sit in par
ua quantitate: ꝛ cum moderata quanti
tate aq̄: iuxta nām sumētiū ꝛ viuoꝝ ꝛ
regionū ꝛ tēpoꝝ āni. ¶ De aq̄. Aqua
sit fontiū mūda clara ab oī sapore ma
lo remota. ꝛ currat versus oriēs ita ꝙ
sol de mãe ꝑcutiat ostiū fōtis: ꝛ currat
supra loca mūda: ꝛ accipiat aliquātu/
lū lōge ab ostio fōtis: vt sit mūdata ex
ꝟtutib⁹ stellaꝝ. ¶ De carnib⁹. Carnes
sint quātū erit possibile volatilia oīa
vsualia ꝛ ꝯsueta. ꝑter illa q̄ degūt i la/
cub⁹ ꝛ aq̄s: ꝛ si ñ ē possibile ēt q̄drupe
dalia: vtat̄ carnib⁹ agni ānual̄ ꝛ vituli
lactātis ꝛ capraꝝ: ꝛ cuniculi iuuenis: ꝛ
caprioli iuuenis: oēs alias carnes vitet.
¶ De piscib⁹. Pisces vitet oēs vlr. ꝛ
si eēt coact⁹ vtat̄ piscib⁹ sq̄mosis de aq̄s
mūdis coctis i vino pūro cū sale ꝛ pe/
trosilino. ¶ De ouis. Vtat̄ ouis sorbi
lib⁹. Si cā eēt colica vtat̄ lactucis spi/
nargūs. coriandō. endō. scariol̄. ꝛ atripli/
ce. Et si cā ē frigida vtat̄ borragibus.
bletis: feniculo: petrosil̄. spago. oīa alia
olera vitet. ¶ De leguib⁹ Vitet oīa le
guia ꝑterꝙ brodiū ciceruȝ. vitet oēm
caseū: ꝑterꝙ butirosū ꝛ pingue: ꝛ parū
post comestionē vitet oē lac: vitet om/
nes fructus nisi stiptica modicum post
cibum vt dictum est. ¶ De coitu.
¶ Quibus premissum est possunt vti

coitū ꝑm temperamentum. ¶ De ex/
ercitio. ¶ Uniuersaliter exerceat se de
mane ante cibū: ⁊ fortiter: sed post ce
nam parum. ¶ De somno. Non dor/
miat de die vt dictum est. somnus enim
profundus multum nocet ⁊ longus: si/
militer multe vigilie multum nocent.
¶ De balneo. Post corporis mundi
ficationem potest vti balneo sed parꝝ:
¶ De inanitione. Sicut nimia reple/
tio multum nociua: ita nimia inanitio:
⁊ potissime illis qui habent orificium
stomachi multum sensibile. imo fames
nimia procurat paroxismum: q2 malis
repletur humoribus. Si aūt epilensia
venit propter causas primitiuas remo
ueātur. Et si propter fumos resolutos
a partibus inferioribus curentur iuxta
conuenientiam partis ⁊ humoris pec/
cantis: ita ꝙ imediate impediatur fu/
mus ꝙ non ascendat quantum erit pos
sibile. Et qui vult se exercitare in his
que dicta sunt: satis erit sibi via illumi
nata.

Clarificatio. Si dubitaret aliqs quomo
do humores ab inferioribus possunt
ascendere ad caput cum sint grossi ⁊
ponderosi. Dico ꝙ Gal. respondet su
pra illum amphorism non febricitantibus
fastidium ⁊c̄. Et dicit ꝙ colera euapo
rando ascendit vsqꝫ ad stomachum.
ita dico h ꝙ hūj euaporando possunt
ascendere ad cerebrum: ⁊ potissime il/
li ex quibus fit epilensia cum sint vene
nosi horribiles ⁊ fetidi. sicut patet in
animalibus patientibus morbum ca/
ducum cum anotomizantur: in quibus
inuenitur aquositas horribilis fetida.
⁊ q2 petūt membra nobilia. ideo si iret
ad cor causaret sincopim. ⁊ si ad cere/
brum epilensiam: potissime q2 euapo/
rati in cerebro cōdensatur: ⁊ postea cō
densati cadunt inferius ⁊ ita oppilant:
⁊ ita impediunt transitum spūum iste
est igitur modus ⁊c̄. Secundo posset
aliquis dubitare quare in epilensia nō
est paroxismus continuus cum est de
causa priuata. quoniam dolor est con
tinuus cum materia in cerebro contine
tur. Dico ꝙ modica materia sufficit ad
causandum dolorem: vel ēt modica dis
crasia: sed ad causandum epilensiam
opꝫ ꝙ sit multa. Et ideo licꝫ contineat
in cerebro: non tamen est tanta ꝙ possit
facere continuum paroxismum: ⁊ si fa
ceret non eēt epilensia sed apoplexia.
Tertio notandum qm̄ lꝫ vinū sit for/
tissimus penetrator: nihilominus tamē
potest competere in epilensia in illis q̄
habent stomachum frigidum. dum tn̄
exhibeatur in parua quātitate ⁊ tem/
perata qualitate. In aliqs aūt non detur
nisi in declinatione corpore mundifica
to: cum conuertat mām in vaporem.
Quarto intelligendum ꝙ paroxismus
epilensie qui frequenter accidit ⁊ parꝝ
durat: signat morbum de facili curata/
rum. quanto aūt tardius venit ⁊ longi
us durat: tanto tardius curatur. Quin
to intelligendum ꝙ si mā contineatur ī
stomacho: paroxismus erit cū nausea
⁊ vomitu. ⁊ si in intestinis egestiones ī
poxismo veniēt insensibiliter: ⁊ si inve
sica mingit: ⁊ si in renibus pollutio: sic̄
superius dictū est. Sexto notandū ꝙ
luna habet quatuor quadras. Prima
est calida ⁊ hūida que assimilat̄ veri.
secūda calida ⁊ sicca: q̄ assimilat̄ esta
ti. tertia frigida ⁊ sicca: q̄ assimilat̄ au/
tūno. quarta frigida ⁊ hūida: q̄ assimi
lat̄ hyemi. Si autem diceretur ꝙ secū
da quadra non erit sicca sꝫ humida q2
crescente luna crescit oē humidū: sicut

patet in conchilibus. Dico ꝙ duplex
est augmentum. quoddam verum: ⁊ h̄
est in prima quadra. ⁊ quoddam fan/
tasticum siue apparens: ⁊ h̄ est in secū/
da: pro tanto qꝛ humidum rarificatuꝫ
occupat maiorem locum: ⁊ ita omne
humidum crescit crescente luna vel exi
stenter vel apparenter.

¶ Capl'm. xxvj. de apoplexia.

Apoplexia est pas
sio cerebri auferens sen
sum ⁊ motuꝫ toti corpi
repēte ⁊ subito magna
voce precedente: ꝑpter
oppilationem in meatibus ⁊ in ventri
culis cerebri tam principalibus ꝙ̄ non
principalibus.

Causa. Causa huius passionis ē
aut exterior aut interior.
Exterior sicut ē casus ⁊ percussio o b
uiatio. vehemens ⁊ repentina frigi/
ditas aduenlens capiti aut ex hyeme
⁊ similibus: aut in illis qui estate capi/
te discooperto intrant templa profun/
da marmorea. Si abintus hoc est aut
propter apostema ⁊ fe. aut propter sā
guinis exuberantiam replentem vētri/
culos ⁊ meat⁹ aut arterias: aut fit hoc
propter humorem phlegmaticum: aut
propter vtrunqꝫ. aut propter coleram
grossam. Sed hoc raro accidit: ⁊ si ac
cidat tanto deterius est: qꝛ contra con
uenientiam particularium ē. Causa au
tem antecedens sunt crapula ⁊ reple/
tio nimia cibi ⁊ potus: ociū ⁊ vite trā
quillitas: ⁊ dimissio phlobotomie soli
te: ⁊ retentio superfluitatum preter so/
litum: ⁊ nimius vsus phlobotomie in
iuuentute: ⁊ adiuuant ad h̄ pluuie mul
te tempore hyemali. etas: senectus: ci/
bus humidus. dimissio exercitij soliti.
repletio nimia preter solitum: ⁊ ita de
alijs conformibus. Intelligendum ꝙ
apoplexia habet tres species que disti
guūtur a parte materie ⁊ ex parte affli
ctionis. Ex parte materie quoniā quā
do ventriculi replentur omnes tam pri
cipales ꝙ̄ non principales ⁊ meatus ⁊
omnino ⁊ vl'iter: tunc est maior: ⁊ quā
do replentur sed cum quadam rarita/
te tm̄ est media. Sed si repletio fiat q̄
si vsqꝫ ad medium. tunc est minor. Ex
parte accidentium distingultur: quoniā
quando suspirat cum magna difficulta
te: ⁊ spuma est in ore: ⁊ vox est sic strā
gulatorū: ⁊ inordinatio anhelitus est
magna valde: tunc est maior species:
tamen si esset sine omni anhelitu ⁊ vo
ce ⁊ spuma ⁊ motu ⁊ sensu: bene esset
tunc deterius. In secunda auteꝫ specie
est suspirium: sed non est inordinatio:
nec spuma nec vox strangulatorum.

Signa. Quando tu es vocat⁹
ad patientem ⁊ vides
eum sine sensu ⁊ motu ⁊ sicut dormien
tem somno graui ⁊ profundo: sicut est
somnus qui vocatur subeth: ⁊ stertit:
tunc voca eum proprio nomine ⁊ alta
voce: ⁊ trahe eum per capillos: ⁊ con
duplica digitos ⁊ stringe fortiter: ⁊ pū
ge eum cum acu aut stilo. tunc si nullo
modo respondet apopleticus est: po/
tissime si subito venit ⁊ cum alta voce.
Aliquando tamen est magnum dubiū
vtrum sit viuus vel mortuus propter
priuationem sensus ⁊ motus ⁊ anheli
tus ⁊ pulsus etiam tunc claudātur oīa
foramina domus: ⁊ flosculum lane mi
nutissime carminatum ori eius appo/
natur: ⁊ si mouentur pili lane procul/
dubio adhuc viuit: ⁊ si nl'lo modo mo
ueantur mortuus est. Uel si accipiatur
ciphus plenus aque ⁊ ponatur supra

pectus: et tunc precipiat omnib' de do
mo q sedeant et quiescant: si domus ē
in salario: et permittatur ēt aqua vasis
quiescere. tunc respiciamus aquā vasis
diligenter: et si nullo modo moueatur:
procuidubio mortuus ē. si aūt moueatur
adhuc viuit. Intelligēdū igitur q apo
plexia licz conueniat cum epilia et in
materia et in situ: differunt tamen qm̄
epilia est cum periodis. apoplexia aūt
nunq̄: qm̄ aut interficiet: aut in parali/
sim terminabitur. Materia .n. apople/
xie ē ita grossa et frigida et multa et cō
pacta: q perfectam crisim termiare nō
potest: sed cū curatur in paralisim ter/
minatur: qm̄ apoplexia cū dispgitur p
neruos causat paralisim. sicut materia
palisis cū coadunatur causat apople/
xiam: et ita palisis terminatur in apo/
plexiā et apoplexia in paralisim. Pre/
terea sciendum ē q apoplexia differt a
somno graui et profundo qui appellatur
subeth: et differt a litargia et a sincopi
cordis a somno. A litargia differt quia
ista veniunt paulatine: sed apoplexia
subito: et cum hoc in apoplexia nulla ē
excitatio nec responsio. sed in alijs est
saltim cum violentia. Differt ēt a sinco
pi cordis: qm̄ in apoplexia facies assi/
milatur faciei viuorum. sed in sincopi as
milatur faciei mortuorum. Sincopis
aūt stomachi et matricis sunt piodales
sed cū venit a cerebro non. Cognoscit
aūt materia peccās: qr si est sanguis to
ta facies est rubea: et si phlegma est fa
cies subalbida cū humiditate multa.
Et si est ex causis cōpositis causa erit
composita. et si esset ex sanguine infe/
cto ex melia tunc facies vergit ad liuo
rem et virorem. Et si est co. vergit ad
citrinitatem cuz humiditate pauca. Et
si est ex apostemate: est semper cuz fe.

et ista est pessima inter omnes. Et si est
ex causis primitiuis cognoscit ex illis.

Pronostica. Hypocras di
cit pronostica
re: apoplexiam fortē curare est impos
sibile. debilem vō nō facile. Prima igi
tur et secunda species non curantur ma
nu humana: sed tertia curari potest cū
magna diligentia. Hypo. enim intendit
q si aliquis sanus amittit subito sensū
et motum et vocem: q infra. vij. dies mo
rietur. nisi febris acceperit eū. Dicit .n.
q si inebriatus repente sine voce fiat:
spasmo innato moritur nisi febris sup/
uenerit: aut fuerit solutus hora qua cra
pule soluuntur. Et dicit Auic. q aliqs
aliquando penitus est sine sensu et mo
tu et anhelitu: et est sicut mortuus: nisi
q aliquo mō sopito hz aliqualiter pul
sum: et aut q talis mortuus reuiuiscit
vel reuiuiscere pōt. qr calor innatus est
ita debilis abintus q nullo aere exteri
ori indiget. et oz stare per. lxxij. horas
anteq̄ sepeliatur. sz pauci aut nulli ha
bent amicos: et idō multi valde sepeliū/
tur viui. Postq̄ igitur hypo. et Auic.
pronosticauerunt: dico ego q vidi mul
tos apopleticos: et in veritate nūq̄ vi/
di aliquem euadere. a morte enim subi
tanea libera nos domine.

Curatio. Si cā est sanguinea i
primis fiat phleboto
mia de vnaquaqz cephalica. et si est cā
phlegmatica cū corpus sit vt plurimū
plectoricum: adhuc fiat phlebotomia
de vnaquaqz cephalica: dum tñ virtus
possit tolerare. Scdo fiat clistere cum
sticados et alijs cōibus: et resoluat ibi
yerapi. aut yeraruffi. aut yeralogodiō.
Deinde fiāt fricatiōes extremitatū for
tissime cū sale et aceto tepidis. deinde
fiāt sternutatiōes. Rx. elli albi. piperis

castorei.ana.ʒ.j.fiat puluis ⁊ aliq̄ ps
per calamū īsuffletur in nares: ⁊ si ster
nutauerūt bonum est. Deinde suffumi/
getur cum alipta muscata. deīde somē
tetur caput cū decoctiōe istaꝝ herba/
rum. ℞. vtriusq; saluie. vtriusq; cala/
mēti: vtriusq; mēte: vtriusq; ruthe. aū.
fasciculos. ij. conquassent ⁊ buliāt in vi
no alb. ⁊ fomentetur caput ex alto. ⁊
deinde caput cū pānis calidis exiccet.
deinde tondant capilli ⁊ caput abluat
cum vino decoctionis ruthe. Deinde ī
ungatur sic. ℞. euforbij: piretri. bacca/
rum lauri. costi. ruthe agrestis ⁊ dome
stice. ana. ʒ. ij. buliant in oleo mustelli/
no: ⁊ cum illo oleo multū calido inun/
gatur caput. deīde fiat tale medicamē
℞. euforbij. piretri. castorei. galbani. se
rapini. oppopōacis. triū granorū pipe
ris. sulphuris viui. sinapis. assūgie leo
nis. ana. ʒ. j. conficiatur quedā massa ⁊
totum figuret in aluta ad modum ca/
pellie: vt supficies concaua cōprehen/
dat totū caput: ⁊ emplm̄ in supficie ꝯca
ua extendat: ⁊ calidū capiti applicet.
Et si ex his non curet nec excitet ha/
beatur capellina ferrea ⁊ calefiat ⁊ ca/
piti applicet: ⁊ sit intantū calida ꝙ qua
si adurat capillos: ⁊ anteꝙ infrigidet
alia capiti apponatur. ⁊ ista omnia ꝑ
ordinem sine intermissione intantū cō
tinuent donec reuixerit: aut saltē mor
tuus fuerit. vt non possit dici ꝙ ex de/
fectu medicaminum deficiat. quādoq;
dič Auic. ꝙ febris sine apostemate ter
minatur per apoplexiam: ⁊ potest ter/
minari ad bonum. tamen stat sicut mor
tuus quasi omnino. ⁊ postea reuiuiscit
⁊ ideo nullus talium debet sepeliri do
nec transiuerint tres dies naturales cō
pleti. vt est spacium. lxxij. horarum.

Si aūt per dei gratiam cōualuerit: fiat
ꝙ euomat. ⁊ detur cibus subtilior ī mi
nori quantitate ꝙ̄ in epilẽa. ⁊ det sibi
oxill'. diur. oxill'. squill'. ⁊ purgetur cū
yeraruffi. cū yeralogodion. ⁊ fiant om
nia per ordinē que dicta sunt in epilẽa.
qm̄ sicut conueniunt in causis: ita in cu
ratione. non opʒ igitur hic repetere.

Clarificatio. Intelligendū ꝙ anhelit⁹ oī/
no existēter ⁊ appenter ī apoplexia de
ficere nō pōt. sic. n. fieret subito mors si
cut in suffocatis ⁊ strāgulatis: sʒ est ibi
aliq̄ mō cōfuso ⁊ iordinato. Aliqn̄ tn̄
pōt eē anhelit⁹ ita debilis. ꝙ nō appet
nob: potissime in ill' q̄ hn̄t cor frigidū.
Nūc aūt anhelitus in apoplexia nō ē
pp virtutē aiatā. sʒ pp nālem mouētē
ex desiderio fʒ Gal. Et si diceres: ⁊ iā
virtus nālis nō mouet. dico ꝙ nō mo/
uet in tpe sanitatis: sed in tpe magne ne
cessitatis sicut hic. Scdo notādum ꝙ
apoplexia vt plimū ē icurabil' ⁊ hoc
ē pp nobilitatē mēbri ⁊ multitudinem
māe. qr mebrū nobile nō pōt pati lōgi/
tudinē morbi ⁊ molestationē acciden/
tiū. Si aūt curet lʒ nō perfecte. hoc nō
pōt fieri pfecte pp multitudinē grossi/
ciē ⁊ viscositatē māe. sed nā vigorata
mittit ad loca ꝓpria. ⁊ qr ibidē oriunt
nerui: iō infundit in neruis. ⁊ ita causat
palisis vt dictū ē. Tertio notādū ꝙ fre
quenti⁹ accidit palisis in pte dextra. qr
pars ē rarior ⁊ meatus magis apti. ali
qn̄ tn̄ fit in pte sinistra propter debilita
tē loci. ⁊ ita plus gnātur in pte ad quā
mā magis declinat. Ultimo notādū ꝙ
in apopletico ⁊ in epilentico pila vel
lignū vel aliud tale debet poni īter dē/
tes cū violentia ⁊ ratione anhelitus: ⁊
vt dentes non destruantur.

¶ Capitulum. xxvij. de paralisi.

Paralisis ē neruorū mollificatio cum ablatione sensus ⁊ motus.

Cause. Quedā sūt cause extrinsece: sicut est casus ⁊ percussio neruorum nimia attritio: ruptura. incisio per transuersum: dislocatio: ira: ⁊ timor: nimia frigiditas comprimens ⁊ claudens. aut nimia caliditas exalans. constrictio. ligatura ⁊ similia. Si ab intus tunc sunt omnia illa que oppilant ⁊ claudunt capita ⁊ originem neruorū ita ꝙ spiritus ad subiecta penetrare nō possit. Ista autem sunt multa: sicut est phlegma vt plurimum: ⁊ melia minꝰ. ⁊ sanguis adhuc minus: ⁊ colera minime: nisi addita cum alio humore apostema ⁊ similia. sicut est crisis. Unde quatuor sunt morbi qui possunt in paralisi terminari. sicut est apoplexia. febris cronica. colica. ⁊ suffocatio matricis. Intelligendum igitur ꝙ duplex est paralisis quedam vlis: ⁊ quedam particularis. Particularis est in pede tm̄: aut matrice: aut vesica: aut in intestinis aut stomacho: aut lingua: aut naribꝰ: aut manibus. ⁊ ita de aliȷ̄s. Aut ē vlis: ⁊ appellatur vlis quando tenet medietatem corporis ſm longum. ita ꝙ aliquando est in vno latere. aliquando in ambobus preterq̄ in capite: qꝛ si est in capite tunc est apoplexia. Et est intelligendum ꝙ differentia est inter spasmum ⁊ paralisim: quoniam in paralisi prolongatur membrum: qꝛ infirmuz trahit sanum: ⁊ cum hoc in paralisi est materia diffusa ⁊ dispesa per membrū ⁊ tertia differentia qꝛ plus est ex materia hūida: ⁊ ita prolongatur neruꝰ ſm longum: ⁊ curtatur ſm latuz. Contrarium est in spasmo. Primo qꝛ membrū curtatur ſm longum: ⁊ prolongatur ſ3 latum. in spasmo enim membrum sanū trahit infirmum. Secundo qꝛ materia est magis coadunata ⁊ coartata ⁊ imbibita in foraminibus nerui ⁊ propter hoc dilatatur neruus in latum. Ultima differētia qꝛ materia spasmi magis trahit ad siccum grossum citius terminabile termino proprio. Paralisis igitur est membri mollificatio ⁊ remollitio: ita ꝙ cum manu tua poteris membruz paraliticum eleuare ⁊ deprimere sicut corrigiam madefactam. in spasmo aūt nō. cum neruus sit rigidus ⁊ contractꝰ.

Signa. Pulsus paralitici ē occultus debilis frequens ⁊ inordinatus. vrina est alba ⁊ tenuis: aliquando est tamen multum colorata propter renes non potentes segregare aut ratione doloris: aut febris: aut alicuius morbi concomitantis. Latus infirmum est ita frigidum sicut si esset in glacie positum ⁊ sanum sentitur ita calidūm sicut si esset in igne: ⁊ oculus aliquando minoratur. Signa aūt humoris peccātis sunt: qꝛ si ē ex sanguie pulsus est plenus. ⁊ color corporis rubeꝰ: ⁊ vene replete: ⁊ totum corpus plenuz ⁊ signa sanguinis precesserunt. Si ex phlegmate erit album humidum: ⁊ signa phlegmatis apparent in toto corpore. Si ex melia erit liuidum. ex colera aūt sola fieri non pōt: ⁊ si fiat hoc est per admixtionem cum alio humore ⁊ raro accidit: ⁊ tunc signa sunt cōposita. Si ex apostemate est cum febre ⁊ duricie: ⁊ apparet in loco. Cause autem primitiue ex indicȷ̄s cognoscūtur.

Pronostica. Si in puero febricitāti vri
na appeat viridis: significat paralisim
futurā aut spasmū. paralisis in senibus
de difficili aut nūꝗ̄ curatur. tremor su/
perueniens paralisi bonū. febris supue/
niens paralisi bonū. Paralisis si vene/
rit ex dislocatione: nimia neruoꝝ cōstri
ctione: aut ruptura: aut incisiōe p trans
uersum: nō recipit curationē. Si autē
membꝝ paraliticum minoretur: aut co
lor immutetur valde malum. ⁊ si non:
spes est in curatione.

Cura. In curatiōe palisis debe/
mus aduertē ꝙ a pricipio
nō deƀ fortis medicina. Scōo debemꝰ
considerare si adest febris: ⁊ sic deƀ me
dicina composita ex calidis ⁊ frigidis.
Tertio dēmus ꝯsiderare si medicami/
na calida multū nocēt: ⁊ si sic remittan
tur. ⁊ cū camomilla. ⁊ melliloto. ⁊ an/
thos ⁊ silib' medicenƀ: qm̄ nimis cali/
da dissoluunt mā̄ʒ ⁊ ita augmētāt mor
bū. Quarto dēmus ꝯsiderare ꝙ medi/
camina apponanƀ ī origine neruorum:
qm̄ aliter appositio supra pticulā patiē
tem paꝝ valebit. Quinto debemꝰ cōsi
derare effectū medicamis ca. supra mē
brū paliticū: qm̄ aliqn̄ nimis calefacit
⁊ vlcerat: mēbꝝ ēt nō sentit. ⁊ iō nesci/
mus vtꝝ iuuet vel noceat. q̄re frequenƀ
debemꝰ respicere: ⁊ si color ē rubeus ⁊
caro inflata ⁊ cū cōprimiƀ dealbaƀ bo/
num ē. si aūt nō dealbaƀ cū cōprimiƀ sʒ
remanet rubedo: signū ē ꝙ nimis cale/
fit. ⁊ cū hoc si vlcera appareāt: medica
mina sunt mutanda vt dictū est. In pri
mis igiƀ dieteƀ cū aq̄ hordei ⁊ ydromel
le ⁊ tenui dieta: nō solū vsqꝫ ad tres di/
es sʒ vsqꝫ ad. vij. vel. xiiij. si v̄tus tolera
re q̄at. Cibaria igiƀ sint volatilia assa
frixa ⁊ ꝯdita cū spēbus aromaticis. ab
oī vino caueat vsqꝫ ad declinationem
morbi. ⁊ sit ꝯtentus aq̄ mellita: aquā ēt
nō potet: ⁊ si potet valde paꝝ. Dēs. vj.
res nō nāles debēt vergere ad siccitatē:
sicut ē aer cibus ⁊ potꝰ sōnꝰ ⁊ vigilia.
⁊ ita de alijs. Sūme igiƀ parum potet:
⁊ cibaria sint sicca. Si aūt fuerit de san
guine fiat phlia. deide sumat oxizacc̄.
oxill'. diuret. ⁊ purgeƀ cū catartico ipia
li: ⁊ oxilaxatū: ⁊ yerap̄. Deinde inūgaƀ
cū oleo laurino. costino. camomillino.
Et si mā fuerit melica: digeraƀ ⁊ expel/
latur sic̄ decet illā mā̄ʒ. Et si ex aposte/
mate cureƀ illud sic̄ decet apostemata.
⁊ ita de cāis primitiuis. Siplici igitur
discrasie simplex medicamē adhibeaƀ
⁊ cōposito cōposite: sʒ qr frequētius, vt
plurimū accidit de phlegmate: ⁊ ideo
hāc curā diligentiꝰ ptractemus. In pris
igiƀ fiat clistere. ℞. malue mercurialis
abrotani vtriusqꝫ cētauree. vtriusqꝫ sti/
cados. vtriusqꝫ ruthe. an̄. M. j. suc. ble
te. li. s. fiat decoctio: ⁊ ī decoctiōe resol
uantur olei cōis. ʒ. iij. mellis. salis. fur/
furis. an̄. ʒ. j. yerap̄. yeralogodiō. an̄. ʒ.
j. misceanƀ ⁊ colenƀ ⁊ fiat clistere vsqꝫ
ad lib. s. Si aūt eēt nimis ꝯstipatꝰ: pōt
p̄cedē clistere mollificatiuū: ⁊ postea
istud. Deinde fricenƀ extrema fortiter:
⁊ pticula patiēs suauiter. Deinde dige
ratur mā cū pipe ⁊ assa: aut cuʒ pipe ⁊
acoro. aut cū pipe ⁊ tyria. aut cū pipe
⁊ metridato: aut cū diatrit. pipereō. Et
friceƀ pſ cū rad. lilij: ⁊ purgeƀ cū yerap̄.
⁊ yeralogodiō acuatis cū pl'pa coll'. ⁊
bdelio. Uel digeraƀ mā p hūc moduʒ.
℞. radic̄. feniculi. petrosil'. apij. gentia
ne. astol'. ro. cappariſ. sqll'. acori. piretri
raphani. lilij. an̄. ʒ. iij. cōquassenƀ ⁊ tem
perentur in vino al. ⁊ aceto al. per dieʒ
⁊ noctē: ⁊ tunc recipe narcisci: vtriusqꝫ
saluie. vtriusqꝫ ruthe. vtriusqꝫ calamēti

centauree minoris. costi ysopi.an.℥.ij. anisi.marat.carui agrestis.se.rut. spice nardi.squinanti.an.℥.j.mellis.lib.j.ꝛ.s fiant sirupi lib.ij.Mā digesta purgetur sic.℞.agarici turbith.an.ʒ.ij.euforbij. pulpe coll'.elacterij.an.ʒ.j.masticis.zin ziber.bdelij.spicenar.serapini.anisi.ca/ storei. carui. agrestis.se. ruthe.an.℈.j. yerarufsi. yeralogodio. yerap .an.ʒ. iij. misceant cū oxill'. squill'. ꝛ fiat mas sa:ꝛ cū vti voluerit accipiat.ʒ.iij. aut ℥.s.aut plus aut minus iuxta cōuenien tiam particulariū.postꝙ medicina cō/ fecta fuerit ad min⁹p.xv.dies si patiēs pōt tātū expectare:aut det supradicta medicina.Deinde inungat cum aliquo ex istis oleis aut multis scʒ laurinū. co stinū.ꝛ cum oleo de nuce romana: aut acoro:aut piretro:aut euforbio:aut de spicar.aut nigella:aut rutha:aut sinapi aut menta:aut de cordumeni: hoc ē de carui agresti :aut de ysopo : ꝛ de alijs oleis sbtilib⁹ calidis penetratiuis reso/ lutiuis ꝛ ꝯsumātib⁹:sicut est ēt oleū de balsamo:ꝛ mel anacardinuʒ: ꝛ adeps vulpis:ꝛ vulturis.ꝛ silium calidoruʒ. Ante tñ istas inunctiones post corpis mundificationē bonū ē vti stuphis sic/ cis:ꝛ in stupha ponant oia que ponun tur in sirupo:ꝛ post exitū qualibʒ vice ꝙ exhibeat tyriace.auree alexandrine an.ʒ.s.ꝛ continuet multis dieb⁹ sto/ macho vacuo:deinde apponatur istud emplm cū cautela pdicta.℞.gumi ru/ the agrestis.euforbij:opoponac. sera/ pini.galbani.castorei.mirte. asse fetid. bdelij.piretri.nucis mus.nuc.romāe.tri um granoꝝ piperis. anacard:tapsie:ni gelle. sinapis. carui agrestis. se. ruthe. an.℥.s.ꝯficiant cū oxill'. squill'. ꝛ fiat empla. ꝛ supra mēbrum paraliticū ap/ ponat. Deinde pōt balneari: accipia/ tur vulpis ꝛ cum pelle toto decoquat in aqua ꝛ calamento: ꝛ carui agreste: ꝛ acoro:ꝛ balneet in ista aqua: Uulga res tñ decipiūt in isto balneo: qꝛ faciūt an corpis mūdificationē: ꝛ iō augmen tatur morbus. Caputpurgia ēt ꝛ vomi tus cōpetunt. In declinatione aūt det vinū calidū antiquū sed in pua quanti/ tate. Uentose cū stricto orificio sine sca rificatione frequēter apposite supra ca pita neruoꝝ multū iuuāt. Sternutatio facta cū ell'o multū valet ꝛ cū medica/ minibus resolutiuis sp stiptica apponā tur. Cū aūt fuerit in cōualescētia mul/ tum confert ꝙ mēbꝝ eleuet ꝛ deprima tur vt suā operationē possit exercere.

Clarificatio. Intelligendū ꝙ paliſis fre quēti⁹ aduenit cū pticularia ꝯueniūt:vt qꝛ frigidus de cōplexiōe:ꝛ senex ꝛ tps frigidum:ꝛ regio frigida: ꝛ qꝛ viuit in ocio:ꝛ i crapula:ꝛ in vino multo:ꝛ qꝛ officiū suū est frigidū:ꝛ qꝛ piscator : ꝛ circa coria ꝛ aquas cōseruat : ꝛ ita de alijs. Scōo notādū ꝙ mēbrū paliticuʒ licʒ nō sentiat nec moueat : nihilomin⁹ nutritur licʒ debiliter.ꝛ ꝙ debiliter nu/ triatur hoc patet: qꝛ continue macerat ꝛ arescit:ꝛ licʒ spiritus animalis non possit penetrare : nutrimentum tamen penetrat:quoniam modica nubes im/ pedit radium:sed attractio specifica at trahit ēt quod de difficili ē attrahibile: sicut patet in follibus fabrorum vbi nō attrahitur solum aer:sʒ grauia vt pul/ uis ꝛ stramina. Tertio notandū ꝙ vi/ num nō cōpetit i aliqua egritudine ner/ uali frigida:nec etiā in passionibus iū/ cturaꝝ.ꝛ qꝛ facit māas crudas penetra re.ꝛ qꝛ conuertitur in acetum:nisi i de/ clinatiōe corpore mūdificato: ꝛ ꝙ ad/ ministretur sicut oportet.

Capitulum. xxviij. de spasmo.

Spasmus est egritudo neruualis contrahens neruū ad suum originem cum ablatione motus.

Cause. Quedā eni ē cā exterior ꝛ quedā interior. Exteriores eni cause sunt multe: sicut ē nimia frigiditas cōprimens: aut caliditas dissoluens ꝛ ad neruos delegans: sicut est punctura nerui cū stilo aut acu ꝛ similibus: aut pūctura scorpionū: aut morsus reptiliū: aut labor nimius: aut aliq̄ alia res cogens reuerti mēbrum ad suū originem: sicut est casus. incisio: ꝛ ita de aliis. Si aūt cā fuerit interior: tunc etiā sunt multe: sicut est apostema vbi materia ē coadunata i vno loco nerui seu originis eius. In aliis aūt causis materia magis apprehendit neruuꝫ: ꝛ cum hoc etiā vētositas grossa que nō habet exitū. aliqñ tamē ventositas est ita modica ꝙ cito recedit per se aut cū modica fricatione. ꝛ iō quādo venit in tibia vulgariter vocat̄ grapa. Aliqñ cā est sanguinea. aliqñ melica. aliquādo phlegmatica: ꝛ ista venit vt plurimū. aliqñ fe. ꝛ est in cā crapula ꝛ ociū ꝛ somnꝰ nimis profundus. ꝛ siqua sūt silia. Intelligendū ꝙ spasmꝰ quasdam recipit sectiones. oīs eni spasmus aut ē de repletione: aut de inanitiōe. ꝛ sique alie sunt cause ad istas duas possunt reduci. Secunda diuisio erit talis. Spasmꝰ aut ē vlīs: aut pticularis. Uniuersalis qñ est in vna pte tm̄. sicut si ꝯtrahat̄ membꝝ anterius: aut tm̄ posterius: aut vtroqꝫ mō: aut vocantur propriis nominibus procostomus: cupercostomus. ꝛ tetanus. q̄si totū tenēs: qm̄ tūc equalr̄ ꝯhuntur nerui añriores ꝛ posteriores. ꝛ iste de difficili cognoscit̄: qꝛ remanet figura in dispositione sua. Hoc intelligo ꝙ ille spasmus nō attingat caput: qꝛ tunc esset epilensia: qm̄ epilīa est spasmꝰ totius corporis. Sed pticularis vt actuꝫ est in aliqua pte faciat tm̄: aut in pedibus: aut in manibꝰ: aut vēsica. ꝛ ita de aliis. Tertia diuisio est qm̄ spasmꝰ quidam est in pueris. ꝛ ille de facili venit: ꝛ de facili curatur. ꝛ quidā venit i aliis etatibꝰ a. vij. annis vltra. ꝛ tūc de difficili venit ꝛ de difficili recedit. Spasmꝰ quidam añcedit fe. ꝛ est vt plurimū de repletione. ꝛ quidā sequitur fe. ꝛ ille vt plurimum de inanitione. Spasmꝰ quidā ē cū dolore magno: sicut ille qui est ex repletione. ꝛ quidā vbi nō est tantꝰ dolor. sic ille q̄ ē ex inanitiōe: nisi eēt ratione inordinatiōis ꝛ siliū. sicut ē i spasmo stōachi ppt̄ colerā prasinā. ꝛ vermes sūt ēt aliqñ cā spasmi ꝛ epilēsie.

Signa. Qñ eni vides mēbꝝ cōtractū ꝛ rigidū. ꝛ nō pt̄ reduci ad dispōnē suā nālem: tūc illud mēbrū est spasmatū. ꝛ si sano subito aduenerit. tūc signatur esse de repletione. qm̄ neruus tūc diminutus est ſm lōgū. ꝛ magnificatus ſm latū: sicut corrigia ī hyeme. Si autem paulatine aduenerit: aut post febres ꝛ labores ꝛ inanitiōes tunc talis spasmus est de inanitiōe: vbi est curtatio nerui ſm latū ꝛ ſm longuꝫ. sicut videmꝰ de coriis in estate. Et qñ spasmus cito reuertit̄ ad suā naturā nō est vere spasmus. sicut pꝫ in oscitatiōe ꝛ singultu. Pulsus aūt spasmatoꝝ est debilis. durus. vndosus. inordinatus. Urina aliqñ est colorata ꝓpter fe. ꝛ aliqñ remissa ꝓpter ascensū hūiditatū ad caput. Et si fuerit ex sāguie apparet rubedo i mēbro: ꝛ apparēt dnīa sangui-

nea in toto corpe:ita est de melia: ꝛ ita de phlegmate: de quoꝝ signis frequenter dictū ē. Cāe āt pmitiue cognoscūt indicio patiētis. De signis āt apostēatū aut vermiū: ꝛ siliū dictū ē vt dicet.

Pronostica. Spasm⁹ de repletiōe est curabilis: qꝛ facili⁹ ē rē hūidā desiccare ꝙ siccā hūectare: sicut scribitur. vij. de ingenio. ex eꝯo spasmus mortale est spasm⁹ post vulnera mortalis: qꝛ spasmus de inanitōe mortalis: spasm⁹ post fe. ꝛ fe. mortal. Si āt aliqs fuerit multū inanit⁹ pp aliquā cāz: si supueniat ei febris supueniat spasmo: vere tal' spasmus ē mortalis: qꝛ p certo de inanitiōe est. Et h dicit p tāto qꝛ spasm⁹ de repletione venit aliqñ post fe. cū corp⁹ ē plenū: ꝛ qꝛ talis spasm⁹ est de repletiōe: iō est curabilis. Et p tāto spasm⁹ in pueris est de facili curabilis: qꝛ nerui sunt molles: ꝛ iō p qualibet facili cā venit sicut p fletu ꝛ colli passiōe ꝛ fe. ꝛ sic de facili venit: ita de facili curat vel recedit: qm̄ spasm⁹ i pueris cū febricitāt vt plurimū est de repletiōe: qm̄ pueri nullis ex reb⁹ itēdūt nisi soli comestiōi: sicut scribit Gal. in fiue pnosticoꝝ: cuz loqt de spasmo pueroꝝ. Spasm⁹ pp pūcturā neruoꝝ ē pessim⁹. Juxta illud Gal. i tegni: nerui vo ꝛ tetanos pūctura ꝛc.

Cura. Si spasmus fuerit ex frigiditate dent ca. resolutiua: sic ē oleū de lilio. de cos̄ta. de castoreo. de nuce indica. Si fuerit ex caliditate inungant nerui ꝛ capita eoꝝ cum oleo nenupharis. ꝛ salicis ꝛ rosaꝝ. Et itelligēdū ꝙ i spasmo faciei debēt poni medicamina supra occipiciū. Et si fuerit in alijs ptib⁹ iferiorib⁹: ponant desup quasi feruēs oleū de euforbio: ꝛ opoponaco: ꝛ piretro ꝛ castoreo: ꝛ aperiatur locus ꝛ cauterizet purgatiōe vlī p cedēte: qꝛ iste spasm⁹ est multū piculosus ꝛ de se incurabil' qd erit si cōtingat error: vigilate ergo hic. Si aūt spasm⁹ fuerit ex scorpionib⁹ ꝛ aialib⁹ venenosis: det tyriaca ꝛ metridatū: aut medicamina q̄ valēt cōtra venenū: sic saluia aristol. ro. gentiana. bacce lauri. ꝛ similia. Et si fuerint in ifātib⁹: oīa resolutiua sufficiūt: sic est oleū costinū: laurinū camomillinū: ꝛ silia. Si aūt fuerit pp apostemata: curent apostemata sic decet. Si aūt fuerit pp vermes occidant cū amaris. sicut ē absinthiū. cētonica. psicaria. aloe. agaricus. ꝛ fella. ꝛ semē zedoarie: ꝛ amig. ama. ꝛ pñt fieri emplastra extra. aut aliqua istoꝝ pñt dari cū lacte ꝛ silib⁹: q̄ dicent in loco suo: ꝛ ita de alijs causis reducūt ad suā naturā p suū ꝯriū. Si aūt fuerit de sanguine fiat phlōia: ꝛ deīde clisteria: ꝛ deiñ ponantur resolutiua olea q̄ dicta sunt supra originē neruoꝝ vt dictū est. Et si cā fuerit melācolia digerat ꝛ euacuetur vt dictū est. Idē de phlegmatica. In causis igit frigidis det ista potio: ꝛ digerit ꝛ pfecte curat si cōtinuet. ℞. asse fetide opoponacis. castorei. añ. ℥. s. misceant ꝛ exhibeāt quotidie. ʒ. ij. vel digerat mā cū oxill. diuretic. ꝛ oxill. squill. ꝛ purget cū yeraruffini ꝛ yeralogodion. acuatis cū euforbio. ꝛ pulpa coll. vel fiat sirupus ꝛ medicina: ꝛ stuphe oīa alia q̄ dicta sūt in paralisi. balnea eni sulphurea multū conferūt: ꝛ si nō habent nāliter fiūt artificialiter cuz multitudine sulphuris ꝛ salis: tamē nō debent multū morari stupha sicca magis cōpetit ꝙ balneū aque. Inungatur igitur mēbrū cū oleo de euforbio ꝛ piretro: ꝛ spicanardi. ꝛ castoreo. ꝛ assa ꝛ opoponaco ꝛ serapino ꝛ cū assūgia

vulpina lupina vulturina. ꝛ ex istis eisdem potest fieri emplm̄. ꝛ portet pelles vulpinas ꝛ vulturinas. ꝛ ventose ēt valent. Si aūt cā fuerit inanitio ꝛ cum fe. detꝫ ordeatū auenatū. lac amigd. dia dragantū frigidū. ꝛ inungatꝫ cum oleo viol. ꝛ nenupharis. ꝛ salicis. ꝛ domus sit fria: ꝛ aspergatꝫ tota reb⁹ frigidis. ꝛ asselle ꝛ inguina: ꝛ spina dorsi inungatꝫ frequenter cū oleo viol. Si aūt non febricitet detꝫ sibi lac ad potandū: ꝛ irroretur totū caput cū lacte: ꝛ balneetꝫ totus si est possibile. ꝛ inūgatꝫ cū oleo sisamio. ꝛ cū oleo amigd. dul. imo balnectur totus si est possibile. ꝛ dētꝫ vitella ouoꝝ ꝛ alia resumptiua ꝛ nutriētia. ociū ꝛ quies ꝛ taciturnitas. In tetano aūt cōpetit ꝙ balneetꝫ in aqua fria. sicut dicit Ypo. Si fuerit iuuenis ꝛ carnos⁹ in media estate: qꝛ tūc reuocatꝫ calor ad interiora: qui reuocatus ꝛ fortificatus curat. Et. d. Auic. ꝙ si ren cū piguedie sua ꝯteratur ꝛ supra originē nerui spasmati reponatur ꝙ multum valet: ꝛ ibi dimittatꝫ. deide p ordinē alter appōatꝫ.

Clarificatio. Intelligendū ꝙ febris superueniēs spasmo pt curare spasmū ꝛ egritudines neruales. dū tñ tres conditiones apponantur. Prima ꝙ morbus sit materialis ꝛ de causa frigida: qꝛ si esset de inanitiōe magis augmentaret. Secūda qꝛ corpus sit mundificatum: qm̄ aliter esset timēdū de putrida: aut de apostemate: aut de augmētatiōe morbi materiam liquefaciendo ꝛ ad ꝑiculū patientē delegādo. aut de morte propter afflictionē morbi principalis ꝛ fe. superueniente. Tertio ꝙ illa febris sit ephimera: ꝛ cū istis conditionib⁹ secure inūgantꝫ arterie cū assungia leonis: aut cū succo flāmule. ꝛ ita ꝓuocabitur fe. Secundo notandū ꝙ mēbrum spasmatuꝫ nō mouetur ꝛ tñ sentit cuius rō est qm̄ plura sunt necessaria ad motū ꝙ̄ ad sensuꝫ. ꝛ iō mltitudo spūs pt amitti q̄ erat necessarius motui. sꝫ paꝝ pōt remanere qō sufficiat sensui: ꝛ potissime si fiāt p vnū neruū. Modic⁹ aūt spūs potest sufficere sensui: cū sit virt⁹ passiua. multus aūt est necessarius motui cū sit virtus actiua. Tertio notādum ꝙ spasm⁹ citius venit pueris ꝓpter molliciē neruoꝝ: ꝛ citius recedit. In senib⁹ aūt venit tardius: qꝛ sunt solidiores ꝛ phlegma ē magis grossum ꝛ nō pōt penetrare. tardius tñ curatur. Quarto aduertendū ꝙ citius causatꝫ spasm⁹ de sanguine. secundo de phlegmate. tertio de melia. ꝛ licꝫ melia magis assimiletꝫ neruo ẜm hoc citius deberet causari. tñ ꝑꝑ grossiciē penetrare nō pōt. Rarissime tñ accidit de cola. Quinto intelligēdū ꝙ licꝫ palisis accidat in dextrum ꝛ sinistrum. non tamen spasmus. quoniā paralisis est prolongatio membri mollificatio insensibilitas ꝛ immobilitas. In spasmo aūt est curatio ꝛ retractio. pars autē dextra ꝛ sinistra nō possunt incuruari. pars enim lata citius flectitꝫ ꝙ̄ stricta. nūc aūt latera sunt strictiora: ꝛ tamen nō ita possunt curuari. qꝛ thorax ꝛ coste ꝛ spōdilia impediunt. ꝛ iō nō sūt nisi tres species spasmi. anterior. posterior. ꝛ tetanus: qꝛ vtrunqꝫ tenet. Uel posset dici ꝙ licꝫ nō fiat spasmus in toto latere. fit tamē in parte. qm̄ manus aut brachium potest curuari ꝛ ad suum originem reduci per viam spasmi. sicut potest ꝓlongari p viā paralisis. cū causa sit eadem. ꝛ particula patiens sit eadem. nisi ꝙ in spasmo mā est grossa ꝛ magis adunata. sed in paralisi magis humida ꝛ magis dispersa ꝛc.

¶ Capitulum. xxviij. de tremore.

Tremor est diminutio virtutis motiue: sicut stupor est diminutio virtutis tactiue. vel tremor ē bellum cōtinuū virtutis volūtarie motiue mēbrum ad supiora eleuantis ꝛ grauitatis nālis mēbri ipm ad inferiora deprimentis. Motus igit tremoris est cōpositꝰ ex motu nāe ꝛ motu morbi. ſꝫ Gal. v. de morbo. Si eni virtꝰ nō esset ipedita: mēbrū posset eleuare. ꝛ eleuatum regere ꝛ conseruare: sꝫ qꝛ ipedita ē ꝑpt morbū. ideo morbꝰ deprimit. ibi igit ē morbus continuus aut istius aut illiꝰ.

Cause. Cuiꝰ cā ē oē illud qd debilitat virtutē aut instrm̄ virtutis aut vtrūqꝫ. Illa aūt que virtutem debilitāt sunt sicut imaginatiões timorose. sicut cū aliquis vadit per altū montē aut supra strictū pontē aque ꝓfunde. aut cū est in cacuminibꝰ montiū. aut in arce turriū ꝛ respicit iferius: tūc enim imaginatur qꝛ casus esset malus ꝛ timet ꝛ ita incurrit timorē ꝛ aliquando casum. Silr cū aliqs ē corā pricipe terribili sicut dicit Gal. aut cū est in cōspectu leonis ꝛ siliū. Hoc idē facit gaudiū ꝛ ira ꝛ silia. ꝛ oia breuiter q̄ debilitāt virtutē aialē. Scda cā ē oē qd debilitat instrumētū. ꝛ hoc ē frītas mortificās ꝛ paliticās mēbꝛ. aut calitas resoluens: ꝛ debilitās. aūt hūiditas mollificās. aut siccitas inaniēs ꝛ ꝯsumēs: reddēs insturmētū ieptū motui. ꝛ ita nocꝫ ociū ꝛ dimissio exercitīj ꝯsueti. ꝛ crapula ꝛ sup oia vinū nimis potatū. ꝛ potꝰ nimiꝰ aq̄ fride. ꝛ oē illud qd debilitat: aut mollificat istrumentū: qm̄ licꝫ spūs aialis eēt bonꝰ clarus ꝛ sufficiens: instrumentū tn̄ ē ineptū. Diuidit aūt tremor. qm̄ quidā ē vlis in oibꝰ mēbris. ꝛ qdā ꝑticularis. vn̄ qdā ē in capite tm̄. ꝛ qdā in māu dextra. ꝛ qdā in sinistra. ꝛ qdā in vtraqꝫ ꝛ non in pedibus. Signa habentur ex suis causis.

Pronostica. Tremor ē via ad spasmū ꝛ palisiꝫ tremor i senibꝰ nō curat. Tremor ē dterior i pte sinistra ꝙ dextra ſꝫ Auic. Tremor i labio iferiori vomitū signat. Ypo. vō docet ꝓnosticare i causone tremori alienatio supueniēs soluit Gal. nō tꝫ istū amphꝫ. Auic. tꝫ. Gal. n̄ tꝫ q̄ ad modū: qm̄ alienꝰ modꝰ loqndi ē ꝙ egritudo soluat. ꝛ peior cāet. Auic. tꝫ ꝙ possibibile ē ꝙ sic fiat ꝛ ita q̄ ad rē

Cura. Sic est ex accidētibus aie remoueantur ꝛ odoriferis vtat ꝛ spūs ꝯfortantibꝰ. Si ē ex calore infrigidet. Si ē ex frītate calefiat. Si ex hūiditate ꝯsumat ꝛ desiccet. et si ex siccitate hūectet. Curet igit i oibꝰ et ꝑ oia sic dictū ē in cap. de palisi et de spasmo: qꝛ eadē ē cura. Si aūt fuerit cā humida et frida q̄ frequētiꝰ aduenit curet sic. ℞. trifolīj. sticados. eupatorīj: aā. li. ß. castorei. ℥. ij. mell. lib. j. fiat sirupi. qsi lib. ij. et vtat eo mane et sero. et qꝛ ista hn̄t aspectū ad tremorē: ex istis pōt fieri oleū: et ꝙ inūgat tota ps lesa. aut ꝙ fiat ꝯditū: aut elrīū. et ꝙ vtat eis. aut ꝙ fiat emplm̄ et desup apponat. deinde purget cū yerap. acuata cū pulpa coll. et bdelio. Deinde fiāt stuphe: et in stupha ponant ista q̄ in sirupo. et plꝰ sulphur et salnitꝛ. et postea vtat tyriaca. et aurea alexādrina. aut balneet ꝛ stuphet in balneis sulphureis nālibꝰ. aut i aqua maris calida. aut in aqua salsa ꝑ artificium. Et dicit Auic. ꝙ cerebrum leporis assumptum multum valet.

Clarificatio. Intelligendū ꝙ vinū ꝛ multitudo aq̄ frigide multū nocēt neruis: ſʒ aqua pluuialis min⁹ nocet. Sʒ poſſet aliq̄s dubitare ſi medicina laxatiua dʒ p̄cedē balnea vel ecōuerſo ꝓpt̄ dicta Uiatici cap. de tremore. q̄ poſtq̄ locutus ē de medicis laxatiuis ꝛ oleis ipe dicit. iſta aūt fiāt poſt balnea ſulphurea. ꝛ ita videt̄ ꝙ balnea p̄cedāt ꝛ alia ſubſequātur qđ ē ꝯ rōnem. q2 vlia debent p̄cedere ꝑticularia. Dico ꝙ cū dicat p⁹ balnea nō facit relationē ad medicinas: ſed ad olea. ita ꝙ intellexit ꝙ medicine laxatiue debeant precedere. ꝛ poſtea balnea: ꝛ poſtea olea ꝛ vnguenta ꝛc.

¶ Capitulum. xxx. de iectigatione.

Iectigatio eſt motus deambulatiu⁹ ꝓp vētoſitatē īcluſā ñ hn̄tē exitum: ꝛ iō mot⁹ ē morbi ꝛ nō nãe ſm Gal. i. v. de morbo. Fit aūt ī mēbro dilatabili ꝛ cōſtrigibili. ſicˀ ē caro lacertoſa. ꝛ iō vt plurimū fit ī facie ſub cute ꝛ carne. ꝛ iō nō fit in mēbro nimis molli. nec in mēbro nimis duro: ſicˀ ſūt oſſa. i oī tñ membro potēte dilatari ꝛ ꝯſtringi pōt fieri ꝛ iō pōt fieri ī capſula cordis: ꝛ mľtis alijs partib⁹. potiſſime tñ fit in partibus exteriorib⁹ iuxta cutē. ꝙ aūt fiat ex ventoſitate hoc patet: q2 cito venit ꝛ cito recedit: aut cū modica fricatione.

Cauſe. Cauſe aūt hui⁹ paſſiōis ſūt oīa illa q̄ mām ꝯuertunt in ventū ꝛ vaporē: ſʒ ḡnatū nō cōſumūt. ꝛ iō vent⁹ facˀ ſaltū ꝛ iectigatiōnē: ꝛ mouet̄ ad modū mot⁹ vermicularis. iſta aūt ſūt calor debilis nō potens reſoluere nec cōſumere. ꝛ fritas. ꝛ hūiditas. ꝛ cãe coadunantes ſunt ocium ꝛ quies. ꝛ vite ſuauitas. ꝛ multitudo cibi ꝛ potus. ꝛ accidentia anime. ſicut ē ira. timor. ꝛ gaudium ꝛ ſimilia. Signa ſunt ſatis manifeſta.

Pronoſtica. Si ſalt⁹ ſeu iectigatio cōtinuent̄ pronoſticant futuram epileſiam aut apoplexiam. aut ſtuporem. aut paraliſim. aut ſpaſmum. aut torturā.

Cura. Maior pars curatiōis huius morbi eſt rectificatio digeſtionis ꝙ cibus non ſit ventoſus. ꝛ ꝙ detur in tali quantitate qualitate ꝛ ordine ꝙ non conuertatur in vaporeʒ: ꝛ ideo ſi eſt ex cauſis calidis dentur frigida temperate. ꝛ ſi ex cauſis frigidis dentur calida que magis conſumant q̄ diſſoluant. ſicut eſt rutha: ꝛ agn⁹ caſt⁹ ꝛ caſtoreum. Purgetur igitur corpus ſm exigentiaʒ particulariū. deinde exhibeantur ſtuphe ſicce ſicut dictum eſt ſuperius capitulo de paraliſi ꝛ balnea ſulphurea ꝛ marina ꝛ ſalſa. ſiue naturaliter ſiue artificialiter multum valēt. ꝛ ventoſe ſine ſcarificatione ꝛ cum ſcarificatione. ꝛ cauteria. ꝛ inciſio arteriarum adminiſtrantium materiam. ꝛ idē ſi fuerit in facie confert aliquando incidere arterias timporum poſtq̄ vniuerſalia preceſſerunt ſicut opʒ. Salt⁹ igit̄ ſeu iectigatio curantur ſicut tremor.

Clarificatio. Contrarietas videtur eſſe inter Gal. quinto de morbo. ꝛ viaticū. quoniam viaticus dicit ꝙ iectigatio eſt motus nature: ꝛ morbi. ſed Galienus dicit ꝙ eſt morbi: ꝛ ꝙ iectigatio non eſt motus nature: ſed eſt morbi: quoniam vētoſitas mouet̄. ſicut vermis: aut formica. aut ad modū ſaltus cuiuſdā deambulationis ſub cute. Sed q2 videt̄

mouere p modũ dilatationis ⁊ cõstri/ctionis: ⁊ q: hʒ magnã couenientiã cuʒ tremore: iõ quãtũ ad hãc apparẽtiam iudicãs viaticus dicebat ecce motũ nature ⁊ morbi. Secũdo notandũ ꝙ licʒ cor sit calidissimum nihilominꝰ gratia mãe frigide grosse viscose põt pati ie/ctigationẽ aut in se: aut in sua capsula.

Caplm. xxxi. de tortura.

Tortura est morbus officialis figurã ⁊ dispõnẽ faciei nãlẽ corrumpens.

Cause. Cã huius passionis est paralisis aut spasmꝰ veniẽs nervis: ⁊ lacertis faciei: aut apostema colli: ⁊ ita de aliĳs q̃ ledũt nernos sicut dictũ ẽ caplo de paralisi. ⁊ caplo de spasmo.

Signa. Signum ꝙ sit tortura: qm̃ labia nõ pñt ꝯiũgi. Si igit̃ i aliqua pte sit tortura: ps sana cũ manibus põt tractari: ⁊ ad suã nãlẽ dispõnẽ redigi. ps aũt infirma nõ. Signũ eni torture est multitudo sputi ⁊ saliue: aut retẽtio eius. Signũ aũt ꝙ sit paralisis est ptis relaxatio. mollificatio ⁊ hũiditas: ⁊ saliua multa. Signũ aũt spasmi ẽ duricies: ⁊ ꝯtractio: ⁊ dolor illꝰ ptis ⁊ dolor capitis. Et si est de repletione vini vẽnit subito: ⁊ si est de inanitione venit paulatine ⁊ p̃cesserũt ea q̃ corpus inaniũt sicut est fe. vigilie ⁊ inanitio ⁊ siĩia: ⁊ ẽ facies corrugata.

Pronostica. Pronosticatio est talis si tortura p sex mẽses durauerit: aut nũꝙ aut cũ difficultate curabit̃. Saltꝰ p̃dicit torturã: ⁊ tortura spasmũ aut paralisim: aut apoplexiã. Si aũt tortura fortis aduenit infra. iiĳ. dies interficit: ⁊ si illos transiuerint euadere pñt.

Cura. Curatio huiꝰ morbi directe in phloia ⁊ farmacia ⁊ aliĳs fit sicut in paralisi ⁊ spasmo. Specialia tñ ad torturã sũt ista. s. yera hermetis si ꝯtinuet̃ lõgo tpe quotidie vsqꝫ ad. ʒ. i. Acorus valet ex proprietate. ⁊ nux muscat. ⁊ zinziber. ⁊ iõ ex istis tribus põt fieri sirup. cũ melle aut electuariũ. aut oleũ. aut emplastrũ. ⁊ si apponatur in occipicio ⁊ collo. ⁊ supra timpora ⁊ mãdibulas. ⁊ supra ptẽ lesam: aut ꝙ ex istis tribꝰ cũ piretro fiat gargarisma: aut caputpurgia: aut masticatoriũ. Singulare p̃sidiũ ẽt ẽ istud. ℞. auricule muris. ciclaminis. nucis idice cucumeris asinini. nucis mus. acori. piretri. añ cõquassent̃ ⁊ bulliãt in vino: ⁊ deinde iungat̃ bõbax in vino colato: ⁊ patiẽs resupinet̃: ⁊ cõprimat̃ bõbax ⁊ vna gutta vel due tepide in naribus instillet̃: ⁊ h̄ fiat multis diebꝰ ⁊ multis vicibꝰ stomacho vacuo: qm̃ ista purgãt caput mirabilr̃ ⁊ cõfortãt neruos: ⁊ iõ ex istis posset fieri electuariũ: aut emplastrũ: ⁊ ꝙ apponat̃ supra origĩnẽ neruoꝝ. Ista ẽt hñt locũ in egritudine mãli corpe mũdificato. valet ẽt ad h̄ fricatio capitis ⁊ occipicĳ colli ⁊ totiꝰ ptis lese. Et valet ẽt ꝙ q̃tidie speculet̃ se in speculo. ⁊ si speculũ eẽt de calibe tãto meliꝰ: ⁊ ꝙ studeat cõtãgere labia: ⁊ cõformare faciẽ suã ⁊ p se ⁊ cũ mãibꝰ. Et valet ad h̄ tubicinare cũ tuba aut cornu freqũeter: qm̃ h̄ facit ad rectificationẽ figure. Ualet ẽt sternutatio facta cũ nigella ⁊ castoreo. ⁊ pipe: valet ẽt ꝙ fiat suffumigatio: aut fomentatio: aut vtrũqꝫ cũ oĩbꝰ noiatis: ⁊ ꝙ addat̃ sinapis. ⁊ opoponac. Ultimũ aũt remedium est cauteriũ in venis que sunt retro aures. sicut dicit Aui. vel fiat in collo.

Explicit secũda pars istius libri.

Incipit pticula tertia q̄ est de egritudib⁹ oculoꝝ. auriū. nariū. ⁊ oris. cō/tinens capitula. xxvij.

Caplm primū de anothomia oculi.

SIcut scribit Gal. viij. de iuuamētis mēbroꝝ cerebrū causatū est pp oculos vt oculi essent in eminētiori pte corpis sicut speculator in arce. Nūc aūt a cerebro pcedūt duo nerui fm Gal. iiij. de morbo. q soli sūt cōcaui antonomatice loquēdo qui appellant nerui obtici: per quos trāsit spūs aīalis visibilis vsqꝫ ad oculū q diffūdit se p totū oculū vsqꝫ ad hūorē cristallinū: deinde spiritus aīalis ille visibilis multiplicat se ab intus vsqꝫ ad supficiē oculi: ⁊ tūc recipit spēm rei visibilis: q̄ iactata erat vsqꝫ ad hūorē cristallinū vbi est prima imutatio coloꝝ. ⁊ deiñ reportat simulacrū vsqꝫ ad sensū cōem: vbi recipiūtur spēs recepte in alijs sensib⁹ cōibus. Ad h igit seruit neru⁹ obticus vt. s. portet spūm visibilē ⁊ reportat simulacrū vsqꝫ ad sensū cōem. Isti aūt duo nerui obtici cū pcēdūtur ex dextro ⁊ sinistro cōiūgunt p modū crucis ⁊ efficit i crucis signatiōe foramē vnū tm̄: in quo foramine cācellant ydola reꝝ visibilium: aliter enī cōtingeret videre vnuz duo. Deiñ bisurcant iteꝝ post crucē: ⁊ diuidūtur in duas ptes: quaꝝ vna vadit ad oculū dextrū ⁊ altera ad sinistrum: postea aūt orit tunica sclirotica: cui⁹ iuuamētū est defēdere oculum a duricie cranei: deinde venit tunica secūda que orit a piametre ⁊ ptegit oculū ad modū semicirculi: deinde venit tunica retīna ⁊ ptēdit p eūdē modū. ⁊ est plena venis ⁊ arterijs. vt exīde oculus ⁊ humor cristallinus nutriant. Deinde venit humor vitre⁹. cui⁹ color est alb⁹ vergēs ad rubeū: in cui⁹ cōcauo est humor cristallin⁹ ad modū semicirculi ex quo

per viam cuiusdã resudationis per vi am attracti nutritur hũoꝛ cristallinus. Deinde venit humoꝛ cristallinus seu glacialis q̃ est in medio oculi: ꝛ est ibi per se ꝛ alia oĩa sunt ꝓpter iuuamẽta: vbi est pꝛima coloꝝ ĩmutatio: ꝛ est na ture diaphane vt recipiat oẽs coloꝛes ꝛ figure rotũde vt nõ aggregent super fluitates: ꝛ a pte añrioꝛi h꞉ figurã eli/ sam: vt simulacrũ rei visibilis melius possit appꝛehẽdi. Deinde venit tunica aranea q̃ oꝛit a retina: vbi apparet foꝛ ma ꝛ figura cũ aliq̃s directe oculũ in/ tuetur ꝛ fuit añ cristallinũ: vt nõ lede/ retur ab humoꝛe albugineo. Deinde venit hũoꝛ albugineus: ꝛ est fex ꝛ sup fluitas cristallini hũoꝛis: ꝛ cũ hoc ẽ ibi vt defẽdat cristallinã a nocumẽtis ex/ trinsecis. Deinde venit tunica vuea: cu ius coloꝛ nãlis est medius inter nigru꞉ ꝛ viridẽ vt foꝛtificet virtus visiua: ali quando tamẽ est alioꝝ coloꝝ: ꝛ ẜm h̃ diuersificat coloꝛ oculi. ꝛ de ista colo/ ratiõe nõ facit mẽtionẽ Gal'.i tegni. s꞉ de illa q̃ ꝓuenit ẜm dispõne꞉ humoꝛis cristallini. aut albuginei: aut spiritus. Nũc aũt tunica vuea est in medio pfo rata: vt spũs ꝛ simulacrũ possint ptrãsi re recte ad modũ vue: ꝛ suspẽsoꝛiũ est remotũ. Deinde venit tunica coꝛnea q̃ est alba ꝛ solida sicut coꝛnu vt tueretur oculus a nocumẽtis extrinsecis ꝛ cõti net in se q̃tuoꝛ tunicas: vt si vna ledere tur: alie nõ lederent. Deinde venit tu/ nica cõiunctiua illa. s. quã videm⁹ albã q̃ ambit ꝛ ligat vndiq꞉ totũ oculũ: nisi quãtũ est necessarium visui. Deinde ve niunt musculi ꝛ lacerti ligãtes ꝛ solidã tes ꝛ mouentes oculũ siue supius siue inferius siue latitudinaliter. Deinde ve niunt due palpebꝛe in quolibet oculo vna superioꝛ ꝛ alia inferioꝛ: vt melius coopiatur oculus ꝛ defendat: quarũ potissime supioꝛ mouet: ꝛ sunt muscu li mouẽtes ẜm oẽs dimẽsiones necessa rias ꝛ sũt ibi pili vt defendãt oculũ a puluere ꝛ sudoꝛe ꝛ nocamẽtis extrin/ secis: ꝛ sũt nigri ꝛ foꝛtificet visus. Hãc aũt anothomiã posuimus multũ bꝛe/ uiter quãtũ fuit possibile: vt meli⁹ egri tudines oculoꝝ videam⁹: q̃m oculus patit oĩa genera moꝛboꝝ: sicut ẽ moꝛ/ bus consimilis officialis ꝛ cõis. Et qꝛ egritudines cõiunctiue citius adueni/ unt: iõ i pꝛimis dicem⁹ bꝛeuiter de egri tudinibus cõiũctiue: deinde de moꝛbis qui veniũt in lachꝛymali: deinde de il/ lis q̃ veniũt in coꝛnea: deinde de illis q̃ veniũt in humoꝛe albugineo ꝛ cristalli no. ꝛ spiritu visibili: ꝛ neruo obtico: de inde de moꝛbis q̃ veniunt in palpebꝛis deinde de illis q̃ veniũt in lacertis mo/ uẽtibus oculu꞉. Hoc aũt faciem⁹ p dei gratiã bꝛeuiter ꝛ bñ ꝛ plene: q̃m passio nes oculoꝝ sũt multũ difficiles ad co/ gnoscendum ꝛ ad curandũ.

¶ Caplm. ij. de passionib⁹ cõiũctiue: ꝛ sunt numero. xiij. sicut est obtalmia. vnguis. macula ru. pãnicul⁹: casus pul ueris. tũoꝛ. duricies. pꝛurit⁹. apostẽata granulosa. vlcus sanies. excrescẽtia car nis ꝛ diminutio ei⁹. fistula lachꝛymal'.

Obtalmia est apostẽa calidũ ꝯiũctiue **Cause.** Cã hui/ us passio nis est exterioꝛ aut interioꝛ: Exte/ rioꝛ enim sicut est caliditas nimia: aut frigiditas: aut balneum nimis cali/ dũ. aut puluis. aut vẽtus turbidus: ꝛ si milia. Cause aũt intrinsece sũt sicut est sanguis. aut colera. aut phlegma: aut melẽcolia. aut vẽtositas. Unde vapo/

res aliqñ ascendunt ab iferioribus: aliquādo aūt descēdant a capite: ⁊ aliquādo a venis extrinsecis ⁊ aliquādo a venis intrinsecis: ⁊ tūc est valde malum.

Signa. Si cā fuerit exterior discernitur iudicio patiētis: ⁊ cā exterior rēota de facili fit curatio: nisi corpus esset valde dispositū ⁊ paratū ⁊ plenū. Si aūt fuerit ex sanguine adest dolor. tumor. ⁊ pulsatio. ⁊ lippa claudēs palpebras in sōno. ⁊ reliqua signa sanguinis. Et si est ex colera adest dolor vehemēs pūgitiu⁹. ⁊ citrinitas ⁊ paucitas lippe ⁊ reliq̄ signa. Et si fuerit ex phlegmate adest tumor ⁊ lippa multa: ⁊ albedo vincit rubore cū grauitate ⁊ dolore remisso. ⁊ ita de alijs. Si aūt fuerit ex melēcolia adest paucitas doloris ⁊ caloris ⁊ lippe: ⁊ ita de alijs. Et si fuerit ex vētositate: ē cū tensione ⁊ modica grauitate. Et si ē a stomacho: est cū nausea. Et si ē a capite a parte exteriori: est cū grauitate a parte exteriori. Et si est abintus: ē cū sternutatione: ⁊ oīs talis fluxus est valde malus: cum non possint directe remedia adhiberi.

Pronostica. Quādiu lippa est aquosa subtilis egritudo est in principio: ⁊ cū icipit igrossari ⁊ dealbari: tūc est in augmēto. Et cū lippa est multa claudēs palpebras tūc est status: ⁊ cum incipit minui tūc est declinatio. ⁊ lippa q̄ habet frustra parua est mala sicut dicit Aui. Obtalmia aūt in hyeme est cū pticularibus cōcurrentibus in frigiditate tardius venit: ⁊ tardius recedit: ⁊ ē magis periculosa ꝓpter clausionē pororꝫ. Illa aūt que est in estate ⁊ vere citius venit ⁊ citius recedit. Obtalmia nō est negligenda: q₂ si male curetur: malas reliquias dimittit: sicut est macula: pannus. tela. ⁊ ita de alijs. Obtalmia q̄ antiquatur in qua nō ꝑficiunt medicamina: est pessima inter omnes: qm̄ signat humor corruptus inuiscatus corrumpens nutrimentū: aut q₂ vene intrinsece capitis materiā administrant dolor acutissim⁹ ē multū piculosus de ruptura cornee aut corrosione: ⁊ idō in his talibus est cautius vigilandū.

Cura. In primis igit̄ ponat̄ in loco obscuro tuto a fumo ⁊ puluere: ⁊ ab omni extrinseco nocumēto: nō dormiat de die: teneat caput eleuatuꝫ: nec sit aliq̄d q̄d stringat collum: vitet iram ⁊ coitum: ⁊ omnem sollicitudinē. ⁊ sit in silentio ⁊ quiete: vitet lactucas. ⁊ pisces ⁊ oēs fructus: ⁊ oīa aquosa: ⁊ oīa vaporosa: ⁊ oīa acetosa ⁊ oīa salsa: ⁊ oīa acuta. Dieta igit̄ tota vergat ad subtilitatē: vtatur gallinis ⁊ pdicibus ⁊ auibus cāpestrib⁹ ⁊ alijs tēperatis. Si aūt fuerit cuꝫ reumate ⁊ reuma fuerit de cā calida in primis succurramus reumati: qm̄ oēꝫ debitā operationē īpedit. Odoret igit̄ sandal' camphoram. ⁊ rosas. ⁊ aquā ro. ⁊ ex istis cum acacia. ⁊ bolo ⁊ sanguine draconis ⁊ albumine ouorꝫ fiat emplastruꝫ ⁊ fronti ⁊ timporibus applicet̄: ⁊ stet ibi p vnā horā vel p duas ⁊ postea remoueat̄. Et si cā esset frigida cōstringatur cū thure ⁊ mastice ⁊ camomilla: ⁊ melliloto. ⁊ rosis: capite aūt cōfortato si sanguis dn̄etur. aut corp⁹ est plectoricū: fiat phloīa ex cephalica ptis opposite. Et si plus indiguerit postea de cephalica ptis eiusdē aut de saphena eiusdē lateris. ⁊ aliqñ etiaꝫ est tm̄ dn̄iū sanguis ⁊ huiorꝫ ꝙ etiam expedit facere phloīam de venis q̄ sunt in frōte: aut timporibus: aut capite: aut scindē arte

rias. ꝛ minuere de venis q̄ sunt in angu lis oculoꝝ. Et confert ventosas ponē in collo ꝛ spatulis. aut sanguisugas ap ponere. Et expedit ēt in forti reumate facere cauteriū in capite. ꝛ aliqñ ponē fortiter resoluentia cū sulphure ꝛ casto reo ꝛ camomilla: ꝛ silia. qm̄ cū aposte ma antiquat. ꝛ reuma ē forte: ꝛ ꝓuenit ab interiorib⁹. ꝛ medicamina nō profi ciunt. tūc est diligētissime aduertendū. Si aūt dolor ē vehemēs: purget mate ria colica nō expectādo digestionē. cū oxilaxatiuo. ꝛ el'rio de succo ro. aut cū mirabl' citri. ꝛ cassiaffi. Si aūt nō est tā tus dolor. digerat mā cū sirupo ro. ꝛ viol'. ꝛ nenupharino. Et deinde purge tur. oxizacc aūt nō admistret nec diu/ retico. Si aūt mā fuerit phlegmatica digerat cū ydromell'. vbi buliat ysop⁹ ꝛ postea purget cū yeraꝑ. vel cū deco/ ctione polipod. ꝛ turbith. Et si fuerit melia predicto digestiuo addat sirup⁹ de boꝝ. ꝛ purget cū diasene ꝛ diabo/ raginato. ꝛ modicū cū yeraruffi. vel cū decoctiōe mirabol'. indoꝝ. ꝛ epithimi. Si aūt fuerit cōstipat⁹ fiāt clisteria. fri cationes ēt extremitatū valent. Intelli gendū est circa curationē obtalmie ꝙ̄ ī corporibus imundis nullū euaporato rium oꝫ oculis apponi. donec corp⁹ fu/ erit sufficienter mūdificatū. Preterea nullum narcoticū oꝫ apponi nisi in do/ lore vehemētissimo de col'a acuta sub/ tili. ꝛ tūc directe cōpetunt. qm̄ mām in/ frigidāt ꝛ ingrossant. Preterea a prin/ cipio nullū col'riū apponat vsq; ad. iij. dies nisi vehemētia doloris hoc cogat Preterea nō abluant oculi cū aqua fri gida: nec aliquid actu frigidū apponat nisi dolor necessitaret: qꝛ frigida clau/ dunt poros ꝛ coartant mām. In obtal/ mia igitur de cā ca. v'libus oib⁹ prece/

dentib⁹ vtant tali col'rio. ℞. psilium ꝛ fiat mucillago in aqua ro. ꝛ idē fiat de semie citonioꝝ. ꝛ idē fiat de dragagan to. ꝛ tūc mucillagines exprimant. ꝛ cū albumine oui fortiter agitato misccan tur. ꝛ addat lac mulieris. ꝛ fiat col'riū. hoc eni col'rium repcutit mām ꝛ sedat dolorem. ꝛ si vellem⁹ inducere somnū ꝛ sedare dolorē. fiant iste mucillagines cū aqua decoctionis papaueris albi. ꝛ erit mirabile. Si aūt vehemētia dolo/ ris cogat nos: addamus opiū in parua quantitate. ꝛ addam⁹ cerusam ablutā ꝛ mūdatam. ꝛ succū coriādri: ex oib⁹ igit istis fiat col'riū. vnde i materijs ca. corpe mundificato in principio morbi ad sedandum dolorem ꝛ somnū indu/ cendum nō pōt melius inueniri qꝛ reue latum est. Utatur igitur isto vsq; ad augmentum egritudinis. In augmento aūt addatur cum istis mucillaginibus mucillagines fenugreci qꝛ maturat. In statu aūt ponatur istud. fiat enim mu/ cillago ex dragagāto. ꝛ gumi arabic. ꝛ fenugreco: ꝛ exprimantur. ꝛ cum lacte mulieris misceantur. ꝛ oculis imponat ꝛ lac mulieris ex mamilla q̄tidie instil letur: qꝛ maturat ꝛ abstergit: ꝛ mūdifi cat ꝛ dolorē sedat. ꝛ lippa q̄tidie mū/ dificet cū pāno lineo antiquo inucto in albumine ouoꝝ ꝛ lacte. In declinatiōe āt vtat isto col'rio. ℞. thu. ix. ignite ꝛ extīcte ꝛ pate sic oꝫ sarcocolle nutrite i lacte mulieris. amidi. licij. añ. ℈. ij. cōfi/ ciant cū aq̄ ro. ꝛ albumie ouoꝝ ꝛ la/ cte mulieꝝ. Si āt fortiori medicamie i digem⁹: addam⁹ cū his aloes. ꝛ esvstū ꝛ mūdatū ꝛ ablutū. memite marchasi/ te cathie auree. ꝛ parēt sic oꝫ. ꝛ ponāt sub duplū. Istud eni abstergit ꝛ mun/ dificat ꝛ delet albugines ꝛ malas reli/ quias in oculis derelictas. Nūc āt oēs

sapiētes cōueniūt in hoc ꝙ sarcocolla nō cōpetit in obtalmia donec in decli/natione. Si aūt ita fuerit ꝙ dolor nō fuerit in tāta exuberātia. ꝛ potissime ī hyeme: ꝛ in oī pticulari vbi pozi pos/sūt esse clausi: corpe mūdificato ponat spōgia in aq̄ ca. ꝛ ponat supra oculum ad euaporādū: vel possūt poni rose in aqua. vl̄ coriādrū. vel papauer. vl̄ omnia ꝛ spōgia ītincta ꝛ expressa ca. oculo applicet: ꝛ ita fiet īfrigidatio repcussio ꝛ euaporatio. In augmēto āt ꝛ statu addant dragagātū: fenu gre. gummi arabic. In declinatione aūt remoueantur ista ꝛ ponant ī aq̄ camomilla. mellilotū. ordeū. viol̄. deinde bulliāt parꝝ. ꝛ ponat in aq̄ spōgia vel lana abluta vel bōbax. vel pānus aliqͥs duplicat⁹: ꝛ exprimant ꝛ supra oculū apponant In oībus tñ opibus pticularibus oꝫ ꝙ añ corp⁹ sit bñ mūdificatū aliter mai⁹ accideret nocumētū. Si aūt cā esset frigida: corpe mūdificato ꝛ vlib⁹ pcedē/tibus fiāt ista remedia localia. ponant rose rubee in sacculo ꝛ tēperent ī vino albo actu frigido ꝛ sacculus oculis apponat. ꝛ post vnā horā ponant ista in sacculo camomilla. ꝛ mellilotū equalibus ptibus. ꝛ ponant in aq̄ ca. ꝛ exprimant: ꝛ supra oculū apponat ꝛ vna hora apponat istud: alia aliud. Deide cū pcedit egritudo fiat istud colriū: fiat muscilago ī aq̄ ro. ō gūmi arabici. fenu gre. se. lactuc. malue. ꝛ exprimat: tē ℞. sarcocole nutrite in lacte mulieris: vl̄ asine: spicanar. mirte. cinamomi. aloes. castorei. añ. ℈. ß. puluerizēt sicut decet colria. ꝛ tūc accipe muscillaginē ad ista: ꝛ fiat colirium partim repcutit p/tim resoluit partim maturat: ꝛ iō cōpetit in fine principꝪ obtalmie de cā frigida: ī augmēto ꝛ in statu. In declinatione aūt fiāt eadē: nisi ꝙ mutēt ꝓportiones: qm̄ muscillagines debēt esse in subduplo: ꝛ pulueres in duplo. Et cū hoc in declinatione ponat in balneo: ꝛ det vinū purū. sꝫ in parua quātitate: ꝛ dieta sit subtilis. In cōpositis aūt cōponantur medicamina. Intelligendū hic ꝛ in qualibet mā: ꝛ potissime in ista ꝓpter nobilitatē mēbri ꝛ periculū cure: occurrūt aliquādo aliqua particularia que lingua denotari nō pñt: quare industrie medici pticulariter opantis relinqͥt ī medicaminib⁹ aliqͩ eē addēdū: ꝛ aliqͩ eē diminuēdum iuxta nāꝫ simpliciū ꝛ cōpositoꝝ: ꝛ iuxta nām tēporū morbi. ꝛ tēpoꝝ anni: ꝛ iuxta nāꝫ cōplexionū ꝛ alioꝝ pticulariū. Et ideo medicus opans pticulariter postꝙ hꝫ noticiā pticulariū mālū cōponat ꝛ ordinet iuxta formā regiminis elicitā ex cōcursu pticulariū. Si āt obtalmia fuerit de ventositate: euaporetur cum milio saccellando.

De vngula.

Vngula est secū d⁹ morbus q̄ aduenit cōiūcti ue: vñ vngula ē excrescētia media inter dispōnē neruosaꝫ ꝛ carnosaꝫ crescēs sup ꝯiūctiuā. ꝛ icipit aliqñ ab vno lachrymali. ꝛ aliqñ ab altero: ꝛ aliqñ ab vtroqꝫ ꝛ aliqñ coopit cōiūctiuā ꝛ aliqñ extēditur vsqꝫ ad corneā. ꝛ aliqñ ē vni⁹ coloris. ꝛ aliqñ alterius ꝛ ita de alīs.

Cura. Supposito ꝙ corpus sit mūdificatū: suffumigetur oculus cū aqua malue. bismalue: deinde vtat tali collirio. ℞. vitrioli viridis. eris vsti. salis armoniaci. fellis tauri. añ. ℈. ß. aloes cinamomi. zinziberis

trium granoꝝ piperis. fragmētoꝝ scu telle terre viridis. añ. ℈. j. puluerizēt si cut decet collíria: ⁊ cū suceo feniculi ⁊ maiorane ⁊ modico mellis misceant ⁊ fiat colliriū. Si aūt ex his nō cure/ tur recurramus ad manū cirurgicā: ⁊ aperiantur palpebre ⁊ trahātur vngu/ le cū vnco: ⁊ tūc excoriet cum extre/ mitate canne subtilis: ⁊ scindat cū for picibus. ⁊ sint in scindēdo due cautele ꝙ totū abscindat aliter cito reuerteret secundo ꝙ nullo mō tangat aliquid de carne naturali ipsius lachrymalis: ali/ ter essent ibi lachryme sempiterne. De inde ponat ibi sal cū cimino masticatū ne palpebra cū oculo incarnet: ⁊ ideo oculus quasi cōtinue moueat ⁊ iō pa/ rum dormiat. Et emplastretur cum vi/ tello oui ⁊ modico oleo: ⁊ liget: ⁊ bis quotidie preparetur.

¶ De macula rubea.

Ste est tertius morbus con/ iunctiue: vñ itelligendū est ꝙ supra cōiunctiuā apparet ali quando pūctus sanguineus sicut san/ guis aggregat⁹ ad modū gutte sangui nis: vel sicut macula adherēs cōiuncti ue: ⁊ puenit aliqñ ab exteriorib⁹: sicut est casus ⁊ pcussio ⁊ ruptura cōiuncti ue. ⁊ sīlia. Aliquando resudatio san/ guinis ppter exuberantiā: vel rūpitur orificiū alicui⁹ vene ⁊ aggregat sāguis in cōiunctiua: ⁊ generat ibi maculam sanguineā. Aliquādo est sanguis rube us: aliqñ sicut sanguis mortificatus.

Cura. In principio sui apparitio nis ppter timorē aposte/ matis fiat phloia de cephalica: ⁊ inun gatur tenuis dieta ⁊ agitet albumē oui cum aqua ro. ⁊ sanguine draconis: ⁊ instilletur in oculis: ⁊ si coniunctiua est rupta: ponat ibi sal masticatū cū ci mino: deinde cōtra illam maculam lac mulieris calidū frequēter instillet ocu/ lis: deinde si nō curet infundatur san/ guis colūbinus calidus de sub ala ex/ tractus: ⁊ si ex his nō curet instillet aq raphani distillata: ⁊ si est antiquum ⁊ quasi mortificatum: tunc suffumigetur cum aqua decoctionis ysopi. ordei. ca lamenti. ⁊ deinde instilletur stercus co lūbinum distillatū in aceto albo ⁊ vino albo. ⁊ coletur. Et si ex his nō curetur ponatur aqua dissolutionis nitri: ⁊ sa/ lis armoniaci: ⁊ si ex his nō curaretur fiat tale colliriū ⁊ oculis imponatur. ℞. vitrioli. salis armoniaci. sarcocole. aloes. piperis. thuris. eris vsti. coral/ li. margaritaꝝ. dragagāti. gūmi arabi/ ci. ceruse. amidi. sanguis dra. añ. ℈. j. puluerizent sicut decet colliria: ⁊ cum sanguine colūbi informent trocisci par ui: ⁊ desiccentur: ⁊ cum vti volueris dis soluatur vnus in lacte mulieris. ⁊ ocu lis distilletur.

De panno.

Ste est quartus morb⁹ ꝗ ac/ cidit cōiūctiue: qñ eni corpus est repletū ⁊ potissime caput tūc replent vene que sunt in cōiuncti/ ua: ⁊ texunt adinuicez ⁊ cōstituūt quē dam pāniculū ad modū fumi ⁊ coope rit cōiunctiuā: aliqñ corneā: ⁊ ē frequē ter cum pruritu ⁊ lachrymis ⁊ rubore ⁊ habet visum caliginosū.

Cura. In primis fiat phloia de vtraqꝫ cephalica: ⁊ deīde si indiguerit de venis ꝗ sunt in frōte ⁊ temporibus: ⁊ deīde de venis ꝗ sunt in vtriusqꝫ angulis oculoꝝ: ⁊ deiñ purge tur cū yerapig. Utatur dieta subtili: ⁊ vitet oīa fumosa deiñ in pricipio vtat isto collirio repcussiuo. ℞. acacie ablu te. gūmi arabici. eris vsti ⁊ misceant cū

aqua pluuiali: ꝛ fiat colliriū. Cū autē ꝓlongat morbus: corpore bn̄ mūdifi/ cato vtat isto collirio. ℞. testas ouoꝝ recēter pistoꝝ: ꝛ tēperent in aceto for/ tissimo p nouē dies: deiñ desiccent in vmbra: ꝛ postea puluerizent: deiñ. ℞. sarcocole nutrite. aloes. zinziberis. gū mi arabici ꝛ equali portione cū pulue re coloquintide misceant cū aqua eu/ fragie vere distillate ꝛ fiat colliriū. ꝛ pōt vti istis p modū pulueris. aut ꝙ sit liquidū: aut spissū cū additione assū gie porcine: aut ꝙ informent trocisci. ꝛ cū vti volueris ꝙ distēperent cū lacte mulieꝝ: ꝛ cū succo celidonie. Et ita di uersimode possum⁹ operari in passioni/ bus oculoꝝ iuxta cōueniētiā particu/ lariū. Si aūt ex his nō curet recurra/ mus ad cirurgicū litteratū ꝛ exptū: ꝛ tūc eleuet pāniculus cū vncino vel vn cinis: sicut dictū est in vngue: ꝛ discar/ netur cū capite pēne subtili: ꝛ scindat cū capite forpicis: ꝛ iponat sal ꝛ cimi/ nū masticatū: ꝛ vitellū oui cū oleo po nat supra pānū: ꝛ deiñ supra oculum liget. ꝛ moueat oculus ne icarnet: ꝛ in crastinū abluat cū aq̄ ca. vbi isint ro. ꝛc

De puluere cadēte in cōiunctiua.

I Sta est quinta passio cōiūcti ue seu totius oculi. cū cecidit in oculo puluis seu festuca ꝛ silia. ꝙ abluat oculus cū aq̄ dulci: ꝛ ꝙ ꝓiciat lac mulieris ab vbere. ꝛ si ad/ hereat ꝛ occultet rēoueat cū corrigia gracili: aut cū tenaculis paruis.

De tumore cōiunctiue.

S Exta passio cōiūctiue. In cō iunctiua aūt accidit tumor ex vētositate ꝛ aq̄situate: ꝛ phle/ gmate aquoso ꝛ melācolia.

Cura. Curatio taliū est dieta sub tilis purgare caput cū ye/ rapigra. ꝛ balneū ꝛ fomētatio oculo/ rum cū aqua ca. frequenter: vbi sit ca/ momilla mellilotū absinthiū: ꝛ anisū ꝛ vtat isto collirio. ℞. eris vsti. ʒ. ij. mar garitaꝝ coral. spicanar. musci. añ. ʒ. j. san. dra. ʒ. s. incorporentur cū aqua ro. ꝛ fiat collirium.

De duritie in cōiunctiua.

S Eptima passio ꝯiūctiue ē du ricies: ita ꝙ oculus nō pōt be ne claudi nec apiri. Et cura/ tio hui⁹ cōsistit in mollificātibus ꝛ dis/ soluētibus: corpe mūdificato: bulliant igit in aq̄ malua. bismal. palee ordei ꝛ auene: ꝛ spōgia itingat ꝛ oculo appli/ cet: fiat igit frequēs fomentatio cū ista aq̄ ca. ꝛ ēplastret ocul⁹ cū vitello oui ꝛ oleo. exiccent lachryme cū aq̄ agreste.

De pruritu in cōiunctiua.

I Sta est octaua passio ꝯiūcti/ ue: ꝛ cātur ex hūoribus acu/ tis salsis viscosis. Purget igi tur corpus ab hu. deiñ balneet in stu/ phis. deiñ fomētet oculus cū aq̄ ca. fre quēter. deiñ abluat cū aq̄ feniculi: celi/ donie. verbene ꝛ eufragie.

De quibusdā apostematibus ꝓuis nascētibus in cōiunctiua.

N Ona passio ꝯiūctiue. In ꝯiū/ ctiua apparēt aliqñ apostēata ꝓua granulosa ad modū mi/ lij. aliqñ ma. aliqñ mi. aliqñ al. aliqñ ru bea purget corp⁹ ꝺm exigētiā hūoris. Et si ē cā ca. fiat colliriū d cerusa albu mie ouoꝝ: ꝛ si ē cā fri. aspgat loc⁹ pul uē margaritaꝝ. corall. ꝛ testaꝝ ouoꝝ

De vlcere ꝛ sanie in cōiunctiua.

D Ecima passio ꝯiūctiue ē vlc⁹ qd aliqñ ē saniosū. purget cor p⁹ cū phloia ꝛ farmacia: ꝛ sb tili dieta. deiñ vtat tali collirio. ℞. ca/ thi. auri. eris vste. ceru. ablute plū. vsti.

dragaganti.gumi arabic.añ.℈.ij.aloes myrre munde.olibani.sarcocoll.nutri/te.opij.añ.℈.s.conficiantur cum aqua ro.optima ⁊ fiat collirium.

¶ De diminutione carnis in cõiuncti ua ⁊ eius excrescentia.

Vndecima passio coniunctiue est excrescentia carnis aut di/minutio ei⁹. Si caro augmẽ/tatur in coniunctiua non est consilium corpore mundificato: nisi ꝙ per doctũ cirurgicum extirpetur: sicut dictum est caplo de vngue. ⁊ caplo de panniculo in coniunctiua. Si aũt caro sit diminu ta ⁊ ablata per indoctum cirurgicum: sicut in curatione vnguis: ⁊ panniculi: et carnis addite: et cancri: et fistule. tunc non est curatio: qꝛ ꝙ remotum radica/le est: et non recipit curationeȝ. Quare in curatione talium magna cautela est adhibenda. Si aũt fuerit diminuta ali/ter: fiat tale colliriũ. ℞. aloes. olibani. añ.℈.j. sanguinis dracõis sumac.añ.℈.s. fiat colliricuȝ cum aqua ro. vbi gu/mi arabi. sit infusum.

¶ De fistula in lachrymali.

Duodecima passio ꝯiunctiue ẽ fistula nata ĩ lachrymali. Intel ligẽdũ ꝙ apostemata mollia gñanẽ aliquãdo ĩ lachrymali oclo ver/sus nasum ⁊ vt plurimum terminãtur ĩ fistulam. In primis igitur diligẽtissime mundificetur corpus: deinde fomenteẽ locus cum spongia infusa in aqua de/coctionis gallarum.sumac. et modico mell. Deinde cũ aqua decoctionis ma ligra. et foliorum ruthe. deinde fiat ta/le collirium. ℞. viride eris. attramenti. salis armoniaci. vitrioli. calcis viue. au ripigmenti. cataridaꝝ. aluminis. añ.ʒ. s. fiat puluis: et puluis ponatur in par/uissima quantitate: vel misceantur cum vrina pueri et fece olei antiq. et fiat vn guentum: et tenta intingaẽ et fistule ap/plicetur. Deinde fiat vnguentum post mortificationem fistule ex aloe et oli/bano et sarcocolla nutrita. et sumac. et cortic. malorũgra. ad carnis regenera/tionem: deinde sumatur talis potio. ℞. folioꝝ agrimoniũ: foliorum oliue: con quassentur et temperentur in vino albo et accipiatur vinum: et proculdubio si corpus est mundificatum et patiens est boni regiminis. ista potatio curat oẽm fistulã vbicũqꝫ fuerit. Item colligatur agrimonia cum oratione dominica: et portetur ad collum: et curat fistulaȝ vt plurimum. Si aũt ex his nõ curetur: ad manum cirurgicam finaliter recur/ramus. Cauterizetur igitur locus: et fi ant alia p ordinem sicut decet. De ista aũt materia fuimus locuti libro pͥo. Addamus igitur istud cum illo: et aliq̃ veritatis scintillula resultabit.

¶ De lachrymis currentibus.

Tertiadecima passio coniun/ctiue sunt lachryme currentes ad cãnam oculi. Lachryme proueniũt in causis primitiuis extrinse cis. sicut casus. percussio. calor. frigus. febes. ⁊ accidẽtia anime. istis aũt remo tis lachrymarum fit remotio. Ueniunt etiam aliquando propter euulsionem carnis que est in lachrymali: ꝓpter in/doctum cirurgicum: ⁊ non recipit cu/rationem. tamen si videatur via inter/esse fiat colliriuȝ de aloe: ⁊ sarcocolla nutrita et sumac. Aliquãdo veniunt la chryme propter oculi debilitatem natu ralem qđ patet qꝛ mollis. humid⁹: sub/albidus. et nõ recipit curationẽ. Tamẽ si videatur tibi apponatur olibanũ cũ predicto collirio et vtatur eo. Aliqñ veniunt lachryme propter fluxum hu/

moruz a parte intrinseca cerebri cuius signum est: q2 veniunt continue ꝛ cum sternutatiõe. ꝛ iste lachryme possũt curari: sed cuz difficultate magna valde. Confortetur igitur cerebrum cum ambra ꝛ storace calamita si causa est frigida: ꝛ si calida cum camphora ꝛ rosis: ꝛ purgetur cum yerapigra in causa frigida: ꝛ in calida cum electuario de succo ro. ꝛ postea in collo apponantur ventose. deinde setones: ꝛ vitet repletionem: ꝛ somnum diuturnum. Et odoret cerebrum confortantia iuxta conuenientiam particularium. Si aũt venerint propter causas extrinsecas: cõfortetur cerebrum ꝛ ponantur stiptica supra frontem ꝛ timpora iuxta conueniẽtiam particularium. de sanguine dra. ꝛ acacia: myrrha: olibano: ꝛ albumine ouorum: ꝛ similibus. iuxta conuenientiaz cause. fiant fricationes fortes i vertice capitis. Et si aliam viam non habemus scindantur arterie que sunt in timporibus. deinde confortetur ocul⁹ si causa est calida tali collirio. ℞. rosarum margaritarum perforatarum: ꝛ non perforatarum: ossium mirabol. coralli albi ꝛ rubei: camphore: ana. ℈. ij. sang. dra. sumac. cortic: malagra. opij. olibani: aña. gra. vj. conficiantur cuz aq̃ infusionis diadraganti: ꝛ gũmi arabi. ꝛ fiat collirium. Si aũt causa fuerit frigida: tunc vtatur isto collirio. ℞. tucie p̃parate sicut decz. sarcocolle nutrite. olibani: aloes: masticis. storac. calamite. ambre: aña. ℈. j. rosarum. sumac. sãguis dra: aña. gra. vj. conficiantur cum mucillagine draganti: ꝛ gummi arabi. ꝛ fiat collirium. Si autem causa esset composita componantur medicamina iuxta industriam medici.

Clarificatio. Intelligendũ circa istã materiam q͛ Gal. videtur contrarius sibi ipsi quarta particula de morbo versus principium ad quatuor columnas dicit si in coniunctiua fuerit apostema de sanguine: visui accidentaliter nocebit. ꝛ stati sequitur littera. Si aũt obtalmi ampatiatur vel vngulam per se faciet visui obscuritatem. per amorem nonne obtalmia fit de sanguine. aliquãdo igitur tunc apostema de sanguine visui nocebit. ꝛ qd est igitur dictu q͛ apostema sanguineum nocebit visui per accidẽs. ꝛ obtalmia per se: cuz obtalmia per se sit apostema de sanguine vt plurimum quid sit dicendum ad hoc: ego non video nisi sub quodam nubilo si littera ẽ vera sicut iacet. Dicam⁹ igitur sic quãtum est de presenti q͛ humor cristallinus est in oculo per se: ꝛ alia sunt propter iuuamenta. Si igitur omnia que sunt in oculo patiantur ꝛ visus non ledatur: non erit morbus sed causa morbi scḋm Gal. in primo de morbo. Nunc aũt apostema sanguineũ per se est morbus coniunctiue: cũ in coniunctiua sint mlte vene: ꝛ ita potest ibi causari apostema de sanguine. Nunc aũt hoc ẽ nocumentum partis ꝛ non totius. ideo apostema sanguineum non erit per se morbus oculi. tamen non de necessitate ledet visum. lz igitur sit morbus coniunctiue per se: non tamen propter hoc est morbus totius per se: cuz per se non ledatur operatio totius inquantũ hmõi. Nunc aũt obtalmia quantuz est de virtute vocabuli non dicitur tñ ꝛ proprie apostema oculi nec coniũctiue: nisi cũ hoc patiatur pupilla: ꝛ si patitur pupilla ꝛ visus: ꝛ ita operatio totius oculi:

⁊ ita obtalmia poterit esse morbus totius oculi per se: ⁊ pro tanto Auic. in tertio. postꝙ̄ dixit ꝙ obtalmia vera ē apostema in coniunctiua post. xij. lineas: dixit ꝙ obtalmia vera est apostema in pupilla sequens coniunctiuam: ⁊ ita videtur sonare ꝙ obtalmia de virtute vocabuli non est apostema tm̄ cōiunctiue: sed etiam pupille: ⁊ quia nocumentum pupille immediate nocet visui. ideo obtalmia potest ꝑ se visui nocere. Intelligendum ꝙ quoquo modo se habeat negocium propter ista verba non mutatur causa nec signum nec operatio: ⁊ ideo videtur mihi ꝙ disputatio sit de nominibus quare ⁊c̄. Secundo intelligendum ꝙ obtalmia frequentius venit in vere ꝙ̄ in alijs temporibꝰ: ⁊ si sic frequētiꝰ venit de sanguine. ⁊ si venit ī estate frequētiꝰ de colera: ⁊ si in autumno frequentius de melencolia: ⁊ si in hyeme frequētius de phlegmate. Tertio intelligendum ꝙ in obtalmia corpore pleno debet fieri phlobotomia de cephalica partis opposite. ⁊ postea de eadem si indiguerit. postea debent poni repercussiua corpore mundificato. ⁊ egritudine in principio existente. Nunc autem cognoscitur obtalmia in principio esse cuꝫ apparet tumor: ⁊ quod expellitur est subtile: ⁊ cū lippa incipit ingrossari est augmentuꝫ ⁊ cum lippa est digesta est status: ⁊ cū diminuitur est declinatio. Quarto intelligendum ꝙ fenugrecum directe cōpetit in obtalmia phlegmatica ⁊ ventosa: quia resoluit ⁊ digerit. Sed si materia est calida: posset competere cum administratione frigidorum: sicut si eēt dragagantuꝫ ⁊ mucillago psilij ad maturandum in fine augmenti ⁊ in principio status: licꝫ sit calide complexiōis.

Quinto intelligendum de exhibitione aque in obtalmia: quoniaꝫ administratur intus aut extra. Si intra ⁊ tempus est frigidum ⁊ materia frigida: debꝫ calida administrari vt digerat ⁊ euaporet. Si extra vt oculum fomentando: tunc semper calida debet administrari nisi vehementia doloris impediret. Sexto notandum quoniam lꝫ sanguis fluens ad cutem non inficiat eam. nec remaneat infectio. in coniunctiua tamē adueniens remanet infectio quia propter sui tenuitatem penetrat. ⁊ ideo in principio aliquando apparet ad modum puncti. aliquando ad moduꝫ macule. ⁊ ideo recte in principio non competeret sanguis columbe. quia tunc ratione sue caliditatis magis faceret fluere sanguinem: sed postꝙ̄ constrictiua ⁊ restrictiua precesserunt. Septimo ⁊ vltimo notandum est h̄ ꝙ causa antecedens lachrymarum aliquando potest prouenire a stomacho ⁊ toto corpore sed cā coniuncta procedit a capite.

¶ Caplm̄. iij. de passionibus cornee.

Tunica cornea est illa tunica que apparet discoperta in oculo: que ē alba clara ad modum cornu lucidi ⁊ est supra pupillam: ⁊ patitur egritudines multas f̄m Gal. quarto de morbo. Morbi igitur sunt sicut vlcus ⁊ plaga: vesica seu variola: ruptura: albugo seu tela. pānus seu macula. cicatrix: mutatio coloris: grossicies: ⁊ similia. sicut videbimꝰ ꝑticulariter in processu: ⁊ sunt passiones. viij.

¶ De vlceribus cornee.

Unica coꝛnea eſt tunica coꝛti
cabilis comprehendens in ſe
quatuoꝛ tunicas. Nunc autē
aliquando vlcerantur iſte tunice: ⁊ hoc
propter hu. ca. ⁊ diuerſificantur vlcera
vel plage ſm diuerſitatem ſitus dextri
vel ſiniſtri: ſuperficiei ⁊ profundi: ⁊ ſʒ
diuerſitatem cauſe. ⁊ ita ſunt multe ſpe
cies: omnes tamen conueniunt in cura
tione: ⁊ ideo de diſtinctione ſpecierum
nō curo. In primis ponatur in loco ob
ſcuro. ⁊ ſit quietus ⁊ tacitus. ⁊ dieta ſit
ſubtilis: ⁊ non iaceat ſupra partē ocu
li leſam: ⁊ fiant fere omnia ſicut in ob/
talmia. Fiat igitur phlobotomia ⁊ pur
getur coꝛpus cū mirabol. citri. ⁊ viol.
Coꝛpoꝛe autem ſufficienter mundifica
to vtatur in primis iſto collirio. ℞. ce/
ruſe ablute. ℈. ij. dragaganti. gūmi arabici
an̄. ℈. iij. opij. ℈. ſ. fiat collirium cū al/
bumine ouo ꝝ. poſtq̄ autē vſus fuerit
iſto collirio ꝓijciatur in oculo lac mu/
lieris. Si autem clauderetur vlcus ape
riatur propter ſaniem cum aqua deco
ctionis feniculi: ⁊ coꝛone regie. deinde
proijciatur lac in oculo. deinde vtatur
iſto collirio. ſ. q̄ p̄dicto collirio addā/
tur iſta tria. ſ. thucia preparata: ⁊ cathi
mia abluta. ⁊ es vſtum ablutum. Et ſi
volueris carnem regenerare: iſtis om/
nibus vltimis addamus illa tria. ſ. aloē
ſarcocoll. nutritam ⁊ olibanum. Nunc
aūt in omni plaga ſeu vlcere eſt magn⁹
doloꝛ: quare opʒ q̄ coꝛpus ſit bn̄ mūdi
ficatum: ⁊ q̄ collíria non ſint moꝛdica
tiua ⁊ abluatur ocul⁹ quotidie bis cuʒ
aqua calida pluuiali vbi ſit zucha. ⁊
mel.

De veſica in coꝛnea.

Ecūda paſſio coꝛnee eſt veſi
ca. ⁊ diuerſificatur in coloꝛe
⁊ doloꝛe ⁊ leuitate ⁊ malicia
ſm q̄ aquoſitas ē aggregata inter coꝛ
tices exterioꝛes coꝛnee: aut interioꝛes:
aut medios: ⁊ ſm diuerſitatem humo
ris peccātis ratione ſue qualitatis aut
quantitatis: aut vtriuſq̄. Nunc autem
veſice ſeu variole in principio ſunt ſi/
cut punctus vergens ad rubeū. ſʒ vl/
tra magis vergunt ad album. Curatur
cum phlobotomia ⁊ farmacia. ⁊ colli
rio dicto in capitulo precedenti de vlce
ribus coꝛnee. vel fiat tale colliriuʒ. ℞.
thucie preparate ſicut decet. climie lo/
te: antimonij abluti: ſcoꝛie eris ablute:
ceruſe ablute: an̄. ℈. j. opij grana. vj. cō
ficiantur cum mucillagine fenugre. In
telligemus autem thuciam preparatā
ſ. q̄ igniatur decies: ⁊ in qualibet vice
extinguatur qn̄q̄ vicibus in vrina pue
ri virginis: quinq̄ in aqua ro. ⁊ q̄ po/
ſtea puluerizetur in vltimo. ⁊ deide q̄
temperetur in ſucco maioꝛane. ⁊ dein/
de remoueatur ſuccus ⁊ thucia deſic/
cetur in vmbꝛa.

De ruptura coꝛnee.

Ertia paſſio coꝛnee eſt ruptu
ra ⁊ appet aliquando ad mo
dum capitis foꝛmice: ⁊ aliq̄n
ad modum capitis vue. aliquando ad
modum claui. Rumpitur aliquando ꝓ
pter cauſas extrinſecas ſicut eſt caſus
⁊ percuſſio: aliquando propter cauſas
intrinſecas: ſicut eſt humoꝛ acutus aut
apoſtema. Et diuerſificant̄ ſpēs ruptu
re ſm diuerſitatem cauſarum: ita etiam
q̄ aliquando exit vuea extra cum ma
gna diffoꝛmitate. ſpecies curabiles in
principio curantur ſicut ea que dicta
ſunt in capitulo de vlceribus. ⁊ capitu
lo de veſicis. In primis igitur mundi/
ficet coꝛp⁹ cū phlobotomia ⁊ famacia
deide ponant̄ repcuſſiua: ⁊ fiat empla
ſtrū de citonijs ⁊ acacia. ſanguie dra. ⁊

bolo armenico. et ligetur oculus: et ia/ceat resupinus: et fomentetur cum aqua decoctionis ros. plãtaginis. burse pa/storis. et posset vti tali coll'io post ista. ℞. antimonij vsti et abluti. ceruse vste et ablute. climie ablute et aduste: an. ℈. ß. spicenar. aloes. tbucie nutrite. sarco/colle nutrite: ana grana. vj. cõficiantur cum mucillagine draganti. et gũmi arabi. et fiat coll'ium. In eminentia aũt eorum non consulo quod abscindantur quia ti/mendum est quod totus oculus liquefiat.

De cancro in cornea.

Quarta passio cornee est can/cer. Cancer autem aliquando causatur in cornea ex co. adusta et inducit vlcus. corrosionem: et ca/uernam: dolorem capitis: vigilias: et cassum appetitus: et si non curetur a principio: postea non recipit curationem. Aliquando autem causatur a melan/colia: et est dolor remissus cum duricie. In primis igitur fiat phlobotomia et si est de colera adusta purget cũ oxilaxatiuo. et electuario de succo rosarum: et yeraruffi. Si autem est ex melencolia purgetur cum dyasene: et yeraruffi. Cancer autem de colera mitigetur in primis cum isto collirio. ℞. ceruse ablute. amidi. an. ℈. j. opij. ℈. ß. conficiant cũ albumine ouorum et mucillagine facta de draganto in aqua rosata: vel appona/tur emplastrum factum ex vitello oui et oleo rosato: et lacte mulieris: vel fiat istud per modum collirij. Cum autem non est ibi dolor horribilis: vtatur ta/li coll'io. ℞. tbucie preparate: amidi. memite: coralli alb. et ru. terre sigillate. margaritarum. ana. ℈. j. conficiatur cũ mucillagine draganti. et gũmi arabici. et fiat collirium.

De mutatiõe coloris nãlis cornee.

Quinta passio cornee est mutatio coloris nãlis in non natu/ralem oculo sano existente. Intelligendum est quod propter oppilati/onem epatis et splenis sicut in ictericia et similibus mutat color naturalis oculorum in ruborem: aut croceitatem aut nigredinem: aut viriditatem: intãtũ aliquando quod homini videt quod omnia sint crocea. Mutatur etiam color et figura sicut in lepra: mutatur etiam color secundum diuersitatem humoris cristallini et al/buginei et spũs secundum diuersitatem col'. humoris vitrei. Curatio huius consistit in remotione cause: et quod fomentetur ocu/lus cum aqua decoctionis ro. nenuphariis et camomille. et si volumus colora/re oculum colore nigro fiat sic. ℞. gallas. et ossa mirabol'. puluerizentur in vl/timo: et temperentur in oleo sisamino'. aut in oleo nuc. et ponantur in vase vitreo ad solem. deinde sicut colliriũ oculis instilletur.

De nebula i cornea.

Sexta passio cornee: aliquan/do enim humiditas fluit ad corneam et generat ibi fumum et nebulam: et caliginatur visus. Et cu/ratio consistit vt purgetur corpus cum pillul' aureis: et collirizetur oculus cum felle ancipitris.

De corrugatiõe et puificatiõe cornee.

Septima passio est corrugatio paruificatio et duricies: sicut fit in senibus: et tunc cõfert fo/mentare oculum frequenter cum aqua decoctionis ordei. rosarum viol'. nenu/pharis. et similium. et instilletur frequẽter lac mulieris in oculum.

De albugine vel macula et cicatri/ce in cornea.

Ctaua passio cornee. Intelli/
O gendum ꝙ supra corneam ac
cidunt passiões multe que nõ
videntur differre nisi ſm plus vel mi/
nus: sicut est nubes albugo: macula. pã
nus. ⁊ tela. Que quidem veniunt ali/
quando propter concursum humorũ
aliquando propter casum ⁊ percussio
nem. aliquãdo sunt reliquie apostema
tum male curatorum. Intelligendũ ẽt
ꝙ cicatrices accidũt in cornea post cu
rationes vlcerum variolarum ⁊ simi/
lium. ⁊ sunt omnes albe: ⁊ ideo vident
macule: ⁊ omnes laborant in curatiõe
cicatricum sicut si eẽt macula: ⁊ est ina
nis operatio. qꝛ cicatrix non recipit cu
rationem. Aliqui etiam opinantur ꝙ
macula in cornea non sit aliud nisi cica
trix cornee: vterqꝫ autẽ istorum dece/
ptus est. In cicatrice igitur nõ est labo/
randum nisi ad decorem tm̃. In macu/
lis aũt ⁊ albugine operandum est sic.
Iste enim infectiones que veniunt ĩ cor
nea cum sunt in principio vel in pueri/
cia possunt de facili curari cũ lacte mu
lieris frequenter imposito. ⁊ postea cũ
puluere ossis sepie. vel sic. ℞. succi pa
pauaris ru. suc. centauree minoris. mi/
sceantur cum melle. istud proculdubio
curat albugies ⁊ maculas in principio
⁊ in paruis pueris. Idem facit succus
lingue passerine: ⁊ appellatur poligo/
nia apud diascoridez. ⁊ assimilatur mi
rabiliter centinodie. Ista enim herba
est illa quã hyrundines portant filijs
suis cum perforatur oculus cum acu: ⁊
recuperant visum: ⁊ ego feci apporta
ri de viridario serenissimi regis maiori
carum. Si autem herba non inueniat
saltim perforentur oculi pullorum hy/
rundinum: ⁊ post triduum accipiatur ꝙ
recuperant visum. ⁊ fiat puluis ⁊ ocu/
lis instilletur. Si aũt macula fuerit idu
rata de difficili curatur aut nũq̃. Mo
dus tamen operandi est iste ꝙ dieta sit
tenuis: ⁊ ꝙ purgetur caput cum yera/
pi. deide mollificetur macula cũ aqua
decoctionis malue bismalue. palee or
dei ⁊ auene: ⁊ viol. ⁊ ros. ⁊ nenupha/
re: ⁊ camomilla. deinde ponatur quoti
die iste pul. ℞. ossis sepie. ℈. ij. zinzi. al
bissimi. ℈. j. piperis. ℈. s. cuperose gra.
x. puluerizentur sicut decet collirias ⁊
misceantur: ⁊ oculis instilletur. vel fiat
colliriũ tale. ℞. calamite. ℥. j. thucie. ℈.
iij. ligni aloes. ℈. iiij. cupose. ℈. j. ⁊ gra
na. x. licij. ℥. s. Modus faciendi est ꝙ
s. calamita ⁊ thucia decies ignian tur ⁊
extinguantur in vrina pueri virgis. po
stea in aqua ro. ⁊ postea temperentur ĩ
succo maiorane. misceantur cum predi
ctis ⁊ fiat puluis. Isto autem puluere
possumus vti tribus modis. Primo ĩ
pul. sicut est dictũ. Secundo ꝙ miscea
tur puluis cum aqua feniculi ⁊ celido
nie distillate. Tertio ꝙ misceantur cũ
assungia porci recentis: ⁊ fiat colliriũ.
Uel vtatur isto collirio ⁊ non quera/
mus melius. ℞. thucie preparate sicut
decet. sarcocolle nutrite. aloes: piperis
longi. corticis testarum ouorum calci/
natorum. fragmentorum scutellarũ ter
rearum viridium: vitrioli: eris vsti. ce/
ruse lote. stercoris lacerte viridis cathi
mie auri: margaritarũ: coralli: virides
eris: castorei: myrrhe: licij: musci: dragã
ti: serapini: galbani: spume maris: opij
ana. ℈. ij. fell' vulturis: balsami: ambre
limature auri purissimi: aã. ℈. j. confi/
ciantur cum succo eufragie: bñ tamen
puluerizata sint sicut opꝫ ⁊ informent
trocisci parui ⁊ desiccentur in vmbra:
⁊ cum balsamo inungatur: ⁊ cũ vti vo
lueris in delicatis distemperetur vnus

cuȝ lacte mulieris ⁊ ponatur in oculis
sicut collirium. In alijs potest distem/
perari in succo feniculi aut celidonie: ⁊
possumus vti sicut dictum est in alijs
multis modis. s. in puluere. aut per mo
dum collirij clarificati in aqua ro. aut
per modum collirij dicti facti cū assun
gia porcina.

Clarificatio. Intelligendū tñ circa istam
materiam ꝙ macula pãnus tela nõ sũt
morbi infectiui. q2 modicum aut nihil
ab eis resoluitur. Lippa autem ē mor/
bus infectiuus cum aliquid ab eo resol
uatur. Morbi aũt infectiui in his ver/
sibus continentur. Febris acuta: ptisis:
pedicon: scabies: sacer ignis. Antrax:
lippa: lepra nobis contagia prestant.
Secundo notandū ꝙ melencolia pur
gatur per oculos. ⁊ phlegma per nares
⁊ palatum: ⁊ colera per aures: sed san
guis non habuit emunctorium: q2 pu
rus est ⁊ non habet superfluitates. Itē
aduertendum quoniaȝ lȝ humores fri
gidi tarde penetrent panniculos costa
rum: nihilominus penetrant pãniculos
oculorum: ⁊ ideo aliquãdo penetrant
inter duas tunicas: ⁊ tũc generatur ca/
taracta sicut videbimus inferius. Ali/
quando aggregantur in superficie cor/
nee: ⁊ causant ibi albugines ⁊ maculas
pannos: ⁊ telas ⁊ similia.

¶ Caplm. iiij. de passionib⁹ vuee ⁊ pri
mo de dilatatione vuee ⁊ pupille.

PRima pas/
sio vuee est dilatatio
vuee. i. pupille. pupil
la aũt ē foramē vuee.
Istud aũt foramē ali
quando dilatatur ꝙ videtur tãgere cõ
iunctiuam. Ista aũt dilatatio aliquãdo
est naturalis: q2 a natiuitate talis appa
ruit: ⁊ nullo modo recipit curationeȝ.
⁊ aliquando venit accidētaliter: ⁊ quo
cunqꝫ modo fuerit nocet visui: qm̄ aut
nihil videt: aut videt in minori quanti
tate ꝙ sit res visibilis. ⁊ hoc est ꝓpter
nimiam dispersionem spirituum. Dila
tatio igitur accidentalis causatur a cau
sis exterioribus: sicut est casus percus/
sio. nimius dolor capitis. Et causatur
etiam a causis intrinsecis. ⁊ hoc est ꝓ/
pter apostema: aut propter magnitudi
nem humoris albuginei: aut ꝓpter hu
miditatem currentem ad vueam: aut ꝓ
pter siccitatem vuee ⁊ corrugationem
eius: qm̄ trahitur versus circũferentiã:
⁊ ita foramen magnificatur: sicut ap/
paret in corijs perforatis cum desiccã/
tur: ⁊ tunc dilatatio vuee est morb⁹ ꝑ
se: ⁊ apparet tota vuea minorata.

Cura. Si aũt fuerit propter de/
siccationē vuee: tũc iniun
gatur dieta resumptiua humectatiua ⁊
nutriens. ⁊ sit in ocio ⁊ quiete: ⁊ bal/
neetur frequenter. ⁊ fomentetur ocul⁹
cum aqua dulci calida: ⁊ proijciat lac
mulieris super oculum. Si aũt fuerit
propter humorem albugineum: aut ꝓ/
pter humiditatem: sit in dieta tenui.
⁊ purgetur caput cuȝ yerapigra: ⁊ ab/
luatur caput ⁊ facies frequenter cum
aqua salsa ⁊ aceto: ⁊ sint calida: ⁊ col/
liria ponãtur in oculo que dicta sunt ca
pitulo de albugine ⁊ macula: ⁊ que di
centur inferius de catharactis. Si autē
fuerit propter apostema. aut ꝓpter ca
sum. aut ꝓpter percussionem. iniunga/
tur dieta tenuis. ⁊ fiat phlobotõia de
cephalica: deinde fiant ventose in col/
lo. deinde fiat phlobotomia de venis
que sunt in angulis oculoruȝ. Et si ru/
bor appeat emplastrent timpora cum

sandal'. τ sanguine draco. τ albumine ouorum. supra oculos apponatur sacculus de ro. τ nenupha. intinctus in aqua ro. vel istud. ℞. farine ordei. fabarum vitellū oui. τ pistent cū oleo ro. τ succo endiuie. τ super oculum apponat. Deinde post principiū instillet lac mulieris. deinde post sanguis columbe. Apostemata igitur curent sicut dictū est cap'lo de obtalmia. Dilatatio autē vuee ꝑpter causas primitiuas nō recipit curationē: nisi natura per se confortata incipiat restringere: τ ita dilatatio pupille semper mala.

De constrictione pupille.

Secunda passio vuee est constrictio pupille. Causa aūt huius passionis est siccitas τ corrugatio vuee: τ motus eius a circūferentia versus centrū. τ tūc oculus ē minoratus: τ forte nō recipit curationez. Fit ēt ex paruitate hūmoris albuginei. τ satis de facili curatur. Coartatur etiā τ constringitur pupilla ex aliquo humore comprimente eam versus centrū. Ista autem constrictio pupille aut est naturalis aut accidentalis. Si naturalis iuuat: q: spiritus vnitur τ confortatur. Si accidentalis semper nocet: τ facit apparere rem maiorem q̄ sit. Si autem causa fuerit inaniēs humectet oculus τ caput τ totum corpus cum cibis τ humidis balneis: τ fomentetur oculus cum spongia intincta in aqua dulci ca. τ fricetur facies τ caput vt calefiat q: sola humectantia nocent ꝭm Auicē. Si aūt causa fuerit repletionalis: purgetur caput: deinde vtatur isto collirio. ℞. croci: musci aloes: stercoris lacerte viridis: aā. ℈. j. balsami. ℈. ß. piperis: floris eris: armoniaci: aā grana. vj. cōficiantur cum aqua fenuculi distillata.

De catharacta.

Tertia passio vuee sunt aque seu catharacte. Intelligendū q vapores aquosi aliquando ascendunt a stomacho ad oculos. τ perturbant humiditates claras luminosas cuius signū q: ante cibum peius se habent q̄ post. Aliquando autem descendunt a cerebro. cuius signum q: equaliter ante cibū τ post se habent: τ tūc est magnum periculum aggregationis aque in oculo: aqua igitur aggregatur inter tunicam corneam τ tunicā vueaz recte ante foramen pupille: τ tūc in principio apparent imagines multe diuerse sicut sunt pili: aut vngues. aut cimices: aut musce. aut alia volātia: aut omnia videntur perforata: aut sicut punctus: aut lateraliter: τ ita de aliis apparitionibus multis τ diuersis: τ hoc ꝭm diuersitatem situs humoris in pupilla τ ꝭm diuersitatem quantitatis τ qualitatis. Et etiam colores diuersi apparent: rubei aut citrini: aut nigri: τ ita de aliis: ꝭm diuersitatem humoris. Et h sunt que leguntur a Gal'. iiij. de morbo. Nunc aūt isti fumi τ etiam nubile cū incipiunt condensari causant aquā seu catharactam: τ impediunt visum aut omnino destruunt propter oppilationem pupille: quoniam simulacrum rei visibilis non potest iactari vsq; ad cristallinum. nec spiritus visibilis potest penetrare vsq; ad corneam: τ ita impeditur visus. In principio igitur curari potest a bono medico: sed post confirmationem non: nisi per manum restauratoris: τ etiam ab eo non semper: sed cum sunt in dispositione media. In primis igitur ordinetur dieta subtilis: vitet igitur oēs pisces sicut fulgur. nisi velit igrossare: vt eēt acui subtilibus: vitet omnes fruct⁹. oīa fumosa. oīa aquosa.

omnia acuta: ⁊ breuiter omnia q̄ faciūt ascendere vaporem ad caput. Deinde purgetur caput cum yerapigra multis vicibus: sed in parua quantitate. deinde detur tiriaca. deinde vtatur isto collirio. ℞. fell' ancipitris. balsami. añ. ℈. ij. elli albi. piperis: ana. ℈. s. conficiantur cum aqua raphani: ⁊ fiat collirium ⁊ oculis instilletur: postea odoret maioranam ⁊ oculis applicet frequenter. Si autem ex his non curetur. tunc ad manum cirurgicam recurram⁹. Aqua enim seu catharacta qd̄ est idem aliquādo est subijcibilis acui: ⁊ aliquādo nō. Quando enim est nimis grossa nō est subijcibilis: quia non posset descēdere. quando autem est nimis subtilis nō est subijcibilis. quoniam licet descenderet. tamen statim ad primam dispositionem reuertetur. in dispositione autem media est subijcibilis. Nunc autē modus discernendi est iste. cum enim in loco luminoso oculus bene respicitur: si color aque fuerit sicut color fungi aut calcis aut grandinis. aut color niger fuerit: significatur ꝙ nimis est indurata ⁊ non esset subijcibilis: quare tunc non est laborandum. Secundo discernitur sic: claudatur vterq; oculus: ⁊ tunc oculus infirmus cum pollice suauiter altero clauso manente fricetur: ⁊ tunc celeriter īfirmus oculus aperiatur: ⁊ si pupilla non dilatatur nullo modo ē subijcibilis: quia nimis est confirmata. Si autem dilatetur ⁊ reuertatur aqua ad pristinam dispositionem: subijcibilis ē. Et si remaneat dispersa adhuc non est confirmata. ⁊ ita non esset subijcibilis. Et si volumus ꝙ cito confirmetur: vtatur piscibus. Si autem color aque est aereus diaphan⁹ transparens vel quasi tunc est subijcibilis. ⁊ tunc est in dispositione media inter confirmatam ⁊ nō confirmatam. Et tunc eligatur diligens restaurator. ⁊ corpore mundificato fiat cauerna in cornea cum acu rotundi capitis. ⁊ tunc impellatur supra vueā: sed non transeat vltra. Et comprimatur aqua inferius cum acu. Et non extrahatur statim: sed maneat aliquantulum: vt aqua superius non reuertatur. Eleuetur igitur acus ⁊ postea comprimatur: deinde extrahatur. In parte autem inferiori oculi non fiat cauerna ad extrahendum aquam: q̄r timendum ēēt de euacuatione humoris albuginei sicut dicit Auicen. Fiat igitur in angulo. deinde fiat emplastrum supra oculum de vitell' ouorum: ⁊ stet in loco obscuro per septem dies.

¶ De debilitate visus.

Visus debilitatur aut propter causas extrinsecas: aut ꝑpter intrinsecas. Si propter extrinsecas: sicut est fumus: puluis aut vent⁹ turbidus: aut inspectio solis: aut corporis luminosi: aut intuit⁹ superius in aliqua re: aut legere litteras minutas: aut nimie vigilie: aut nimius somnus: aut nimia caliditas: aut frigiditas: aut siccitas: aut humiditas: aut repletio cibi ⁊ potus. ⁊ crapula. ⁊ vomitus nimius ⁊ mirabiliter nocet coitus: ⁊ cibaria vētosa ⁊ acuta: ⁊ salsa ⁊ acetosa. ⁊ omne illud qd̄ conuertit materiam in fumū ⁊ vaporem: sicut sunt cepe: allea: ⁊ porri: ⁊ fructus: ⁊ legumina: ⁊ nocet etiam iacere calciatum: ⁊ capite īclinato ⁊ cō similia. Si sint cause intrinsece: tūc sūt ēt multe valde minorātes visū aut corrumpētes aut destruētes: sicut sūt egritudines capitis. sicut est reuma: frene/

sis:vertigo:scotomia ⁊ similia. ⁊ sicut
est apostema nerui obtici. aut oppila/
tio: ⁊ quelibet quatuor complexionuꝫ
tam simplicium ꝙ compositarum cuꝫ
materia vel sine materia. Hoc idem fit
propter malas dispositiones tunicaꝝ:
⁊ humoris vitrei ⁊ albuginei: ⁊ pro/
pter humorem cristallinum ⁊ sitũ ei⁹:
quoniam si torqueatur versus oculoꝝ
angulos videntur omnia oblique. Si
aũt torqueatur versus superius aut in
ferius: tunc vnum videntur duo. ⁊ de/
bilitatur visus ꝓpter causas dictas ma
nifestas. sicut sunt passiones vuee: aut
cornee: aut coniunctiue. ⁊ debilitatur ꝓ
pter vapores ascendentes a stomacho
sicut dictum est capitulo de catharatis
ꝙ discernitur quoniam apparitio ima/
ginum stet per sex mēses ⁊ pupilla ap
paret munda: a stomacho prouenit.
Quando aũt prouenit a cerebro: non
est tanto tempore sine aggregatiōe aq̄
nihilominus. Etiam debilitatur visus
aut minuitur aut corrũpitur propter
dispositionem spūs visibilis. Iste autē
spūs si fuerit multus ⁊ clarus ⁊ subti/
lis: facit ꝙ res visibilis bene discernit
⁊ longe ⁊ de prope. Si aũt est multus
⁊ grossus: tunc videt ⁊ discernit meli⁹
longinqua ꝙ propinqua. ⁊ hoc est ſm
illos qui dicunt spm̃ extra emitti ꝓpter
hoc qꝛ subtiliatur in via. ſm aũt illos
qui dicunt ꝙ sumus intus suscipientes
⁊ nihil extra mittentes fit hoc propter
fortem motum in cristallina ⁊ appre/
hensioneꝫ rei mote. ⁊ rōne motus sub
tiliatur spūs. Si aũt spūs fuerit paru⁹
⁊ subtilis: bene videt propinqua ⁊ cer
nit: sed remota non: qꝛ non potest an/
gulum comprehendere. Si autem fue
rit paruus ⁊ grossus: tunc male discer
nuntur ⁊ propinqua ⁊ remota. Ista au
teꝫ materia exposita est a nobis supra
quartum de morbo. ¶ Curatio igitur
talis erit. si visus corrumpatur ꝓpter
res inanientes: confortetur oculus cuꝫ
quiete ⁊ ocio: ⁊ cibis humectantibus:
⁊ balneo fomentationibus factis circa
oculum cuꝫ aqua dulci tepida ⁊ lacte.
Et si causa fuerit replens iungatur die
ta tenuis. ⁊ purgetur corpus cum ye/
rapigra ⁊ pillulis aureis: ⁊ pillul' sine
quibus esse nolo. ⁊ collirizetur oculus
cum fellibus auium de rapina viuen/
tium. ⁊ balsamo. Intelligendum etiaꝫ
iuxta illam materiaꝫ ꝙ aliqui sunt qui
satis mediocriter vident de die: ⁊ ver/
sus noctem parum aut nihil: ⁊ hoc est
propter grossiciem spiritus ⁊ humoꝝ.
⁊ aliqui econtra se habent: quoniaꝫ de
die parum aut nihil vident: ⁊ de nocte
quodam modo proportionabiliter lo
quendo melius. ⁊ hoc est qꝛ spūs sunt
nimis subtiles ⁊ parui.

¶ Capl'm. v. de minoratiōe visus cor
ruptione ⁊ ablatione eiusdem.

Licet de his
multa dicta sint: tamen
magis particulariter sic
procedimus. Ista sunt q̄
nocent oculis supra omnia de mundo
vel quasi. s. coitus superfluus. deinde
ebrietas crapula. nimia repletio cibi ⁊
potus: vomitus superfluus. dormire i/
mediate post comestionem donec qua
si digestio sit i stomacho celebrata. dor
mire capite demisso. ⁊ lōgus somnus
⁊ profundus. ⁊ dormire calceatum. ⁊
nocet etiā intueri res nimis splendidas
⁊ rutilantes. sicut est corpus solis aut
lune: aut ignis: aut niuis ⁊ similium. ⁊

nocent tenebre sicut illis qui nimis fue runt incarcerati: et nocent omnia cali/ da vaporosa. et ventosa et corruptibi/ lia: et grosse digestionis: sicut sunt allea: cepe: et porri: et piper: et vinum forte et nouum et turbidum et spissum: et om/ nes fructus: et omnia legumina: et oua indurata et caseus dur⁹: et caules. et car nes bouine: et lac: et pisces. Et nocet le gere nimis frequenter litteras minutas et ocium nimium et breuiter omnia que replent caput vaporibus aut grauant stomachum. Omnia igitur contraria iu uant et confortant. et potissime color vi ridis et color niger: sicut eet cucula mo nachi si transiret per loca niuosa. et sub mergere frequenter oculos in aqua fri gida oculis apertis vel palpebris nisi senectus impediat iuxta illud quod di citur. Limpha nitor speculum fortifi/ cant oculum. De medicinalibus autem si corpus est plectoricum et nihil impe diat: fiat phlobotomia de cephalica. deinde fiant ventose cum scarificatio/ ne supra collum et spatulas: deide phlo botomia de venis que sunt in angulis oculorum. Et quia vt plurimum tenebro sitas visus prouenit propter abundan tiam phlegmatum: aut melencolie: aut vtriusque cum talia habeant caliginare aut spiritus ingrossare et obscurare. Ideo bonum est quod materia digeratur per hunc modum. ℞. maiorane. M. iij. saluie: ruthe: eufragie vere montane. saxifra/ gie: fragarie: feniculi: ana. M. ij. anisi. maratri: dauci carui: sileris mon. an. ℥. ij. mellis lib. j. et .s. fiat sirupus quo vta tur mane et sero. Et si materia est melen colia addantur sirupo florum bora. fo liorum sene: epithimi cuscute: an. ℥. iij. Digesta materia purgetur sic. si mate/ ria est phlegmatica. ℞. yerapi. ℥. s. ye/ ralogodion. ℈. ij. euforbij. pulpe coll. masticis: anisi: bdelij: gariofil. an. pon/ dus. vj. granorum conficiantur cum suc/ co absinthij et fiant pillule. dentur eun ti dormitum. si autem materia fuerit me lencolia purgetur sic. ℞. diasene. dia/ bor. ana. ℥. s. yeraruffi. ʒ. iij. lapidis ar menici nonies abluti. ℈. ij. misceantur. Supposita igitur bona dieta: et quod cor pus sit bene mundificatum vtatur istis remedijs particularibus et expertis sem per a facilioribus ad difficiliora pro/ cedendo. Fiat igitur ista aqua quam quo tidie ponat in oculis quomodocunque voluerit. ℞. celidonie. feniculi: ruthe: sileris mon. eufragie: verbene: rosarum ru. electarum: an. lib. s. gariofil. pipis lon. an. ℥. ij. conquassentur et ponantur in alembico de vitro et fiat lentus ignis: et fiat aqua sicut fit aqua rosata: et reser uentur. ¶ Secundum experimentum est istud. ℞. picam. s. auem que voca/ tur pica vel picas multas et ponantur itegre in olla noua vitreata et lutetur et ponatur in furno donec possit pulueriza ri: non tamen tantum quod aduratur: et tunc pul uerizetur: et puluis oculis imponatur: vel fiat collirium vel puluis per se su/ matur: quoniam pica habet hanc proprie tatem quod quocumque sumatur confert vi/ sui. ¶ Tertium experimentum est ta le. ℞. epar caprinum et lardetur minu tim de zinzibere: et gariofil. et pipere lon go. et assetur: et pinguedo que fluit de/ siccetur: et accipiatur pars lardonum pre dictorum: et teratur minutissime et cum dicta distillatione siccata et pulueriza ta misceantur et fiat puluis sicut decet colliria et oculis instilletur. vel fiat col lirium cum aqua ro. et epar predictum suffumigetur et etiam comedatur et ista fiant multis vicibus. ¶ Quartum ex/

perimentuz est tale. ℞.thucie ignite ⁊ extincte quinquies in vrina pueri vir/ginis: ⁊ quinquies in aqua ro. optima. ʒ.5.balsami optimi.ʒ.iij.vini al.puris/simi ⁊ mundissimi.℥.j.misceantur simul ⁊ incorporentur. ¶ Quintum est tale. ꝙ.s.vtatur puluere subscripto in omni bus comestionibus. ℞.eufragie.saluie mente. sileris montani. ana.ʒ.ij. anisi. maratri. ⁊ zinzi.gariofil. piperi lō.an̄. ℥.j.florum bora.foliorum sene.epithi/mi:liquiri.mund.vuarum passarū mū/datarum abarill.corti.mirabol.indo/rum. ana .℥.ij. panis zuchari.℥.5. fiat puluis ⁊ ponatur in sacculo de aluta.

¶ Sextum est tale ꝙ confortaret mi rabiliter visum nisi patiens haberet in abominatione.venentur igitur anguil/le nemorales de locis siccissimis: ⁊ li/gentur versus caput ⁊ caudaz: ⁊ flagel lentur cuz virgis minutis. ⁊ subito vno ictu a duobus viris abscindantur ca/put ⁊ caudam. ⁊ excorientur ⁊ abluan tur cum vino ⁊ sale: ⁊ decoquantur in vino albo cum feniculo donec caro se paretur ab ossibus ⁊ illa caro sumatur per se vel cum pane de zucha. fiat ele/ctuarium: ⁊ longus vsus facit mirabi/lia. ¶ Septimum est istud ꝙ accipiā tur mirabolani chebuli cōditi.aut pil lule auree. aut pillule cochie. ⁊ ꝙ vta/tur eis per interualla: ⁊ acuunt visum.

¶ Octauuz est quoniā frequens vsus tiriace confortat visum. ¶ Nonuz ex perimentum ⁊ vltimum ē istud: ⁊ nūꝗ̄ deus vsqȝ ad hec tempora voluit me/lius reuelare. ℞. sileris montani.maio rane.eufragie:ruthe:celidōie:feniculi: ana.℥.iij.zinzi. spicanar. piperis lon. gariofil.thucie extincte ⁊ nutrite: sar/cocolle nutrite in lacte asine.ligni alo/es:an̄.℥.j.fellis aquile ⁊ ancipitris: ⁊ hirci incolentis montana.vnuz de quo libet:balsami.℥.5.mell' ro.℥.j. pulueri zāda puluerizent ꝯquassāda in vltimo cōquassent sicut decet collíria. ⁊ lique/fienda liquefiant: ⁊ si fuerit estas mi/sceantur in sole calido per dies.xl.quo tidie semper agitando sicut conficitur zucharum ro. Et si fuerit hyems cōfi/ciant cū cineribus vbi sit calor ad mo dum galline cubātis: ⁊ agitet ⁊ seruet in vase vitreo: ⁊ oculis instillet: ⁊ ē tan te virtutis ꝙ decrepitum faceret legere litteras minutas sine ocularibus.

Clarificatio.

Intelligendū ꝙ i noctilo/pa bene pōt competere phlobotomia: licȝ accidat vt plurimum in senibus ⁊ phlegmaticis ⁊ crapulosis: ⁊ in illis in quib⁹ frigidi ⁊ grossi hūores abūdāt: ꝑ tanto qꝛ corp⁹ pōt eē plectoricum: ⁊ ita cōpetit rōne vlīs purgatiōis.lȝ alia sit cura pticularis sicut dictū ē statiȝ in fine capl'i cū ponebat digestiuū mate/rie frigide. Scdo intelligēdū ꝙ in debi litate visus hū pōt cōpetere vomitus. nec trahet mā ad candē partē: imo effe ctiue erit opposita postꝙ ad exteriora mittit. qꝛ cessāte cā cessat effectus. Par ticularia aūt in qbus pōt cōpetere vo/mitus sunt ista.s.ꝙ mā cōtineat in cōca uitate stomachi: ⁊ ꝙ euomat de facili: ⁊ ꝙ caput nō sit repletū ⁊ ꝙ oculi non sint nimis debiles: ⁊ cū talibus pticula ribus pōt cōpetere vomit⁹ i debilitate visus. Tertio notādū ꝙ oia q̄ hūt spūs subtiles ⁊ debiles vident de nocte ⁊ n̄ de die: sicut bufones: qm̄ fortificat pro pter frigiditatē noctis: ⁊ q̄ hūt spūs sb tiles ⁊ fortes vident de die: ⁊ nō de no cte. sicut murilegi. ⁊ q̄ habent spiritus vergentes ad grossiciem vident de die: qm̄ purificatur spūs ratione clarita/

tis exterioris sicut hoies: ⁊ qui iter ista
se habent medio modo inter nimis sub
tiles ⁊ nimis grossos vident in crepu/
sculo. ⁊ illi in quibus vergit spiritus ad
multam grossiciem non possunt vide/
re postꝙ̃ dies declinat sicut in noctilo/
pa. ⁊ oculus qui est in tenebra videt rē
in luce ⁊ non ecōuerso .quoniā ad hoc
ꝙ aliqua res videatur opꝫ ꝙ res visa
sit illuminata : quoniam lux est forma
coloris inquantum color est visibilis
ſm Auerroym.

¶ Capitulum. vj. de passionibus que pertinent ad totum oculuꝫ ⁊ primo de strabositate.

Strabositas ſꝫ Gal'. iiij. de morbo accidit duobus mo/
dis. primo cum ocu/
lus torquetur versus
dextrum vel sinistrum: ⁊ tunc non acci
dit nocumentum nisi ꝙ res videt obli
que. pro tanto q² magna pars oculi re
manet illuminata. Si autē torqueatur
versus superius aut inferius: tunc vna
res videtur due. quoniam magna pars
pupille cooperitur: ⁊ non potest iacta/
ri simulacrum vsq̧ ad cristallinum ni/
si per viam inundationis: ⁊ ita non po
test cancellari simulacrum in crucis si/
gnatione nerui obtici: nisi contingat re
cte videre: nisi enim in tempore sanita
tis cancellaretur ydolum in crucis si/
gnatione nerui obtici: tūc vniuersaliter
res omnes viderentur esse due: cum si/
mulacrum sit in quolibet oculo . Istaꝫ
aūt materiam tetigimus supra quartū
de morbo tamen breuiter ħ aliquid di
camus. Intelligendum ꝙ Auic. pertra
ctat istam materiam. v. de naturalibus
lib. iij. cap. viij. Prima igitur causa vt
dictum est propter quā non contingit
recte videre est tortuositas cristalline
⁊ coopertura eiusdem. quoniam simu
lacruꝫ nō potest directe iactari: ⁊ ideo
venit cum quibusdam īmutationibus:
⁊ ita vna pars citius est in crucis signa
tione ꝙ̃ alia: ⁊ q² non obuiant se adin/
uicem non possunt ydola cancellari: ſꝫ
transeunt vsq̧ ad sensum cōeꝫ sine cā/
cellatione: ⁊ ita contingit male videre:
q² vnum videntur duo ⁊ multa. Secū
da causa potest esse nimia mobilitas
spūs ⁊ agitatio ⁊ mot⁹ versus dextrū
⁊ sinistrum versus partem anteriorem
oculi: ⁊ q² mouetur per modum inun/
datiōis non fit cancellatio : ⁊ ita videt
vnum multa: ⁊ hoc pꝫ q² si sol percuti
at aquam stagnatam ⁊ aqua moueatur
videbit ꝙ sol moueatur ⁊ ꝙ sint multi
⁊ hoc pꝫ etiam ꝙ si lumen candele sit
in capite domus de nocte : ⁊ tu agi/
tes pupillam inferiorem cum manu ⁊
agites oculnm: videbitur lumen salta/
re modo superius modo inferius mo/
do prope modo remote ſm diuersita/
tem motus. qđ patet q² īundatio a par
te ante corrumpit iudicium rectum ipi
us visus. Tertia cā pōt esse nimi⁹ mo
tus ⁊ agitatio ipsius spūs: quoniā mo
do mouetur ad sensum cōmuneꝫ : mo/
do iteruꝫ reuertitur ad crucis signatio
nem: ⁊ hoc facit motus mouens ⁊ per
turbans. quare videtur homini ꝙ om/
nia moueantur in girum: sicut patet in
vertigine: ⁊ ideo si respicias aquā cur/
rentem vel nubes volantes perturbat
motus interior ꝓpter similitudinē mo
tus exterioris : ita ꝙ cogitur istare aut
cadere. ⁊ hoc facit varietas motus q̄
est intus. ⁊ ita īpedit iudiciū. Quarta
cā pōt esse nimia subtilitas spūs q̄ mo
uetur ⁊ agitatur de facili ex qualibꝫ cā

⁊ pro tanto intelligendum ꝙ omne il/
lud quod impedit concellationē ydo
li in crucis signatione nerui obtici cor/
rumpit iudicium visus sicut videmus
in guttis aque velociter cadentis: quā
rectam lineam extimamus: ⁊ sicut pꝫ
in quadrato si velociter moueatur vi/
debitur linea circularis: lꝫ sit figura q̄/
drata. Intelligendum igitur iuxta istā
materiam ꝙ spūs visibilis transit de
vno oculo in alium. quod pꝫ: qm̄ bali
starij quādo volūt proijcere recte clau
dunt vnum oculum: vt visus fortificet
in altero. Secūndo pꝫ ꝙ si claudatur
vnus oculus: tunc latus narium oculi
aperti potest videri. ⁊ si ambo essent
aperti non videretur. Tertio pꝫ in ca/
tharactis cum volumus probare vtrū
sint subijcibiles acui vel non. tunc clau
dimus vnum oculum: ⁊ si ex hoc pu/
pilla alterius dilatetur tunc subijcibilis
est sicut dictum est. pꝫ igitur ꝙ spiritus
trāsit de vno oclō ad aliū. ẜm aūt diuer
sitatem spūs contingit aliter ⁊ aliter vi
dere: vel de longe vel de prope sicut di
ctum est superius. Color aūt viridis sū
me confortat visum sicut dictum est.
Qui autem causas passionis scire vo/
luerit habeat expositiones nostras su/
pra quartum de morbo. Si igitur stra
bositas fuerit a natiuitate: tunc a prin/
cipio potest aliquo modo rectificari.
⁊ non est alter modus nisi ꝙ candela
ponatur sibi ex opposito illius strabo
sitatis: vel filum rubeum: vel aliqua
res pendens quā intueatur: ⁊ ita ex cō
tinuo videre in oppositum rectificabi
tur ⁊ ad medium reuertetur: ⁊ ita quā
do parua fenestra est in domo ꝑ quaꝫ
intrat lux si pariter paruus frequenter
respiciat ipaꝫ ex obliquo efficietur stra
bo. a talibus igitur aduertendum. Nūc
autem strabositas aliquando venit in
adultis propter spasmum de inanitio
ne: aut de repletione: aut propter mol
lificationem ⁊ paralisim: aut propter
epilensiam: ⁊ propter capitis consimi/
les passiones: ⁊ tunc curabitur strabo
sitas illis curatis.

¶ De eminentia oculi.

(s) Ecunda passio que debetur
toti oculo est eminentia eius.
oculus enim eminet ⁊ egredi
tur ad exteriora propter multa. s. pro/
pter repletionem nimiā cerebri ⁊ ocu/
li ⁊ totius corporis: ⁊ propter ventosi
tatem: ⁊ propter apostema cerebri: ⁊
similia impellentia oculum ad exterio
ra. Fit ⁊ propter mollificationem ⁊ pa
ralisim lacertorum mouentium oculos
quare cadit oculus versus exteriora ⁊
eminet. fit etiam propter nimium capi
tis dolorem ⁊ propter vomitum: ⁊ pro
pter nimiū clamorem: ⁊ propter nimiū
conatum in assellando sicut in tenasmo
ne. ⁊ in expulsione fetus. Si aūt eminē
tia fuerit modica tunc sufficit paruitas
cibi ⁊ potus: ⁊ ꝙ iaceat resupin[9]: ⁊ ꝙ
oculus collirizetur cum aqua ro. vbi
sit sumac. ⁊ cortex thuris. Si aūt emi/
nentia fuerit magna fiat phlobotomia
cum conuenientia particularium. dein
de sequatur farmacia. deinde fiat ven/
tosatio in collo. deinde fomētetur ocu
lus cum aqua decoctionis gallarum su
mac. balaustie. masticis. thuris. ⁊ cum
spongia frequenter oculus fomentetur
vel ꝙ fiat emplastruꝫ ex farina fabaꝝ
⁊ thure. ⁊ albumine ouorum: ⁊ nucleis
dactilorum adustorum.

¶ De profundatione oculi.

(o) Culus enim profundatur ꝓ/
pter malitiam fe. propter vi/
gilias nimias: ⁊ angustiam. ⁊

fticiam. ⁊ propter similia consuman
tia humiditates cõnaturales oculi. Re
moueantur igitur illa ⁊ fiat curatio cũ
cibis humectantibus. ⁊ fomentatione
cum aqua calida dul. ⁊ similibus.

Clarificatio. Intelligendũ ꝙ oculus emi
nens minus videt ꝙ̃ mediocriter pro/
fūdatus: qꝛ spũs disgregantur: ⁊ per
eandem rationem oculus magnus pe/
ius videt ꝙ̃ paruus: qꝛ spiritus disgre/
gantur. in paruo autē mediocriter cõ
gregantur. quoniam virtus vnita forti
or est seipsa dispersa. ⁊ ideo melius vi
dent qui habent pupillam angustā na
turaliter. larga autem pupilla nocet vi
sui siue sit naturaliter siue accidentali/
ter: sicut scribitur quarto de morbo. In
telligendum etiam ꝙ in obscuritate vi
sus sicut dictum est: balsamus ⁊ fella
auium viuentium de rapina faciunt fe
stum celeberrimum. supposito bono re
gimine: ⁊ ꝙ corpus sit mundificatum.

¶ Caplm. vij. de passionibus palpe/
brarũ: ⁊ primo de scabie ⁊ pruritu pal
pebrarum.

Quando materia sal
sa nitrosa aut alia adu
sta currit ad palpe/
bras: primo generat
pruritum. postea si cõ
tinuetur generat scabi
em. deinde asperitatem. deinde ruborē
deinde vlcerationem. Primum igitur
consilium est ꝙ mundificetur corpꝰ iu
xta naturam humoris peccantis: ⁊ po
stea distrahatur materia ad opposita.
deinde illiniãtur palpebre cum isto me
dicamine. ℞. eris vsti. cathimie lote: ce
ruse. lote. añ. ʒ. j. aloes: myrrhe. añ. ʒ. j.
salis armoniaci. floris eris: añ. ℈. 5. pul
uerizentur ⁊ conficiantur cum melle.
Et si aliqua eminentia remanet manu
cirurgica abscindatur.

¶ De petrificatione in palpebris no
do siue lupia.

Curetur igit sic. ℞. armoniaci
oppoponac. galbani. añ. ʒ. j.
temperentur in aceto fortissi/
mo per diem ⁊ noctem. malaxentur ⁊
fiat emplm. hoc enim mollificat ⁊ re/
soluit. Si autem sic non curetur ad ma
num cirurgicam recurramus: ⁊ interi/
or palpebra inuersetur ⁊ abscindatur.
⁊ nodus seu lupia seu eminētia seu pe
trificatio abstrahatur. ⁊ curetur vulnꝰ
sicut vulnera debent curari ⁊c.

¶ De conglutinatione palpebrarum
⁊ earum inuiscatione.

Abluatur oculus in primis cũ
aqua decoctionis feniculi: ci/
mini. ⁊ salis: ⁊ imponatur me
dicamen de fenugreco. ⁊ semine lini: ⁊
aloe: ⁊ sarcocoll. ⁊ si ex his non sepa/
rentur ad manum cirurgicam recurra/
mus. Eleuetur igitur palpebra ⁊ iuer
set cum hamo quātū erit possibile. ⁊
scindatur qđ coniunctum est: ⁊ abluat
cum aqua salis ⁊ cimini: ⁊ pãnus lineꝰ
in medio imponatur ⁊ fiat emplm de
vitello oui ⁊ oleo ro. ⁊ desuper appo
natur ⁊ ligetur.

¶ De separatione palpebrarum.

Separantur palpebre aliquan
do a natiuitate aliquãdo post
⁊ si post hoc est propter vul/
nera male curata. aut propter excrescē
tiã carnis ⁊ silia. aut fit pp ianitionē ⁊
spasmũ ⁊ corrugationē. aut fit pp mol
lificationem lacertorum mouentiũ pal
pebras: aut propter spasmum de reple

tione in lacertis mouentib9 palpebras. Et si fuerit a natiuitate non recipit cu rationez. Et si fuerit propter vlcera ex crescentia: curentur illa pri9. Et si fuerit propter inanitionem humectetur totum corpus cum cibis et balneis. et fomentetur caput et oculos cum humidis. Si autem fuerit ex mollificatione purgetur caput. deinde siccatiua ponantur et curetur sicut paralisis. Si autem superueniat propter spasmuz de repletione: curetur sicut dictuz est in spasmo de repletione. s. q purgetur corp9 et reliqua.

De ordeolo.

P Urgetur corpus. deinde illiniatur cum opoponaco resoluto in vino. deinde si non: curetur cum diaquilon. deinde cuz isto medicamine. ℞. fermenti. muscarū capitibus ablatis: laudani. mirte. olibani. myrrhe. añ. conficiantur cum fece olei de lilio: et ordeolo applicetur.

De carnositate in palpebris

C Onsumatur cum isto medicamine. ℞. aloes memite. sarcocol. nutrite: litargi. añ. ℈. ij. floris eris. ℈. s. conficiantur cum succo celidonie. Si aūt ex his non curatur: ad manum cirurgicam recurramus: abscindatur igitur quicquid est preter naturam: et postea apponatur sal et ciminum masticatum. deinde pānus subtilis. postea emplastretur totus oculus cū stupis intinctis in albumine ouorū.

De pruritu palpebrarum.

I N primis fiat phlobotomia et purgetur sm exigentiaz humoris peccantis: et fiant ventose in collo. Et si pruritus fuerit cum rubore in pricipio apponatur istud medicamen. ℞. sumac. se. portul. lentium excorticatarum. añ. ℈. j. puluerizentur et conficiantur cum oleo ro. et albumine ouorum: et si antiquatur fiat sicut dictum est superius capitulo de scabie. Et si pruritus fuerit sine rubore curet cū sarcocol. nutrita et suc. celidonie.

De vlceribus palpebrarum.

I N primis decoquantur lētes: et cortices malorum gra. in vino albo debili: et abluatur vlcus. deinde apponatur collirium de vitello oui: et croco: et olibano: et si est ibi sanies abluatur cum aqua salsa.

De pinguedine in palpebra.

I N primis illiniatur palpebra cū medicamine facto de aloe et acacia croco et aceto. Et si ex his non curetur: ad manum cirurgicam recurramus: fiat igitur incisio modica in palpebra vt pinguedo fluat et paulatine hincinde comprimatur donec pinguedo exiuerit: et tunc pannus intinctus in aceto et aqua salsa desuper apponatur.

De apostemate duro in palpebra.

A Liquando accidit apostema durum rubeum in palpebra: et postea denigratur et est turpis aspectus: mundificetur corpus cū phlobotomia et farmacia: et repercutiatur materia cum acacia et bolo armenico: et succo plantaginis. deinde abluatur cum aqua et aceto. deinde malaxetur cera cuz oleo de camomilla et desuper apponatur.

De tumore palpebrarum.

I Nflantur palpebre. aliquando propter causas extrisecas aliquando propter intrinsecas: sicut est propter pūcturam aranee et siliuz: aut pter rubū et alia et silia.

Si propter causas intrinsecas: sicut sūt vigilie: aut nimius somnus: aut ydropisis: aut cacochima: aut subeth. ⁊ similia. Si igitur fuerit propter causas intrinsecas curentur illa sicut oportet. Et si fuerit propter puncturam animalium venenosorum apponatur desuper tiriaca. cum sale gēme. Et si fuerit propter ruthā ⁊ alia ⁊ similia calida. ponatur oleum ro. cum albumine oui.

¶ De verucis in palpebra.

Si veruca palpebre vergat ad duriciem ⁊ siccitatem purgetur melencolia: ⁊ si ad ruborem ⁊ humiditatem fiat phlobotomia deinde remoueatur cum lacte ficus pastato cum farina tritici: vel cum lacte titimali mixto cum farina ordei. vel cōstringatur cum pilo equino vel abscindatur deinde locus cauterizetur.

¶ De difficultate claudendi ⁊ aperiendi palpebram.

Si causa est materialis purget corpus ꝭm exigentiam humoris: ⁊ si materia est ca. soluat cum volubili. deinde spongia intincta ī aqua ca. frequenter super oculum apponatur: vel imponatur albumen oui cum oleo ro. vel assungia galline cum mucillagie seminis lini ⁊ oleo ro.

¶ De casu pilorum palpebrarum.

Si ex defectu materie humectetur corpus ⁊ caput ⁊ oculus. ⁊ calida attractiua oculis imponatur. Si aūt fuerit ex humore malo ⁊ corrumpente radicem pilorū purgetur corpus ꝭ exigentiam humoris. ⁊ si fuerit ibi rubedo illiniatur cuꝫ malogranato cocto cum totalitate sua. Et si fuerit ex grossicie palpebre aut hūoris inungatur locus cum isto medicamine. ℞. spicanardi: stercoris muris: laudani: ossium dactilorum vstoꝝ stercoris hirundinis: ana. ℈. j. conficiantur cum melle.

¶ De pilis additis ⁊ inuersis in palpebra.

Vellatur pilus additus aut inuersus in palpebra: deinde vngatur locus cum sanguine rane. aut pediculi: aut catuli canis: aut fiat cum ouis formicarum contritis: aut cum rubigine ferri ⁊ saliua. aut cum isto. ℞. psilium ⁊ fiat mucillago ⁊ exprimatur. Deinde. ℞. spumaꝫ maris sal armoniaci. vngule asini aduste. misceantur ista cuꝫ aceto fortissimo ⁊ mucillagine dicto: ⁊ illiniatur locus. ⁊ si non sic curetur cauterizetur locus. ⁊ postea inungatur locus cum albumine oui ⁊ oleo ro. Aliqui enim accipiūt pilum inuersum ⁊ ponunt in foramine acus: ⁊ deinde perforando palpebraꝫ reducunt ad ordinem nālem.

¶ De pediculis palpebrarum.

In primis igitur purgetur caput cum yerapigra. deinde fomentetur palpebra cum aqua decoctionis blete. staphisagrie. salis petri. ⁊ sulphuris. deinde inungatur cū isto vnguento. ℞. salis armoniaci: aloes: succotrini: aluminis. staphisagrie. cōficiantur cum aceto squill.

¶ Caplm. viij. de passionibꝰ auriū.

Instrumentum auditus est compositum ex osse petroso ⁊ neruo expanso: ⁊ neruo obtico cōcauo: ⁊ aere quieto: ⁊ ex diuerticulis ⁊ circūuolutionibus anfractuosis in foramine: ⁊ cartillagine exteriori apparente circa foramen

ad modū ostraceo℞. Intelligēdū est ꝙ cū aer ꝯquiet⁹ q̄ est nālis in neruo cōca uo mouet̄ pp aerē exteriorē tūc fit au/ditus. Auditui tñ veniūt tria accñtia sicut ⁊ alijs sensib⁹ ꝑm Gal. iiij. de mor/bo: qm̄ aut aufert: aut minorat̄ aut corrūpit̄. Aufert̄ qñ nihil audit sic̄ in sur/ditate. Minoratur qñ nō audit nisi clametur. Corrūpitur qñ audit sonos strepitus ⁊ sibilos ⁊ silīa intra aurē.

Cause. Nocumētū audit⁹ aut ꝓuenit a natiuitate: aut p⁹ si post aut pviā crisis: aut sine crisi: aut est ab int⁹: aut ē ab extra. Si ab extra sicut casus obuiatio tonitruū: puluis: pulices ⁊ silia. Si ab int⁹ aut est pp nocumētū in istrumēto audit⁹: aut pp cō passionē aliquo℞ mēbro℞. Si pp alia mēbra: sicut sūt passiōes capitis: aut dētiū. aut retētio fluxus ⁊ silia. Si pp instrumētū audit⁹ h̄ est aut pp spūm q̄ ꝓuenit a cerebro p neruū obticū: aut pp neruū expāsū: aut pp nocumētū q̄d ē in foramine. Si pp spūm aut h̄ est rōne quātitatis dīminute: aut rōne sue male q̄litatis: aut q̄ nimis ca. aut frigid⁹. aut grossus ⁊ ita de alijs. Si pp neruum ⁊ ossa h̄ est pp tria: aut pp malā ꝯplexionē calidā. frigidā. siccā. ⁊ hūidā. simplicē. aut ꝯpositā. cū mā. aut sine mā. aut pp morbū officialē sic̄ ē. duricies. apostēa. oppilatio nerui obtici. aut pp morbū cōe3: sic̄ est solutio cōtinuitatis. Si aūt fuerit in foramine ⁊ locis vicinis: h̄ est pp tria sicut dictū est. Si pp malā cōplexionē. aut pp morbos officiales sic̄ est. oppilatio facta pp saniē. aut san. aut hu. aut verrucā. aut carnē additam. aut pp vermes. aut apostēa. ⁊ silia. Si pp morbū cōe3 sic̄ est solō ꝯtinuitatis.

Signa. Si ꝓueniat nocumētu3 nā vel a causis primiti/uis vel ab egritudinib⁹ capitis. vel aliorū mēbro℞. vel si fuerit pp crisim. ista sūt satis māifesta volēti cōsiderare. Si aūt fuerit pp nocumēta q̄ sūt in foramine ponat̄ in loco luminoso ⁊ erit manifestū. Si aūt fuerit pp nocumēta intrinseca in neruo ⁊ osse ⁊ alijs vbi est p se iudiciū de auditu. tūc vīr si est cū mā ē cū grauitate capitis ⁊ loci. ⁊ ꝯriū si sit sine mā. Secūdū signū erit: qm̄ ōis discrasia ledit̄ a silī ⁊ iuuat̄ a ꝯrio. ⁊ ita poterim⁹ deuenire in cognitionē discrasie p iuuātia ⁊ ledētia. Intelligendū tñ ꝙ plenitudo corpis ipedit iudicium de cōferētibus ⁊ nocētib⁹ alterantib⁹: q̄ si discrasia est calida. ⁊ corp⁹ est plenū: ⁊ ledit̄ a calidis rōne silitudinis. ⁊ ledit̄ a ꝯrijs: sicut a frigidis rōne cōpressiōis solutionē ꝯtinuitatis īducēdo. ⁊ ita ītelligo de frigidis. In corpib⁹ igit̄ plectoricis multū fit lesio in silib⁹ ⁊ ꝯrijs: ⁊ iō multi cōiter decipiūt. Si igit̄ discrasia fuerit ca. sentit̄ calor ⁊ dolor: ⁊ ledit̄ a calidis. Si aūt fuerit mala ꝯplexio frigida: sentit̄ frigiditas ab iteri ⁊ ledit̄ a frigidis: ⁊ iuuat̄ a calidis mā minora/ta. q̄ in corpe pleno fit dissolutio māe ⁊ ita nocumētū mai⁹. Si aūt a cā sicca adsūt vigilie: ⁊ vt plurimū leuitas capitis. Si aūt fuerit ab hūiditate tūc tumor in facie. ⁊ de facili īcurrūt in reuma. ⁊ cū grauitate. Et si fuerit ex apo/stemate: est semp dolor magnus ⁊ pulsatio ⁊ febris saltī ephimera. Et si fuerit ex vlcē. ē ibi pūctura: mordicatio ⁊ dolor. Et si ex vermib⁹ est ibi dolor circūuolutiu⁹ vertiginosus. Expimētū āt vtrū fuerit ibi hūiditas aquosa sanio/sa. Accipe spōgiā ⁊ calefacias igni: ⁊ pānus line⁹ duplicat⁹ calidus supponatur spōgie ⁊ applicet̄ auri. ⁊ dormiat desup. ⁊ de māe iueniet pānū macula/

tum: ꝛ si nō ꝑculdubio nō est passio auris ex humiditate nec sanie nec aquositate ex aliꝭs enim est.

Pronostica. Surditas natiua nō curat. Surditas ātiqua est desperata: ꝛ appellatur antiqua postq̄ trāsiuit duos annos. Surditas ex solutione cōtinuitatis neruoꝝ auditus interius est incurabilis. Surditas q̄ mō crescit ꝛ mō minuitur est remediabilis. Surditas ab apostemate duro est incurabilis.

Cura. Circa curationē cadūt nouem canones. Primus. s. ꝙ nihil in auribus apponat multū calidum: nec multū frigidū sed tepidum vel tēperatū. Secūdus canō est ꝙ medicamē nō stet i aure vltra tres horas. Tertius canō est ꝙ anq̄ scōꝫ medicamē apponat ꝙ primū expellat: vt iacēdo supra illam aurem vbi est passio: ꝛ cū hoc cū instrumēto mūdet foramen auris ꝛ cū tussiēdo mūgēdo: screādo: sternutādo. Quarta regula ꝙ medicamina q̄ ponunt i aurib⁹ sint liquida: vt melius possint penetrare ꝛ silr velocius exire. Quinta regula ꝙ ea q̄ ponūtur in aurib⁹ sint in pua quātitate. Sextus canon ꝙ qn̄ medicamē est ipositū ꝙ iaceat supra ptē sanā. Septima regula ꝙ nihil apponat in aurib⁹ nisi corpus sit mūdificatū. Octaua regula ꝙ si pōt fieri curatio cū fomētationibus ꝛ emplastris ꝙ fiat ꝛ elōgem⁹ iniectionē quātū possum⁹: qm̄ qđ igredit postq̄ fecerit opationē suā nocet nisi diligētissime mūdet auris vt dictum est. Nona regula est ꝙ si hūores sūt subtiles mediocriter ꝛ multa oppilatio est in corpore: euacuare possum⁹ sine digestiōe: q2 mā erit satis obediēs. Si aūt mā sit grossa ꝛ corp⁹ oppilatū: tūc digestiua ꝑcedere debēt. Curatio pticularis erit ista: si cā ē ca. ꝛ corp⁹ plenū fiat phlebotōia de cephalica. ꝛ purgetur caput cū electuario de succo ro. ꝛ fomētet auris cū aq̄ decoctiōis rosaꝝ: salicis nenuphar. lactuc. maurelle. s. ꝙ fum⁹ recipiat per aures. vel vt ꝙ lana vel tela inungat in oleo ro. nenuphar. ꝛ in oleo de salicibus: ꝛ in oleo de camomill'. ꝛ ab extra supra aurē applicent. Ultimo pn̄t predicta olea instillari cū lacte iuxta canones datos. Si āt mā fuerit frigida. tūc digeratur materia cū vtraqꝫ saluia. ꝛ vtroqꝫ calamēto ꝛ raphano: ꝛ fiat sirupus cū melle ꝛ aceto: ꝛ purget cū yera logodion ꝛ yerap. vel cū istis pillulis. ℞. aloes. turbith. cortic. mirabolan'. chebul'. bn̄ gumosoꝝ. an̄. ʒ. iꝭ. ʒinʒiberis. anisi. liquir. munde. bdelliꝭ. pulpe coll'. an̄. ℈. ij. cōficiant cū oxill'. squill'. ꝛ fiat pillule. ꝛ dent. ʒ. ij. vel. iij. iuxta cōueniētiā pticulariū. postea recipiat fumū istaꝝ reꝝ. ℞. baccaꝝ lauri ꝛ foliorꝫ eius. ruthe. spicanar. anisi. maratri: cētauree: raphani. an̄. ℥. ij. cōquassantur ꝛ bulliāt in vino albo. ꝛ fumus recipiat ꝛ vltimo distilletur balsamus ꝛ fel ancipitris ꝛ aqua raphani distillata. Intelligendū ꝙ mālia q̄ valent in surditate ꝛ in passionibus auriū de cā frigida hic subscribent. ꝑ tāto: q2 cā frigida frequēti⁹ aduenit. ꝛ iā huiꝰ mālib⁹ scitis formā opandi pticularē idustrie medici reliquamus. s. ꝙ operet cū istis mālibus vel cū vno: vel cū multis: vel ab intus: vel ab extra: vel p modū suffumigationū: vel emplastroꝝ: vel oleorum: vel vinoꝝ: vel vnguentoꝝ applicatoꝝ: vel per se. vel cū cera: vel lana: vel spōgia: vel tēta ꝛ ita de oīb⁹ aliꝭs. Mālia aūt sunt ista. vinum al. acetum al. oleum cōe. lac mulieris. fella auium

viuentiũ de rapina: aqua raphani di/
stillata. balsamus. castoreũ. ellꝰus al. ca
lamentũ coloquintida. radix cucume
ris asinini. celidonia. rutha. storax. ca/
lamita. camomilla. folia lauri. centau/
rea. eufor. aloes. myrrha. nitrũ. absin/
thium. sinap. oleũ sisaminũ. iuniperiũ.
ꝛ cõsimilia multa. Uermes aũt inter/
ficiunt sic. ℞. aloes. myrrhe. suc. absin
thij. oleũ amig. amararꝫ. aceti fortissi/
mi misceant᷑ ꝛ auribus instillent.

Clarificatio. Intelligẽduz ꝙ licz ellꝰus
multas hẽat ꝓprietates ꝛ violẽtas: sicͫ
patet intuẽti. virtutes eiꝰ nihilominꝰ in
ꝑua quãtitate administratũ põt cõpete
re in passionibꝰ auriũ. ꝛ lz nõ cõpetat
ex certis virtutibus ex primis cõpetit
qm̃ fortiter calefacit penetrat ꝛ desiccat
ꝛ cõsumit residuũ mãe: ꝛ iõ nõ cõpetit
nisi i corpe mũdificato. Aliter igit opa
tur in stomacho in corpe pleno: ꝛ alr i
foramie auris corpe mũdificato: ꝛ alr
ẽt in corpibus exteriorib: sicͫ in pisci/
bus cũ ponit in vinario. ꝛ in muscis. ꝛ
in pulicibꝰ cũ ponit in semẽto. Si igit
apponat in pas. auriũ cũ bona cõueniẽ
tia ꝑticulariũ nõ nocet: sed iuuat: licz
oẽs sue virtutes sint excedẽtes: tũ qꝛ ab
extra. tũ qꝛ in parua quãtitate apposi/
tum. ꝛ qꝛ parum moratur.

¶ Caplm. viij. de tinnitu ꝛ sibilo.

Tinnitus est cor/ruptio auditus: sicut apparitio muscarꝫ. pilorꝫ. ꝛ cimi/cũ est corruptio visus. vñ sicut auditus nãlis
fit cũ aer inundãdo mouet aerẽ itrise/
cũ cõquietũ. ita tinnitꝰ fit cũ vẽtositas:
ꝛ vapor cõmouet violẽter aerẽ itrinse
cũ quietũ: ꝛ ſm diuersitatẽ vaporis di
uerse siũt corruptiões in auditu. Aliqñ
apparet ꝙ sit ille tinnitꝰ ꝗ apparet post
pulsationẽ cãpane. Aliqñ apparet pa
tiẽti ꝙ sit pluuia magna. aliqñ ꝙ sit si/
cut sonus molẽdini: aliqñ ꝙ sit fragor
arborꝫ. aliquãdo ꝙ sit sicut mustũ bul/
liens in doleo in nouitate vinorꝫ. Tin
nitus igit est corruptio auditꝰ ꝑꝑ vapo
rẽ vẽtosum agitãtẽ ꝑ modũ inũdatio/
nũ violẽter aerẽ iterius cõquietũ.

Cause. Cã. n. tinnitus aut est ex/terior aut iterior. Si ex/
terior tũc est oẽ illud qõ cõmouet aerẽ
violẽter ꝛ cũ ipetu: sicut ẽ vomitꝰ: cur/
sus. labor. circũuolutio. crapula. ebrie/
tas. multiplicatio ciborꝫ indigestibiliũ
casus. fames. angustia ꝛ similia. Si cã
sit intrinseca tũc est: aut priuata. aut re
mota sicut est crisis. aut repletio capi/
tis. aut vapores ascẽdẽtes a stomacho
aut a corpe. Si priuata aut est ꝑꝑ acui
tatẽ sensus: qꝛ spũs est siccus. aut ꝑꝑ de
bilitatẽ capitis ꝛ corpis. aut ꝑꝑ vapo/
rem grossum ventosũ qui per modum
inũdationis ꝑcutit aerẽ.

Signa. Cãe primitiue satis pa/tẽt iudicio patiẽtis. Si
sint cãe rẽote: tinnitꝰ ẽ cũ iterpolatiõe.
Et si cã ẽ priuata seu ꝯiũcta cõtinue ve
nit. Et si ẽ ex acumine sensus: tũc post
cibũ minorat: ꝛ ante magnificat. Et ẽ
notãdũ: qm̃ licz tinnitus veniat ꝓpter
vapores ascẽdẽtes a stomacho. nihilo
minꝰ post cibũ minorat: ꝛ iõ credũt mlͭ
ti tẽ ꝙ illa passio capitis aut nariũ aut
oculorꝫ sit ꝑꝑ inanitionẽ postꝙ̃ reme/
diat cibꝰ assũptus: h ãt fit qꝛ cibus cõ/
primit vapores: ꝛ iõ postꝙ̃ cibꝰ incipit
ebullire: passio est peior ꝙ̃ añ: ꝛ si esset
ex inanitiõe nõ fieret. Si ãt ex debilita
te: hoc ẽ ꝑꝑ aliquã de malis cõplexio/
nibus: qꝛ egritudines lõge precesserũt

malam complexionem inducentes. Si est ex ventositate sentitur ascẽsus ꝛ de/scensus: sicut cũ mustũ bulit. Et si ventositas vergat ad hũiditatẽ videt plu/uia. Et si vergat ad grossiciẽ videt so/nus molẽdini. Et si vergat ad siccitatẽ vergit ad sonũ arboꝝ cũ frangãtur.

Pronostica. Ista enĩ sunt ꝑuia ad surditatem: ꝛ si diuturnant non curant.

Cura. Si cã est pꝛimitiua de facili curabit illa remota. nisi coꝛp⁹ esset ad hoc valde apparatũ. Et si fuerit ꝓpẽ acumẽ sensus. tũc instillet in aurẽ castoꝛeũ. granũ pini cum aceto mixtũ. Si aũt fuerit mãlis. purget coꝛpus ſʒ paulatine. Et ẽ intelligenduʒ ꝙ medicamina debẽt mutari nõ quo ad virtutem ſʒ q̃ ad ſpẽm ꝛ ad modũ: qm̃ õ ꝓpꝛietate medicaminũ ẽ ꝙ iuuẽt vnũ mẽbꝛũ ꝛ nõ aliud. ꝛ iuuabũt istũ ꝛ nõ aliũ: ꝛ iuuabũt vnũ in vno tpe ꝛ nõ in alio: ꝛ hoc ẽ mirabile. ꝛ foꝛte facit hoc varietas ꝓpꝛietatis trine acq̃site ex oꝛbe. Digerat igitur mã cũ oxill. diuret. ꝛ purget cũ yerap. acuata cũ eufoꝛbio. aut purget cũ yeralogodiõ acuata cuʒ pulpa coll. ſʒ exhibeant in ꝑua quãtitate iuxta ꝯueniẽtiã pticulariũ. postea fiant caputpurgia. deinde suffumigatio/nes. ꝛ postea iniũctiones. ꝛ vltimo cauteria. Uitent balnea ꝛ fomentationes: qm̃ cõmouent mãm. ꝛ si cõpetant hoc est in declinatione coꝛpe mundificato. Mãlia aũt ex q̃b⁹ fit suffumigatio aut iniectio aut stupha: sunt ista ell's al. eufoꝛbiũ. castoꝛeũ. spicanar. spica celtica. calam⁹ aromatic⁹. rutha. calamentuʒ. anisũ. marat͡ꝝ. bacce lauri. folia lauri. suc: poꝛr. suc. cepe. Oleũ muscellinum. oleũ de lilio. oleũ costinũ. ꝛ de rutha. ꝛ castoꝛeo. oleũ laurinũ. anetinũ. oleũ amigd. amarax. oleũ nardinũ. Aqua raphani distillata. vinum albũ purum:

Clarificatio. Intelligendũ qm̃ q̃cquid dicãt auctoꝛes meli⁹ est dimittere narcotica hoc in casu ꝙ apponere. ꝛ si ꝯtingat apponere ꝙ caloꝛ sit magnus. ꝛ ꝙ narcotica apponant in ꝑua quãtitate: ꝛ ꝙ sint bñ repssa cũ castoꝛco. ꝛ croco: ꝛ ꝙ paꝝ moꝛent. Judicio tñ meo sufficit qd̃ dictũ ẽ in acuitate sensus. s. castoꝛeũ granuʒ pini. ꝛ acetũ: cũ oĩa instrumẽta auditus sint frida neruosa ossuosa. Secũdo notãdũ circa mãm ꝑcedẽtẽ ꝛ ſb'sequẽtem. ꝙ hõ hʒ ꝯplexionẽ magis tẽperatã inter oĩa aĩalia. ꝛ iõ oĩa excedit in sensu tact⁹. Jn aliis aũt sensib⁹ excedit iuxta illõ. Nos ap auditu. linx visu. simia gustu. Uultur odoꝛatu ꝑcellit. aranea tactu. Et ẽ aduertendum de aranea nõ excedit hoĩeʒ i sensu tactus. ꝙ meli⁹ sentiat. hoc enĩ hʒ hõ solus ꝛ ex tẽperamẽto sue ꝯplexiõis. ſʒ aranea excedit hoĩem quãtũ ad oꝛdinationeʒ sue texture seu tele. Tertio intelligẽdũ ꝙ surdi a nã sũt muti. q2 loq̃la nõ inest nobis a nã ſʒ ab inq̃sitiõe. ꝛ iõ dicit ꝙ auditus est poꝛta intellect⁹. ꝛ ꝓpter hoc versificatoꝛ dicit. Quicq̃d roma legit quicq̃d studuistis athenis. Quicq̃d ad elenchos arguto disputatoꝛe. Gallus et in modica iactitat arte lingua. Quicq̃d ꝑ artes diurno pectoꝛe sentit. Cessit ab auditu docilis pꝛudensq3 perisset. Littera si surdis aurib⁹ esset hõ. Quarto aduertendũ qm̃ licʒ dictũ sit ꝙ surditas nãlis nõ recipiat curationẽ. istud verum ẽ si veniat pp malã cõplexionem nerui obtici. sed si venerit pp aliq̃s oppilatiões potissime in via q vadit exterius: tunc potest curari: cum oppilatio põt remoueri. Quinto notãdũ quicq̃d

dictū sit ex hoc etiam dicet ꝙ in vehe
mētissimo dolore auriū cū cā sit calida
nō solū est vtile apponere opiū auri/
bus imo est necessariū:qꝛ dolor aliqñ
est rabiosus:⁊ tūc non habemꝰ viā nisi
ꝙ apponat opiū cū lacte mulieris ca/
storeo.⁊ croco.sicut dicet in capitulo
immediate sequēti.

¶ Caplm.x.de dolore auris ⁊ apo/
stemate intrinseco.

Dolor auris:aut ꝓuenit a cau
sis extrinsecis:aut ītri/
secis.Si extrinsecis si
cut est vētus validus:
aut calor.aut frigus.ca
sus obuiatio:aut aliqua res cadens in
aurē.Si ab intus ħ est aut pp morbos
cōsimiles sicut est aliqua malaꝝ cōple
xionū cū mā:aut sine mā:aut est ꝓpter
morbos officiales:⁊ potissime pp apo
stēata colerica sanguīea phlegmatica.
aut melācolica: aut ē pp morbos cōes
sicut est solutio cōtinuitatis.

Signa. Si est ex causis extrīse
cis hētur iudicio patiē/
tis.Si ex extrinsecis ⁊ fuerit ex calore
tūc sentit calor ⁊ ledit a calidis:ecōtra
est de frigidis.Et si est ex apostemate:
dolor venit subito ⁊ fe.Et si ex co.⁊
dolor intollerabilis ducēs aliqñ ad pa
rafrenesim:cū pūctura ⁊ mordicatio/
ne ⁊ vigilijs ⁊ inqetudine.⁊ mala tole
rātia patiētis.Et si ex san. fuerit apo/
stēa auris tūc ē cū pulsatiōe.Et si ē ex
phlegmate:tc̄ ē dolor extēsiuꝰ cū dolo/
re remisso:⁊ si ē ex melācolia: ē dolor
grauatiuus ⁊ dolor remissus: ⁊ si ē ex
vētositate venit paulatie:⁊ si ex solone
ꝯtinuitatis:ē cū pūctura ⁊ mordicatōe

Pronosticatio. Dolor aurium
fortissimꝰ cū apostēate ca.in īteriorībꝰ
auris ē molestissimꝰ ducēs ad terribilia
accñtia.dolor auriū acutissimꝰ ē mor/
talī ī iuuenibꝰ:deiñ minꝰ ī pueris: deiñ
tardiꝰ ī senibꝰ.Apostemata auriū ve/
niētia ꝑ viā crisis si veniāt añ signa di/
gestionis ⁊ in die nō cretico: ⁊ cū alijs
malis signis molestia sūt ⁊ valde ꝑicu
losa.Si āt veniāt post signa digōnis
cū alijs bonis signis euadere pñt ⁊c.

Cura. Si fuerit ex causis primi
tiuis illis remotis fit cura
tio.Et si fuerit ex illis q̄ ceciderūt ī au
rē inferiꝰ dicet.Et si fuerit dolor ex cau
sis.ītrīsecis ⁊ cā fuerit mālis mūdificē
tur corpa sic oꝫ.⁊ dieta ꝯueniēs admi
nistret:deiñ fiāt īstillatiōes in auribꝰ de
rebꝰ frigidis.Si cā ē ca.q̄ sūt ista.oleū
ro.aqua.ro.acetū.oleū nenuphar.⁊ sa
licis.⁊ muscillaginis psilij.⁊ cucurbit.
⁊ lactuc.⁊ maurell.Et si cā ē frigida ī
stillent ca.sic ē rutha.maiorana.cala/
mētū.spicanar.anisū.storax.calamita.
castoreū:⁊ multa cōsilia:quoꝝ vnum
aut multa pñt bulliri ī oleo:aut vino:
aut ī aq̄ raphāi ⁊colata auribꝰ īstillari

Clarificatio. Intelligen/
dū ꝙ curatio
apostematis auris differt a curatione
alioꝝ apostematū in duobꝰ. Prio in
repcussiuis:qm̄ directe nō cōpetūt rep
cussiua:sꝫ magis mitigatiua.cuiꝰ cura/
tio est qm̄ timēdū eēt ꝙ mā curreret ad
aliqd mēbrū nobile:vt ad subam cere/
bri ⁊ ita posset cāre frenesim.aut litar/
giā: ⁊ si iret ad pulmonē ptisim ⁊ silia.
Intelligēdū tñ ꝙ si dolor eēt ītolerabi/
lis ⁊ despatus:tūc possent apponi non
solū repcussiua sꝫ narcotica. Secūdo
differt a curatiōe alioꝝ apostematū in
maturatiuis:qꝛ pure maturantia ca.⁊
hu.nō debēt apponi nisi eēnt ibi multa

cca sicut possumus elicere hãc sisiam ex dictis Gal. v. de ingenio sanitatis capitulo. vj. loquẽs de vlceribus aurium vbi medicus ille credebat esse apostema in aure ĩperatoris: et iõ imponebat putrefactiua. sed ipse docuit apponere tũc ratione vlceris et saniei et apostematis: si ibi esset cũ ferrugine ferri minutissime trita et stercore columbino et aceto et q̃ bulliãt vsq; ad spissitudinez mell'. q: sicca cõpetũt rõne cõplexiõis mẽbri qm̃ et licz curatio morbi fiat p cõtraria. nihilominus mẽbri cõplexio p similia est cõseruãda. Nõ igit pure maturatiua et putrefactiua et saniei generatiua cõpetũt in apostematibus aurium: dato q̃ esset sine vlcere. Differt igitur curatio apostẽatis auris cõiter loquẽdo et quo ad repcussiua: et quo ad maturatiua. Incipiamus a curatiõe calidorũ apostematũ auriũ: supposito q̃ dieta laudabilis sit iniũcta: et q̃ pcesserint phlõia et farmacia et alia vlia q̃ precedere debẽt iuxta cõuenĩetiã particulariũ inijciat lac mulieris frequẽter: deinde inijciat oleũ ro. cũ pauco aceto bullito: deiñ oleũ sisaminũ: deiñ adeps anatis et galline: cũ mucillagine fenugreci. et se. lini. Deinde apponat istud medicamẽ qd quasi valet in oi apostemate auriũ: magis tñ in calido. ℞. farine volatil' molẽdini. ℥. iij. granorũ pini mucilaginis fenugreci. se. lini. añ. ʒ. ij. resine thuris. litargir. ceruse. añ. ℥. j. aceti. al. ℥. ß. cõficiant oĩa cũ oleo sisamino et cũ assũgia porci re. et põt aliq̃ portio istius medicaminis fieri ita clara vt aliqd auribus instillet: et aliqua ita dẽsa q̃ fiat emplastruz et apponat supra aurẽ. et est optimũ maturatiuũ. Si aũt apostema eẽt de cã frigida: tũc possũt addi cũ istis assũgia vulpina. ysopus. oleũ onfãcinum vel fiãt ista. ℞. scarabeos vermes q̃ inueniuntur sub vrceolo: et bulliãt in oleo scorpionis: et auribus instillet. Et si fuerit vehemẽs frigiditas: decoquat ibidẽ fel thauri donec fuerit dissolutũ. Itẽ in apostematibus frigidis. ℞. ruthe maiorane. spicanar. bulliãt in oleo cõi et oleũ auribus instilletur. In declinatione aũt apostematũ tã calidorũ q̃ frigidorũ: põt mũdificari auris cũ oxill'. diur. et vino albo. Si aũt dolor esset vehemẽs et intolerabilis: tũc facta phlõia et farmacia cogimur frigida apponẽ. Accipe igit philoniũ: et distẽperet cũ lacte mulieris et auribus instillet. Et si nocumẽtũ adueniat ex his: castoreũ bullitũ in oleo auribus instillet. Ista aũt nõ debẽt apponi nisi in mã colerica et in calore multo: et in dolore maxime sincopali et desperato. Et iõ antequã fiãt ista debẽt precedere aq̃ coriãdri succus maurelle: oleũ ro. oleum sisaminũ. acetũ. aqua ro. lac mulieris. Uigilem⁹ igit diligẽter: quia multos vidi mori in manibus restauratoris. et accidit mihi semel q̃ quidã restaurator antiquus patiebat in aurib⁹ dolorẽ intolerabilẽ. et pcesserũt purgationes vles et opationes pticulares iuxta doctrinã Gal'. et Aui. et aliorum auctorũ oium: et nihil penitus valebãt: et tũc apposui oleo de camomilla in auribus et feci saccellationes de camomilla: et in veritate curat⁹ fuit: quare pdest multa et diuersa apponere cũ medicamina non valent dum tamen sint regulata ratione.

Dolor auris sic curat si fuerit ex solutione cõtinuitatis.

r Ecipe myrrhe. thuris. licij. opij. galbani. nitri. croci. añ. ℈. ij. amig. excorticatarũ. ʒ. ij.

conficiant cum aceto ⁊ fiant trocisci. ⁊ cū vti volueris distēperet in oleo ro. ⁊ coletur: ⁊ in auribus instillet. Et si eēt vlcus antiquatū. ℞. conchilia marina al. assentur. ⁊ fiat pul. ⁊ misceatur cum oxill. coletur. ⁊ auribus instillet. Item ℞. caricarum. ⁊ bulliāt in lixiuio. ⁊ auribus instilletur.

Clarificatio. Intelligēdū est ꝙ frigida ⁊ hūida sicut est succus cucurbite. coriandrū: ⁊ similia possumus ponere in apostematibus calidis auriū gratia loci: qm̄ tale apostēa ñ idiget repcussiuis vt dictū est: sed competūt gratia accidentiū: quādo dolor est vehemēs valde ⁊ potissime qñ nō est vlcus. Et est ēt intelligēdū ꝙ maturatiua pñt cōpetere in apostematib⁹ auriū: ⁊ potissime cū multa sicca apponunt: ⁊ potissime qñ est sine vlcere nec alid ꝙ sit hic dictū est cōtrariū dicto Gal. v. de ingenio. cū reprehēdit medicū q̄ ponebat tetrafarmaca in auribus iperatoris ꝑ tanto qr ibi erat vlcus ⁊ sanies. ⁊ cū deberet apponere sicca abstersiua ⁊ mūdificatiua ipse ponebat hūida credēs ꝙ ibi esset apostema volēs illud maturare: ⁊ iō redarguebat ipm qr ignorabat ingenio q̄ sumunt ex morbo. ⁊ que sumunt ex accidentibus: ⁊ q̄ sumunt ex pticula patiente nō negauit igit Gal. quin bñ cōpeterēt maturatiua in apostematib⁹ auriū: dum tamē fieret vt dictū est.

¶ Caplm. xi. de vlcere auriū ⁊ sanie.

Causa saniei potest esse apostema intrinsecū vel extrinsecū cū fluit ab intus vel humor aliqs delegatus: vl fit ꝑpter debilitatē virtutis imutatiue ⁊ similibus. Signa sūt satis māifesta.

Curatio. In primis mūdificetur caput: ⁊ dieta tenuis iniungatur: ⁊ iaceat supra partem lesam. vt sanies fluat ad exteriora. Et si fuerit dolor inijciat vt dictū est oleum ro. opium. crocus. cum lacte mulieris. Et si causa fuerit calida fiat istud. ℞. squasmā ferri ⁊ frigat in sartagine ⁊ extinguat in aceto fortissimo: ⁊ h fiat octo vicibus semp acetum innouādo: deinde desiccetur: deinde puluerizetur: deide bulliat in aceto ⁊ oleo ro. ⁊ coletur ⁊ vna gutta in auribus instilletur. Et si cā fuerit frigida puluerizentur myrrha. castoreū. aloes. ⁊ bulliant in oleo laurino. colent ⁊ auribus istilletur. Deide mūdificet auris cū oxill. diur. aut cū vino al. aut cum aqua piscium salsorum. aut cum aqua oliuaꝝ salsarum. Si autem locus fuerit fistulatus proiiciatur in aurem fel thauri cū vrina pueri virginis.

Clarificatio. Si sanies ⁊ dolor cōcurrant: ⁊ dolor fuerit ita intensus ꝙ auferat somnū: primo incipiendū est a dolore licz sanies corrodat ⁊ multas malas qualitates habeat. pro tanto quia dolores prosternunt virtutes ⁊ dolor cū cōcomitat morbos omnes opationes impedit: sicut declarauim⁹ in tabula curationis morboꝝ.

¶ Caplm. xij. de san. fluēte ab aurib⁹.

Sanguis fluit ab aurib⁹ aut ab extra: aut ab itus: si ab extra sicut ꝑpter casum ⁊ ꝑcussionē: si ab intus aut cū crisi: aut sine crisi: aut ꝑpter multitudinē sanguinis: aut ꝑpter acumen.

Cura. Si aūt fuerit a causis ex/trinsecis: si particularia cō/ueniant fiat phlobā de parte opposita. deinde constringatur sanguis sicut dice/tur. Et si dolor est magnus ꝓpter ictū. ℞. medullā panis recenter cocti ꝛ itin/gatur in succo absinthij ꝛ vino ꝛ desuꝑ apponatur. Et si fiat ꝑꝑ crisim nihil hu/ius fiat nisi excederet. Et si ex multitu/dine sāguinis fuerit: fiat primo phlobā Et si ex acuitate mūdificet corp⁹: dein/de mūdificet auris cū succo porri ꝛ vi/no al. ꝓijciat in aurib⁹ succus plātagis. ꝛ succus burse pastoris. Deinde istud medicamen aurib⁹ instillet. ℞. acacie. psidie. balaustie. gallaꝝ. sumac. masti/cis. thuris. añ. ℥. j. pulverizent ꝛ buliāt in aceto ꝛ colet: ꝛ vna gutta aurib⁹ in/stillet. Et si fluat aquositas: nitrū ꝛ an/timonium bulitum in oleo scorpionū.

Clarificatio. Intelligendū ꝙ in curatiōe flux⁹ sanguinis ab aurib⁹: primo debe/mus divertere fluxū. secūdo debemus mundificare ne fiat ibi sanies aut apo/stema. postea debem⁹ cōstringere: ꝛ ita mundificativa precēdūt ꝯstrictiva. ꝛ lꝫ mundificativa aperiāt. nō tñ nocent: qꝛ sanguis discretus ē: ꝛ qꝛ statim ꝯsequū/tur ꝯglutinativa ꝛ ꝯstrictiva. q̄re ꝛc.

¶ Capitulum. xiij. de oppilatione au/ris cadente in ea.

Oppilatio ac/cidit in aure aliqñ pro/pter aquā. aut pul. aut pulices. aut vermes. aut verrucā. aut carnē sup/fluam aut panniculos: ꝛ similia.

Cura. Corpore igit mūdificato attrahat aquositas ꝑ hūc modū accipiat cānula ꝛ applicet auri ꝛ aliqua vil' ꝑsona attrahat forte ꝑ ca/put cāne anhelitū cū ore. Secūdo mō fiat sic. Accipe cānam cū qua pueri at/trahunt aquā: ꝛ expellūt ad longinquā distantiā ꝛ appellat in vulgari nostro regi⁹ lardira. ꝛ ponat extremitas can/ne in aure. ꝛ tūc baculus qui intus est re/pentē attrahat: ꝛ tūc nā q̄ nō ꝑmittit va/cuum attrahit fortissime aquositatē ad extra. Tertio mō fiat sic. ponat cāna in aure: ꝛ ignis ponat in alia extremitate. ꝛ aq̄sitas q̄ int⁹ ē dsiccet. aut ꝑ mediū canne ponat virga ferri ignita. aut reci/piatur fum⁹ ruthe. anisi. cimini. calamē/ti decoctoꝝ in vino. aut ponat in aurēꝫ spongia ligata cū filo aut lana. aut pan/nus line⁹ antiqu⁹ ꝛ subito extrahatur. Et si fuerint v̇mes interficiant cū ama/ris iniectis. sic̄ ē absinthium. centaurea. aloe: amigd. amara. ꝑsiccaria succ⁹ ꝑsi/ci. fella. acetū. succ⁹ cucumeris asini. sca/monea. ell'us: deīde fiāt sternutationes ꝛ caputpurgia. ꝛ pñt extrahi cū caute/la. s. ꝙ ponat pomū bñ maturatū scissū per mediū supra aurē: ꝛ iaceat desuper ꝛ vermes ꝯdescendēt ad dulcedineꝫ. ꝛ postea subito removeat. Si aūt fuerit oppilatio ex excrescētijs. sic̄ ē caro. ver/ruca pānicul⁹ ꝛ silia. corrodant cū au/ripigmēto. ꝛ si nō abscindant. Et si nō fuerit versus sup̄ficiē satis ē facile. ꝛ si fuerit in ꝓfūdo difficile ē valde. ꝛ si ista fuerint a nativitate aliqñ ꝓsunt reme/dia ꝛ aliqñ nō. ꝛ si fuerit prurit⁹ i aure iniiciat oleū ubi absinthiū fuerit bulitū.

Clarificatio. Intelligendū ꝙ succio cum calamo ꝛ sternutatio ꝛ ignis ꝛ silia: pñt fieri i passionib⁹ auriūꝫ. ꝛ licꝫ ista sint fortia ꝛ cōmoveāt ꝛ dissolvāt: ñ tamē pñt nocē qm̄ ꝑsupponit ꝙ corp⁹ sit mū/dificatū, Et si lana cū terebētina itro/

mittat: et terebētina aliq̄ mō inficiat la/
tera auris: mai⁹ tñ est iuuamentum: qm̄
sordicies: pulueres: pulices et alia ibi/
dē adhereāt et inuiscāt et ita extrahūt.

¶ Caplm. xiiij. de apostematibus ac/
cidentib⁹ extra in radice auris.

Apostemata gñant ab extra i radice auris: aliqñ p viā crisis: et si venerit p⁹ signa di/gōnis. et i die cretica pos sibile ē q̄ sint ad bonū. et si alit venerit difficile ē q̄ euadat. et p talē modū mul tos vidi mori. Aliqñ ēt veniūt p viā cō gestiōis aut deriuationis: et curetur fm exigētiā hūoris peccātis. et purget sic alia apostemata: nisi q̄ repcussiua non cōpetūt: q: mā taliū apostematū vergit ad grossiciē. maturet cū farina tritici. se nugreci. se. lini. assungie anatis et gallie. radicis malue. et pficiat cū oleo de ca/ momilla. et si apostēa eēt antiquū tunc fiat emplz de armōiaco et bdelio. et sto race liq̄da. et assūgia ceruia. et caricis. et oleo de lilio. deide si p se nō rūpat. ape riat cū calce viua et sapone molli. Ali/ qñ vidi i talib⁹ sāguisugas appōi. et ali qñ euadebāt cū bōa signa pcesserāt. et aliqñ nō euadebāt potissime cū febris erat continua et vrina cruda tc̄.

¶ Caplm. xv. de passionib⁹ narium et primo de fetore narium.

Fetor nariuz est corruptio olfat⁹. sic eni opa/ tiōes alioꝝ sensuū patiuntur tria accidētia q̄ꝝ morbi sūt cāe. s. abla/ tionē. minorationē. et corruptionē. ita et olfat⁹: aliqñ aufert cū nihil odorabile sentit. aliqñ minorat cū nō sentit odorē nisi sint i excellētia. aliqñ corrūpit: et h̄ qñ aromatica iudicāt fetida: et ecōuer/ so: nullo odorabili pñte. vl oīa iudicāt horribilis odoris. vel qñ fetēt nares et anhelit⁹ et sibi et aliȷs. et ō tali fetore na riū q̄ puenit ex aliq̄ cā itrīseca loq̄mur h̄. Uñ nares ꝯponūt ex mltis. pzio ex osse qd̄ colatoriū appellat qd̄ ē pforā/ tū et pānicul⁹ cerebri a pte anriori vsus ossa colatoria ē pforat⁹. vt nā expellat supfluitates per illa loca: et vt attrahat anhelitū seu aerē ad caput ad tēpandū sāguinē arterialē ipi⁹ cerebri. Scdo cō ponūtur nares ex duob⁹ additamentis exeūtib⁹ a colatorio ad modū capitis māmillaꝝ vbi ē iudiciū de olfatu. ad il lū locū portat vapor odorabil p aerē. Tertio ꝯponit ex carne cartillagiosa q̄ appet exteri⁹: q̄ fuit facta ad tuitionez alioꝝ: et ad ꝯfuationē vaporis. Quar to cōponit ex lacertis dilatātib⁹ et ꝯstri gētib⁹ ppter attractionē et expulsionē.

Cause. Fetor. n. i narib⁹ et i anhe litu puēit pp mlta. pp cor ruptionē pectoris et pulmōis: et pp cor ruptionē stomachi. et ppt corruptionē dētiū et gingiuaꝝ. et pp vlcera nariū et polipū. et carnē additā. et pustlas. et ver rucas. et pp oppilatiōes fcās in carūcu lis nariū. et accidit pp malā ꝯplexionē cū mā: aut sina mā exñte i additamētis et osse et colatorio. et pp malos hūores salsos aut alios. aut reuma. aut malā cō plexionem in cerebro existentem.

Signa. Si ē ex pectore sputū ē grossū globosū aut sa/ niosū. et si a stōacho fetor appet magis añ cibū q̄ p⁹. Et si ē ex gingiuis aut dē tib⁹ aut ex vlciȷs q̄ sūt i carūcul nariū: hoc ē sensui maifestū. Et si additamen/ tis aut cerebro cognoscit p priuationez alioꝝ. et ēt ex hoc q̄ si ipleat os aq̄: et tūc fetor sentiat a cerebro pcedit. et q:

ptinu⁹ ē: ꝛ q꞉ ipemet patiēs sētit fetorē.

Pronostica. Qn̄ in se. acutis nullo pn̄te odorabili videt patiēti ꝙ sentiat odorem fetidū corruptū ad modū piscium corruptoꝝ vel alioꝝ huiusmodi. signū est pessimum ꝛ mortale.

Cura. Si fuerit ex pulmōe aut a stōacho aut a gingiuis: curentur illa sicut opꝫ. sicut dicet i suis locis. Et si fuerit ex capite cū arsura cā ē calida. si cū fritate ꝛ sine mordicatiōe: tunc ē frida. Et si fuerit cū grauitate est ibi mā peccās: ꝛ si cū leuitate: tunc ē ex mala cōplexiōe sine mā. Ponam⁹ igit ꝙ fetor nariū sit ex mala ꝯplexione ca. corpe pleno ꝛ vtute forti. tūc fiat phlobotomia de cephalica. ꝛ postea fiat vēnose i collo. ꝛ postea fiat phloia de vena q̄ ē in capite nariū ꝛ postea purget corp⁹. deinde fiāt cauteria ꝛ i capite sb̄ mētone. Processus igit sit talis. suffumiget corp⁹ in cā cal'a cū aq̄ decoctionis rof. viol'. nenuphar. sandal'. cāphore. camomille. ꝛ vtat siru. ro. ꝛ viol'. ꝛ oxizacc. Deinde purget caput cū oxilaxatiuo. ꝛ ell'rio de succo ro. ꝛ yera ruffini. deīde inīciat i narib⁹ oleuꝫ ro. oleū viol'. cū cāphora. Et intelligim⁹ ꝙ dieta cōcomitet sicut opꝫ. In cā aūt frigida odoret aquā decoctiōis mente. ꝛ absinthīj: maiorāe: basilicōis: ꝛ vtatur oxill'. diuret. ꝛ purget cū yerap̄. ꝛ yera logodiō. ꝛ inīciat i narib⁹ oleū costinū laurinū. mustellinū. ꝛ fiāt sternutatiōes cū ell'o. pipe ꝛ castoreo. Si aūt fuerit ex oppilatiōib⁹ carūculaꝝ: insufflet in narib⁹ puluis nigelle: ꝛ buliat nigella i aceto sqll'. ꝛ p nares fortiter attrahat. Si aūt fuerit pp alias excrescētias: manu cirurgica abscindant. deinde pīciat puluis aluminis. nitri. litargir. myrrhe. vel buliāt ista in aceto ꝛ lichinū seu tenta intingat ꝛ in narib⁹ applicet. Et si fuerit pustula hūida vngat cū isto vnguēto. ℞. litargiri. ceruse. cadimie galle. an̄. ʒ. x. aluminis. nitri. an̄. ℥. s. ꝯficiant cū oleo de camomilla ꝛ cera ꝙ sufficit. Et si pustula fuerit sicca inūgat cū isto vnguēto. ℞. medulle vituli. gumi arabici. dragagāti. olei sisamini. cere ꝙ sufficit. ꝛ fiat vnguētū. ꝛ pn̄t excrescētie remoueri cū auripigmēto ru. ꝛ vitriolo. ꝛ sale armōiaco. vl' ꝙ cauterizet loc⁹. Si aūt nullo mō possit fetor remoueri saltim pallicet. ℞. maiorane basilicōis. gariofil'. nucis mus. ciamōi. ligni aloes storacis. calamite. ābre. ʒ. ij. musci. ℈. s. conficiant cū aq̄ ro. optima ꝛ fiāt pille pue. ꝛ q̄libet mane trāsglutat duas integras. ꝛ duas teneat in ore ꝛ aromatizabunt anhelitū: ita ꝙ nullus pcipiet. qm̄ si medic⁹ talia pateret valde esset ignominiosum: ꝛ potissime quando cum nobilibus conuersatur.

Clarificatio. Intelligendū ꝙ mā fetida currupta exn̄s in cerebro pōt inducere fetorē anhelitus. ꝛ tn̄ reliq partes corporis nō patiunt pro tanto q꞉ nā mittit ad vnā pte aliqn̄ ꝛ nō ad aliā. Aliqn̄ etiā vna ps parata ē recipe mām ꝛ non alia. ꝛ ita ex vna mā pn̄t diuersi effect⁹ gn̄ari ꝑm diuersitatē māe. Scōo intelligendū ꝙ obiecta alioꝝ sensuū nō immutāt sensū tact⁹. ſꝫ obiectū sensus tactus imutat oēs sensus ꝓ tāto ꝙ sensus tact⁹ cōis ē oib⁹ sensib⁹. Tertio intelligēdū ꝙ imutatio odorat⁹ pōt eē signū morbi seu morb⁹ seu accn̄s morbi: qm̄ si p imutationē itelligam⁹ caliditatē ledentē sic' ē morb⁹. si q̄litatē lesaꝫ sic est accidens. ꝛ si accidēs ē signū. qm̄ qd̄ accidit patienti signū est medico. q̄re. vnū

ꝛ idē ſm diuerſos reſpect⁹ pōt eē morbus ꝛ accidens ꝛ ſignum: ꝛ ita de alijs poſſumus intelligere.

¶ Caplm. xvj. de reumate ꝛ coriza.

Reuma eſt fluxus hūoꝝ a capite ad partes ſubiectas. Reumatis autē tres ſpēs ab auctorib⁹ diſtinguunt. coriza. branc⁹ ꝛ catarr⁹. Coriza qñ vadit ad nares: brancus quādo vadit ad fauces: catarrus quando venit ad pectus. Reuma aūt pōt eē gen⁹. ꝛ iō dicit reuma q̄ſi ruēs mā. Reuma aūt negligi nō dꝫ: qꝛ forte ē mater oium egritudinuꝫ. qḋ pꝫ qꝛ ſi fluat ad aures cauſabit ſurditatē aut tinitū. ſi ad oculos calliginē. ſi ad nares fetorē aut polipū. ſi ad linguā paliſim. ſi ad guttur ſqnātiam. ſi ad pect⁹ ptiſim aut pleureſim. ſi ad ſtomachū faſtidiū aut vomitū: ſi ad inteſtina fluxū vētris. ſi ad iuncturas articā. ꝛ ita de alijs oīb⁹ mēbris ſubiectis preter ꝙ de ſplene. qm̄ ſplē nec apoſtemat nec oppilat ꝑpt reuma: qm̄ paſſiones ſplenis fiūt de mā groſſa: mā autēꝫ reumatis ē ſbtilis: aliter nō rueret. Licꝫ igit vulgariter loquēdo ex reumate nullus plangat: nihilomin⁹ citiſſime ſunt remediandi: cū oia mēbra ſubiecta debilia ad egritudines ꝓximas ſunt parata. Succurrēdū igit eſt ita velociter ꝙ etiam medicine laxatiue poſſunt dari ſine digeſtione materie: ꝛ potiſſime ſi flueret ad pectus.

Cauſe. Reuma eni aut ꝓuenit ab exteriorib⁹: aut ab iteriorib⁹. Si ab exteriorib⁹ ſic ē vēt⁹ ſeptētrionalis veniēs p⁹ meridionalē: ꝛ ſic ē calor nimi⁹. aut frig⁹. aut inſufflatio vētorū. aut ſōn⁹ p⁹ nimiā repletionem: ꝛ potiſſime ſōnus diuturn⁹. ꝛ odor reruꝫ fortis odoris: ſicut ē liliū. mētaſtrū. muſcus: ꝛ ſilia. ꝛ comeſtio reꝝ vaporoſarum. ſicut ſunt cepe ꝛ allea: vinū forte. crapula ꝛ ebrietas. balneū. ꝛ phloia. ꝛ breuiter oia q̄ diſſoluūt vapores in capite. aut p modū cōpoſitiōis. aut p moduꝫ diſſolutiōis. Si ab intus hoc ē ꝑ hūores in cerebro abūdantes: ſiue ſint ca. ſiue frida. vl' fit ꝑ vapores a ſtomacho ꝛ toto corpe aſcēdētes ad caput.

Signa. Si ſint hūores ca. tunc caput tactu calidū inuenitur. facies rubea aut citrina: pūctura ꝛ mordicatio. ablatio appetit⁹ cibi ſatis ꝛ ſitia. Et ſi cā fuerit frida: ſigna ſūt contraria: ꝛ iſta cauſa frequēti⁹ venit.

Pronoſtica. Ypo. branci ꝛ corize in valde ſenib⁹ nō maturant: vel cum magna difficultate remediant. qui enim hñt caput calidū ꝛ ptes inferiores frigidas: raro ſunt ſine catarro. ꝛ ecōuerſo: q. n. caput frigidū ꝛ cor calidū habēt: multi vapores aſcēdūt: q̄ in cerebro frido digeri nō pñt. ꝛ qñ cerebꝝ ē calidūꝫ fit attractatio multa vapoꝝ. Catarr⁹ cuꝫ dolore capitis de difficili curat: qꝛ caput videt debile nāliter. In autūno frequenti⁹ veniūt catarri ꝙ in alio tpe anni. reumatici ſplenetici nō fiūt. reumatici ad oē malū ſunt parati.

Cura. Cōis in oī catarro ſeu reumate eſt ꝙ ſi fluat mā ad mēbꝝ nobile: ꝙ euacuet mā digōnē nō expectando. cū pillulis aureis: aut cochijs. paruitas cibi ꝛ pot⁹ cōpetunt. ꝛ vigilie multe. ꝛ ꝙ nō dormiāt de die. ꝛ ꝙ nō vtant balneis nec fomentationib⁹ nec ablutionibus. nec vtant exercitio forti. teneat vēter laxus. famē ꝛ ſitim patiant quātuꝫ poterunt. Curatio particularis eſt hec.

si reuma fuerit de cā ca. ⁊ corp⁹ est ple
ctoricū ⁊ currat mā versus iteriora: fiat
phlobō: deiñ digerat mā p hūc moduȝ
℞. sūmitatū papaueris. rosaꝝ. lactuc.
añ. ℥. ij. cādi. penidij. añ. ℥. j. diuȝ sādal.
℥. ß. ordei. lib. ß. viol. nenuphar. añ. ℥.
iij. panis zucca. lib. j. fiat sirupus quo
vtat mane ⁊ sero. Iste eni sirup⁹ valet
in reumate de cā ca. ⁊ potissime qñ ti/
mem⁹ ꝙ mā vadat ad pect⁹. suffumige
tur cū aq̄ decoctionis ordei. viol. ro. sā
dal. nenuphar. papaueris. camomille.
odoret pomū factū de sādal. ⁊ cāpho/
ra. ⁊ se. lactu. portul. sumac. ⁊ cōficiā/
tur cū aq̄ ro. optima. ⁊ si sit cōstipat⁹ fi/
ant suppositoria aut clisteria: ⁊ fiāt fri/
catiōes extremitatū: ⁊ purget cū mira
bol. citri. si mā est in stomacho. Et si in
capite pugetur cum lectuario de succo
ro. diaprunis. ⁊ oxilaxatiuo. ⁊ vtatur
isto electuario. ℞. diapapaueris. dia/
prunis. diagraganti frigidi. zuccari ro.
facti cum rosis siccis. añ. ℥. iiij. misce/
antur. Et inungant nares cum oleo ro.
⁊ viol. In declinatiōe āt manifesta pñt
fieri stuphe aut balnea fomētatiōes ⁊
silia. cū camomilla. ⁊ melliloto ros. vio
lis. ⁊ ordeo: ⁊ pōt ibi rubea trociscata
suffumigatio facta de surfure ⁊ aceto
multū valet. Silr de aceto sup lapidē
molarē cadētē. Si āt cā fuerit frigida
⁊ fluat ad mēbrū nobile. purget cū pil
lulis aureis ⁊ yerap̄. Digerat mā cum
isto sirupo. ⁊ potissime si timem⁹ fluxū
reumatis ad pect⁹. ℞. radic. yreos yso
pi. liquir. mūdat. ad. ℥. ij. nuc. cipressi.
masticis. thuris. añ. ℥. j. mell ro. lib. j. fi
at sirup⁹. suffumiget cū aq̄ decoctionis
masticis. thuris. laudani. storacis. cala
mite. camomille. melliloti. Odoret po
mū factuȝ de storace calamita. ⁊ ābra.
gariofil. nuc. cipssi. nuc. musca. mastice.
thure. laudano. ⁊ pauco ligno aloes. ⁊
musco. ⁊ inūgant nares cū oleo de ma
stice saccellet caput totū cū milio ⁊ sa
le torrefactis. Inuoluat caput cū pāno
bñ calido. suffumiget sic. calefiat tegu/
la ⁊ aspgat vino ⁊ post puluē nigelle:
⁊ fum⁹ recipiat capite discoopto: vl tor
refiat nigella ⁊ ponat i pāno ⁊ odoret.
Deiñ purget caput cū yerap̄. oia qb⁹
vtit sint acuta. In declinatiōe āt fomē/
tet aut balneet: ⁊ ita de aliis cū aq̄ de/
coctiōis camomille. melliloti. anthos.
mēte. ruthe. calamēti. ⁊ silib⁹. Post āt
oia si ñ curet. ℞. stercoris colūbini. gū
mi. ruthe agrestis. picis naual. se. ruthe
sinapis. añ. ℥. j. cōficiātur cū oleo laur.
⁊ aceto sqll. ⁊ fiat emplȝ ⁊ extēdat su/
pra alutā ad modū capelline. ⁊ coopia
tur cū pāno lineo ab itus: ⁊ sumat ⁊ tō
so capiti applicet. Qñ āt oia deficiunt
fiat cauteriū in cōmissura anteriori.

Clarificatio. Diuretica nū ꝙ cōpetūt in
mā reumatica. Intelligēddū circa istaȝ
mām ꝙ principiū reumatis seu princi/
piū morbi ē cū mā exit subtil aquosa.
cū āt icipit igrossari: tūc est augmētū. ⁊
qñ est mediocris tūc ē status: ⁊ tūc mā
ē digesta: sic pȝ in obtalmia ⁊ lippitu/
dine. Si igit nā cū digerit reuma icipit
ingrossare tūc cū medicus sit minister
nature incipere debet ab ingrossantib⁹
qm̄ si peccatū ē pp subtile: curatio erit
cū illis q̄ mediocriter igrossant. In reu
mate igit de cā calida applicent stipti/
ca frigida cū aliquib⁹ paucis dissoluti
uis: qm̄ dissolutiua faciūt stiptica pene
trare. ⁊ tēperant stipticationē ne nimis
mā cōdēset. Et ita si cā ē frigida appli/
cētur calida stiptica in plus ⁊ dissoluti
ua in min⁹. In declinatiōe āt corpe mū
dificato cōpetūt dissolutiua ⁊ euapo/

ratiua. qr mã pauca ē τ ita de facili eua
porabit. Diuersa igit cōpetunt ƒm di/
uersitatē tēpoꝝ morbi. Scḋo intelligē
dum qm̄ si reuma causaret ex multitu/
dine mãe magis multiplicat in vere. et
si causet ex calore magis multiplicat in
estate. et si causet ex raritate et diuersi
tate magis causat in autūno. et si ex fri
giditate magis in hyeme: τ ita intelligē
dum ē de etatibus et tpib⁹ et ꝯsilibus.
Tertio aduertendū qm̄ licz dicat ꝙ in
reumate nō cōpetat phlobo: nihilomi/
nus pōt cōpetere cū sanguis dn̄atur: et
corpus est plectoricū: et mã ruit ad inte
riora. et iō cōpetit in squinātia et pleu/
risi et similib⁹: q̄ vt plurimū ex reuma/
te gn̄antur. Quarto notandū ꝙ sōnus
nō cōpetit in reumate: qr ꝓuocatiu⁹ est
fluxus. nisi in declinatiōe et corpe mun
dificato. sed vigilie magis cōpetunt vt
fiat euaporatio versus exteriora. nec
exercitiū cōpetit in principio corpe im/
mundo existente: qr induceret fluxum.
ocium igitur competit. Et si diceret ꝙ
ocium nō cōpetit. Dico ꝙ nō valet: qr
in proposito ociū nō assimilatur sōno:
qr ociū reddit humores qetos: et som
nus fluxibiles rōne reuocationis calo/
ris τ aptionis meatuū. qr aptio non est
motio sed magis imobilitas et clausio.
Quinto sciendū ꝙ illi q̄ hn̄t caput fri/
gidū naturaliter. raro sunt sine catarro.
magis tn̄ ledunt a causis intrinsecis ꝑ/
pter debilitatē digestiue. et min⁹ a cāis
extrinsecis propter clausionē poroꝝ.
sed q̄ hn̄t caput calidū facili⁹ patiunt
a causis extrinsecis propter aptionem
poroꝝ. et tardi⁹ ab intrinsecis ꝑpter
bonitatem digestiue. Ultimo notandū
ꝙ suspecti ad reumata ꝓseruant si diu
sudent in stupha. hoc supposito ꝙ ca/
ueant postea sibi a trib⁹. scz a vento: τ
a sōno diurno. τ a repletiōe cibi τ po/
tus. τ ꝙ caput mirabilr exiccet. ne hu/
miditas inter capillos remanēs causet
reuma. Intelligendū ēt ꝙ ꝓseruari pos
sum⁹ a catarro τ coriza cū pillul' deten
tis in ore. Et valet ēt ad curationē. τ ꝙ
mã nō fluat ad ptes subiectas. τ si cā fu
erit calida. ℞. se. papaueris al. se. por/
tul. se. lactu. candi. penidiaꝝ. dragagāti
infusi. an̄. ℥. j. opij. croci. an̄. ℈. j. ꝯfician
tur cū siru. mirtino. τ cū siru. de papa/
uere. τ fiāt pille. τ teneātur in ore τ in
tpe somni. τ in tpe vigiliaꝝ. Et si cā est
frida. ℞. storacis. calamite. nuc. cypres
si. mastic. thuris laudāi. ambre. an̄. ʒ. j.
liquirit. mūd. vuaꝝ pas. mūdataꝝ. aba
rill. an̄. ʒ. j. τ. s. cōficiant cū ydromelle.
τ fiāt pille τ teneāt in ore. Et ista duo
gn̄a pillaꝝ erūt nobis multū nccia ise/
rius in passiōib⁹ pectoraliū: ad ꝓseruā
dum ne materia vadat ad pectus.

Capitulū. xvij. de fluxu sanguinis ex naribus.

FLuxus sanguinis narīū ꝓuenit pp aptionē
orificioꝝ venaꝝ q̄ sunt
in narib⁹. hoc aūt ē ꝑpt
tria rōne mēbri. aut rō/
ne vtutis. aut hūoris. Si pp mēbꝝ: vt
qr nimis raꝝ. Si pp vtutē: vt qr expul
siua fortis τ cōtētiua debilis. Si pp hu
morem: aut qr multus: aut qr acutus:
aut aquosus: subtilis. τ iste possunt eē
cause cōes in oī eo quod egredit a cor/
pore ƒm Gal. vj. de morbo.

Cause. Causa flux⁹ sanguinis na
rīū: aut est ab intrinseco:
aut ab extrīseco. Si ab extrinseco: sicut
est casus τ percussio. Si ab intus: aut
cum crisi: aut sine crisi. Si cū crisi: sicut
est in frenesi: aut in pleuresi: aut in apo/

stemate splenis:aut epatis:aut sinocha aut tertiana:aut in variolis: ⁊ morbil/lis.⁊ similibus. Si sine crisi:tūc aut ꝓ/uenit a capite:aut ab epate.aut a splene aut a matrice:⁊ similibus.

Signa. Si venerit ꝓpē causas intrinsecas:tūc cogno/scitur iudicio patientis. Si ꝓpter cri/sim:hoc indicāt egritudines ꝑcedētes. Si a capite hoc significatur ex dolore capitis. Et si ab alijs mēbris hoc signi ficat̄ ex dolore loci. Et si a matrice ex retētione mēstruoꝝ. Et si venerit post signa digestionis in die cretica ⁊ paula tine:⁊ cū alleuiatione patiētis.⁊ cū cla rificatione faciei.tūc est ad bonū.ꝯtra/ria ꝯtrarie.Et si fuerit cū saltu cōtinue: tunc est ab arteria.⁊ si a nare dextra tūc ab epate.⁊ si a sinistra:a splene.⁊ si ab vtroqꝫ.ab vtroqꝫ.Et si facies fuerit ru bea.tūc est a sanguine:⁊ si citrina : tunc est a colera.⁊ si alba vergēs ad liuorē: ⁊ tunc ē a phlegmatis aq̄sitate.Et si ex debilitate ꝯtentiue:hoc significat̄ ex ꝑ/cedentib⁹ morbis. Et si ex fortitudine virtutis expulsiue:tūc est cū alleuiatio ne.⁊ si ex mēbro: qꝛ ex q̄libet facili cā venit.⁊ si ex plenitudine:pulsus est ple nus:⁊ vrina spissa ⁊ colorata. Et si ex colera est cū punctura ⁊ mordicatiōe. ⁊ ita de alijs reddēdo singula singulis.

Pronostica. Flux⁹ sangui/nis q̄ prouenit propter debilitatē cerebri:vix aut nūq̄ curatur.Fluxus sanguinis nariū q̄ extē dit se vltra quatuor libras est mal⁹:⁊ si vltra octo est pessimus.Et si extēdit se vsqꝫ ad.xx.vel.xxiiij. vltra viuere nō pōt.Fluxus sanguis q̄ ducit ad colorē pallidū:aut viridē:aut liuidū:aut fuscū pessimum ē ⁊ mortalis.Flux⁹ ducēs ad sincopē est mortalis. Flux⁹ cū frigidita te extremitatum ē mortalis. Oīs flux⁹ qui venit sbito ⁊ cū īpetu est mal⁹.Oīs flux⁹ cū alleuiatione patiētis ē bonus.

Cura. Nullus flux⁹ creticus ē re stringend⁹:nisi nimis ma/nifeste debilitaret virtutē.Null⁹ fluxus sintbomatic⁹ ē restringend⁹ subito:sed paulatine:nisi timerem⁹ casuꝫ virtutis. Curetur igit̄ ꝭm cōuenientiā causaruꝫ. Si ex debilitate virtutis confortet̄. Si ex sanguine aquoso ingrosset̄ cum ca/lidis stipticis:siue sint cibi:siue medici/ne.Si ex colera purget̄ cum mirabol̄. citri.In fluxu igit̄ narium sup̄fluo par/ticularib⁹ ꝯuenientib⁹ fiat phloīa de ce phalica partis opposite. Et si fiat de vtraqꝫ nare: fiat de vtroqꝫ brachio. Deinde fiāt ventose inter spatulas cuꝫ scarificatiōe.aut subtus mamillas: aut supra epar:aut supra splenē:ꝭm diuer/sitatē membroꝝ a q̄b⁹ ꝓcedit: aut fiat phloīa de saphenis i retētiōe mēstruo/rum.hoc facto fiant fricatiōes fortes i extremitatib⁹ cū sale ⁊ aceto: ficent̄ te sticuli in viris: ⁊ mamille in mulierib⁹. ⁊ infrigident̄ cū aq̄ ro.⁊ aceto ⁊ mau/rella ⁊ silib⁹.⁊ cū hoc nō solū ista mē/bra: sꝫ ēt extremitates cū aceto ⁊ oleo ro.⁊ succo maurelle.⁊ lactu.infrigida/tis in vrna aut in puteo. ⁊ balneet̄ me/dietas corporis i aqua frigida. Postq̄ igitur materia antecedens erit euacua/ta ⁊ distracta: tunc in superioribus re/media applicemus. Emplastrem⁹ igit̄ frontem ⁊ timpora cum argilla pasta/ta cum aceto ⁊ aqua rosa. ⁊ albumine ouorum:vel cū bolo armenico. ⁊ san/guine draco.⁊ acacia.⁊ ypoquistidos: ⁊ ponatur in naribus tenta intincta in succo plantaginis ⁊ encaustro scripto rum ⁊ sanguine draco.⁊ puluere char/te combuste ⁊ testis ouorū combustis.

Dieta sit lentes cocte in duabus aq̄s ⁊ excorticate. risi assuz fabe asse cocte cū aliqua portione aceti. oua dura. caseus recens sine sale. lac fortiter bulitum. vinum grossum. nisi q̄ meli⁹ eēt q̄ quādo administratur lac: nō administret vinū ⁊ breuiter: valēt oia que sāguinē igrossant. ⁊ ꝑ tanto valent ea q̄ valēt in fluxu ventris. His visis intelligendū ē s̄m intentionē Auic. q̄ quinq̄ sunt gn̄a medicaminū que valēt in curatione flux⁹ sanguinis nariū. Primū gen⁹ sumit ex frigidis. sicut ē opiū lactu. portul. maurella. coriandrū. cāphora: acetū. aq̄ ro. salices. nenuphar. aq̄ frida. plantago. bursa pastoris ⁊ silia. Secūdū genus sumitur ex nā̄ stipticoꝝ. sicut sūt acatia galla. sumac. berberis. psidia. balaustia. granū rose. ⁊ pes ei⁹. ypoq̄stidos. se. citonioꝝ. bolus armenicus. terra sigillata. chimolea. sanguis dra. ⁊ fruct⁹. ⁊ extremitates oīum arboꝝ stipticaꝝ sicut sūt pira. sorbe. corna. nespila. citonia. ⁊ ita de alijs. Tertiū gen⁹ sumit ex nā̄ cōglutinatiuoꝝ. sic ē olibanū. draga gantū gumi arabic. farina volatilis mo lendini. farina siliginis. albumē oui. ⁊ multa similia. Quartū genus sumitur ex natura cauterizantiū. sicut sunt attramentū. vitriolū. arsenicū. sal armoniacum. succus pori ⁊ silia. Quintū gen⁹ sumitur ex his que operant ex tertijs virtutibus. sicut sunt stercus porcinum recens si odoretur. ⁊ similiter sterc⁹ asininum. Et quedā sunt que faciunt hoc ex tribus virtutib⁹. ⁊ q̄ frigida ⁊ stiptica. ⁊ quia specifica. sicut antimonium. ⁊ myrrha. Discret⁹ igitur medic⁹ corpore mūdificato ⁊ mā̄ distracta: pōt ex istis eligere s̄m ꝯuenientiā particulariū ⁊ etiam cōponere ⁊ multiplicare modo fomentado. mō emplando. mō cuz pulueribus. mō cum vnguento. mō cū potionibus. mō cum iniectionibus. nisi q̄ in cauterizantibus sim⁹ cauti cū medicamen remouet. q̄m talia faciūt escaram: ⁊ ita inducerent maiorē fluxū.

Clarificatio. Intelligendū q̄ in retentiōe mēstruoꝝ pōt iuuare flux⁹ sanguis narium. ⁊ pro tāto q̄ postq̄ retentio ē ꝑter nām vndecūq̄ expellat aliquo mō posset eē bonū saltim ad tēpus: cū nociua materia expellat. nihilominus diuertendus est: q̄ illud emūctorium nō ē sibi ꝓpriū. Et ideo si plenitudo ē multa: fiat phloia ꝑmo de epatica. postea de saphenis: postea cū magdaleonib⁹ menstrua ꝓuocent. Scōo intelligēduz q̄ fluxus sanguinis nariū si fiat ex multitudine magis fit ex sanguine. Et si ex acumine ⁊ corrosione magis ex colera ⁊ ita intelligendum est de etatibus ⁊ tēporibus ⁊ cōplexionibus. Tertio intelligendū q̄ frigiditas non inducit fluxū sanguinis nariū nisi per accidēs. q̄m cōstringendo constringit venaz. Quarto notandū q̄m licz sanguis arterialis sit calidior ⁊ subtilior q̄ sanguis venarū: nihilomin⁹ fluxus sanguis nariū nō venit frequentius ab arteria imo frequentius a vena. q̄m vena nō hz nisi vnā tunicā. arteria aūt hz duas. vnde magis resistit fractioni ⁊ aptioni. Quinto intelligendū q̄ licz fluxus sanguis debilitet ⁊ phloia debilitet. nihilomiu⁹ pōt i fluxu sanguis nariū phloia cōpetē virtute ꝯstante. ⁊ facit cessare fluxū: q̄ trahit ad oppositū: ⁊ q̄ distrahit: iō mai⁹ est iuuamentū. Sexto aduertenduz q̄ balneū ꝯpetit in nimio fluxu mēstruoꝝ ⁊ tm̄ nō cōpetit in fluxu sanguis nariū. Cui⁹ rō ē q̄ sanguis mēstrualis ē grossus: ⁊ ꝑ balneū subtiliat. ⁊ ita trahit ad

otum corpus sed sanguis narium est subtilis ⁊ magis subtiliaretur: ⁊ ita ꝓ/uocaretur maior fluxus. ⁊ in subtiliando ⁊ ad superiora trahēdo.

¶ Caplm. xviij. de sternutatione.

STernutatio ē motus cerebri naturalis ꝓpter expulsionē nociuoꝝ: vnde sicut singultus est stomacho ⁊ tussis est pectori ita sternutatio cerebro. Unde tales motus nō sunt motus morbi: sꝫ nature ſm Gal. v. de morbo.

Causa. Causa aūt sternutatiōis ē duplex. s. exterior: aut interior. Exterior sicut radius solis cū penetrat p carūculas nariū. aut penna intromissa: aut puluis: aut aliqua res mordicans ⁊ pūgens ⁊ similia. Si intrinseca tūc est humor aut vapor. aut vētositas. aut aliqua res grauans virtutē animalē: virtus aūt animalis sensibilis sentiens nocumētum excitat virtutem animalē sensibilē. ⁊ virtus aīata sensibilis suscitat naturalē ⁊ naturalis expulsiua suscitata cū magno impetu mouetur ad expellendū nociua ⁊ pmiscens cū aere expellit ad exteriora ⁊ sonat: qꝛ per angustum locū trāsit: ⁊ ideo sternutatio est fortis motus cerebri ꝓpter expulsionē nociuoꝝ.

Pronostica. Sternutatio in fine morborum bonum signū valde ſꝫ Gal. dato ꝙ egritudo esset perniciosa: qꝛ fortitudo virtutis signatur ⁊ conualescētia ⁊ puitas materie: ⁊ ita sternutatio sine reumate ⁊ corpe mūdificato siue a natura siue ab arte bona. qꝛ dolorē capitis remouet ⁊ caput mūdificat. Et ꝓpter hoc valet in egritudinibus pectoris. s. cū corpus sit mūdificatū ⁊ ꝙ egritudo sit in declinatione. ⁊ ꝙ sit sine reumate. Et silr in egritudinibus stomachi. ⁊ siliter in passionibus matricis. qm̄ virtus est fortis. ⁊ iō excitat virtutes expulsiuas omniū membroꝝ naturalium: ⁊ ideo expellit fetū mortuū ⁊ secūdinam ⁊ silia. Sternutatio cū reumate semp est mala ⁊ in corpore pleno. ⁊ mala in rōne signi. qꝛ malā causaꝫ significat in capite ledendē caput maiū in rōne cause: qm̄ sternutatio nimia replet caput ⁊ inducit vertiginē ⁊ scotomiā ⁊ silia. Si in aliqua egritudine ꝓuocetur sternutatio in qua debet ꝓuocari: ⁊ nō sternutat nunꝙ curabit. Si fuerit ꝓuocata cū rebus fortis virtutis sicut est elleus albus. piper. castoreū. sinapis euforbiū ⁊ similia.

Cura. Primo curatur sternutatio cuꝫ forti retensione anhelitus ⁊ cum expellit ꝙ expellat per nares. ⁊ hoc etiam multū valet in reumate. Secundo curatur per accidētia anime fortia: sicut est. ira. sollicitudo. ⁊ similia. Tertio curatur cum calidis euaporatiuis potissime si causa sternutationis fuerit frigida. fomentetur igitur caput corpore mundificato cū aq̄ decoctionis camomille. melliloti. anthos. anisi. maratr. spicanar. ⁊ inungātur nares cum oleo laurino. ⁊ costino. Et si causa sternutationis fuerit calida inungantur nares cum oleo ro. ⁊ viol. ⁊ nenuphar. ⁊ fiat fomentatio de eisdem. Fricatio capitis ⁊ faciei ⁊ extremitatum. ⁊ somnus profundus multum valet in secunda particula libri huius superius cum tractauimus egritudines capitis fuit ista mā pertractata: sed gratia egritudinū narium h̄ recapitulauimus de eisdem.

Clarificatio. Galie. dicit ꝙ sternutatio est motus naturalis: ⁊ tamen sternutatio ē in pleuresi ⁊ pipleumonia. non igit erit motus nature sed morbi. Dico ꝙ sternutatio aut ē in tempore sanitatis: aut in tempore morbi. Si fuerit in latitudine sanitatis tūc est motus nature: ⁊ ita intellexit Gal. quinto de morbo. Et si esset in tempore egritudinis si tunc venit per viam crisis ⁊ mundificationis potest attribui motui naturali. sicut digestio in vrina. Si aūt venit per viam sinthomatis tunc pōt esse motus morbi. ⁊ ita soluitur contradictio.

¶ Caplm. xix. de egritudinib9 labiorum ⁊ oris ⁊ primo de fissura labioꝝ.

Fissura labiorum est solutio continuitatis facta i carne tenera labiorum.

Cura. Aut eniz ꝑuenit ab exterioribus: aut ab interioribus. Ab exterioribus sicut a puluere. vento. ⁊ calore. ⁊ frigore: casu. obuiatione. ⁊ similibus. Si ab intus hoc est propter humores acutos pungitiuos vlcerantes labia: aut generantes pustulas ⁊ similia. Isti autem humores aliquando veniunt a capite per viam reumatis aliquando ascendunt vapores a stomacho ⁊ toto corpore: aliquando veniūt per viam crisis. Signa sunt satis manifesta.

Curatio. Si fuerit ꝑpter causas extrinsecas illiniantur vlcera. Si est causa ca. cum oleo ro. ⁊ viol'. ⁊ assungia galline recenti ⁊ mucillagine dragagāti facta in aq̄ ro. ⁊ inungatur cum plurimis. vel cū vno ex illis. vel cum omnibus. Et si causa est frigida. sicut est ventus borealis ⁊ similia. tunc temperentur in aqua ro. mel. ro. dragagāti. gūmi arabic. mastix ⁊ thus: ⁊ illiniantur vlcera. Et si fuerit propter causas intrisecas corpore mūdificato illiniantur labia cum isto medicamine. ℞. ceruse lote. amidi. cathimie lote. litargiri. conficiantur cū mucillagine dragaganti.

Clarificatio. Intelligendū ꝙ licz humida putrefaciant ⁊ putrefactiua nō cōpetant in vlceribus nihilominus assungia galline recens potest competere in vlceribus labiorum: ⁊ qꝛ est anodina mitigatiua doloris: ⁊ cuz hoc quando siccitas est nimia: quoniam temperat ⁊ humectatur: ⁊ cum hoc qꝛ cum litargiro ⁊ aliīs admiscetur: ⁊ liniatur similiter. Secundo notandum ꝙ pustule ⁊ vlcera labiorum si in tertianis ⁊ i aliīs febribus veniant post signum digestionis: signa sunt bone crisis: qd etiaz vulgares dicunt quoniam postq̄ vident labia vlcerata ⁊ pustulata curat9 ē. Et exinde oritur aliud notabile. quoniam pustule ⁊ vlcera possunt bonum signare in febribus cum apparent in labiīs. Et si eedem apparuerint in ligua: erūt pessima signa. Et ratio dictoruz ē: quoniam labia sunt membra vilia exterius posita quorum caro est tenera: ⁊ ita natura fortificata suas superfluitates mittit ad illa. Lingua autem est membruz nobile multum sensibile: ⁊ ideo si talia apparent magis venirent gratia sinthomatis q̄ nature: ⁊ ideo semper mala. Ultimo notandum iuxta hoc ꝙ cuz fissure apparent in labio inferiori in muliere paculata significant quasi nāliter mulierem cum siccitate matricis: sicut aliqui dixerunt.

¶ Capitulum .xx. de passionibus lingue.

Passiones lingue sunt multe: sicut ē paralisis. spasmus. solutio continuitatis. apostema. magnitudo. paruitas. corruptio. gustus ꝛ loquele ꝛ similia. Lingua aūt componitur ex carne ꝛ neruis septuplicibus: ꝛ arterijs. ꝛ venis ꝑm Gal. iiij. de simplici medicina ꝛ hoc fuit propter nobiles operationes suas que sunt due. s. gustus ꝛ loquela. Loquela igitur fit per motum. ꝛ gustus per sensum: ꝛ qꝛ plura sunt necessaria ad motum iccirco citius amittitur operatio loquele: ꝙ operatio sēsus gustus. Istis aūt operationibus sic alīqs tria accidentia eueniunt: sicut est ablatio. minoratio ꝛ corruptio. verbi gratia aliquando loquela omnino aufert: sicut in multis. aliquando minoratur: sicut in illis qui conceptum exprimūt cū difficultate. Aliquando corrumpitur sicut in traulis ꝛ blesis ꝛ scindentibus. licet diuersimode. quoniam trauli ꝛ blesi appellantur qui corrumpunt litteras ꝛ ponunt vnam litteram pro alia: ꝛ nō possunt nominare litteram. c. ꝛ hōc fit propter nimiam humiditatem: sicut in pueris. Aliquando aūt corrumpuntur magis sillabe. sicut in illo qui deberet dicere dominus ꝛ duplicat primaȝ syllabam ꝛ dicit dodominus: ꝛ si velit dicere Aristoteles. ipe dicit Aristoles. Et tales vocantur scindentes sicut istā materiam tractauimus supra illuȝ amphibm. trauli adiaria ꝛc̄. Similiter sensus gustus aliquando aufertur: cum penitus non iudicat de aliquo gustabili: quoniam sensus omnino ablatus est. Aliquando autem minoratur: cum nō sentit nisi excellentias sensibilium. Aliquando autem corrumpitur. cum omnia iudicat amara. aut salsa: aut alteriꝰ saporis: aut nullius: ꝛ ita de alijs. Cause autem istorum accidentium sūt morbi consimiles: officiales: aut cōmunes. Accidit etiam aliquādo propter passionem lingue. aliqñ aūt propter passiones aliorum membrorum.

Cause. Cause autem huius passionis sunt aliquādo egritudines cerebri sicut est apoplexia: epilensia: litargia: frenesis: mania: fluxus humorum. ꝛ similia. Aliquando etiaȝ fit propter passiones neruorum veniētium ad linguam. Aliquando etiaȝ venit propter passiones lingue sicut ē mala cōplexio calida frigida: sicca: ꝛ humida: aut apostema: aut magnitudo: aut paruitas: aut solutio continuitatis aut dispositio ligamenti quod est sub lingua. Aliquando venit propter passiones stomachi. sicut est crapula. nausea: ꝛ similia. sicut est ebrietas. Aliquādo propter passiones pectoris: sicut ꝓpter pleuresim ꝛ peripleumoniaȝ. Aliquando propter passiones totius corporis: sicut est in fe. Et aliquando venit propter causas extrinsecas: sicut ꝓpter acceptionem veneni: ꝛ propter similia signa.

Signa. Si venerit propter passiones capitis: notum ē ex illis. Si ex neruis hoc est propter remotionem aliorum signorum. Si ꝓpter passiones lingue: hoc etiam notū est: qꝛ lingua sensui ē manifesta. Si fuerit ex mala complexione calida: ē cum punctura ꝛ mordicatione ꝛ citrinitate. Et si fuerit ex frigiditate: lingua ē alba ꝛ frigida. Et si ex humiditate est cum saliua multa. Et si ex siccitate est cum

ariditate ⁊ fissuris ⁊ vlceribus. Aliqñ aũt materia melencolica grossa visco/sa adheret lingue: ⁊ inuiscatur propter se. ⁊ denigratur lingua ⁊ creditur q̄ sit ex siccitate ⁊ non ẽ ita. Apostemata ẽt lingue fiunt ex diuersis humoribus: ⁊ patent ex suis signis. Alia etiam sunt manifesta. Si aũt prouenerit a stoma/cho ⁊ epate patet per signa illarũ egri tudinum. Similiter de fe. ita q̄ passio/nes lingue de facili possunt cognosci si medicus velit aduertere.

Pronostica. In febrib⁹ acutis pustula nigra apparens in lingua signum ẽ mor/tale. In fe. acutis nigredo lingue ⁊ vl/ceratio malum.

Cura. Cum eni accidentia ⁊ pas/siones lingue veniant ex morbis. curentur illa ⁊ ita curabuntur accidentia sicut sunt passiones capitis. pectoris: ⁊ stomachi: ⁊ totius corporis ⁊ passiones oris. Et si proprie venerit ex mala complexione lingue cum ma/teria ca. particularibus conuenientibus fiat phlobotomia. deinde fiat mundi/ficatio cum medicina conueniente. de/inde fiant ventose cum scarificatione. deinde gargarizetur succus lactu. por/tul. maurelle. cucumeris ⁊ cucurbite. ⁊ similium. Si aũt materia fuerit frigida digeratur cum oxill. diuret. ⁊ purget cuz yerapi. ⁊ fiat gargarisma de saluia menta. ysopo. calamento. ⁊ similib⁹. Et fiat cauterium in collo. ⁊ si fuerit apostema. ℞. vuarum pas. mundata/rũ abarit. iuiube. sebestẽ. fenugreci. ca/ricaꝝ. Et si causa est ca. buliant i aqua ⁊ addatur cassiafi. ⁊ aqua gargarizet frequenter: ⁊ in ore teneatur: ⁊ reliqua pistentur ⁊ pill'e: late informentur cum modico cere ⁊ sirupo nenupharino: ⁊ supra apostema applicentur: ⁊ si cau/sa fuerit frigida buliant in vino ⁊ ydro mell'. ⁊ fiat gargarisma: ⁊ residuũ piste tur ⁊ pill'e late informentur cum modi co cere: ⁊ storace. calamita: ⁊ ydromel le: ⁊ informentur pillule parue: ⁊ desu per apponantur ⁊ intelligo q̄ corpus fuerit purgatum ⁊ mundificatũ ſm exi gentiam humorum cum phlobotomia ⁊ farmacia ⁊ similibus ⁊ q̄ repcussiua precesserint. Et si fuerit propter passio nes neruoꝝ motiuorum. ponat empl'm de castoreo: euforbio: ⁊ staphisagria: ⁊ piretro supra collum. Et si fuerit ni/gredo lingue propter maliciam fe. ℞. succi pomorum acetosorum. suc. aceto/se. aceti aque ro. vini malorũ gra. mi/sceantur ⁊ in illis temperentur semẽ ci/tonioꝝ. psiliuz. dragagãtum: ⁊ fiat mu cillago ⁊ exprimatur: ⁊ expressum cuz pane de zucharo misceatur. ⁊ informẽ tur pillule. ⁊ teneantur in ore. Et si fue rint vlcera ⁊ fissure. aspergantur pulue re thuris ⁊ litargiri. ⁊ si fuerit mollifi/catio ⁊ hũditas nimia. corpore purga to fricetur lingua cuz tyriaca. aurea ale xãdrina. ⁊ castoreo. Et si fuerit ꝓpter venenũ. detur tyriaca cũ vino decoctio nis baccarum lauri. Et si corrũpat gu/stus: purgetur corpus ſm exigentiã hu moris. Et si causa est ca. assuescat ciba ria acetosa: Et si causa est frigida gros sa. assuescat cibaria acuta. sicut sũt al/lea cepe: porri. Et si est palisis lingue ⁊ videatur sanguis dñari. fiat phlobot mia. ⁊ purget primo cũ yerapi. deinde cũ yera logodio. Mlia aũt que cõpe/tũt in palisi lingue ⁊ mollificatiõe cum aliqs loquit ipedite propter nimiã hu miditatem: sunt ista q̄ dicent. ex qui/bus possunt fieri gargarismata. fricati ones: ⁊ pulueres: ⁊ empl'a: q̄ in collo

applicentur ꝛ sirupus: ꝛ breuiter omnia quibus indigemus: ꝛ sunt ista: saluia: acorus: menta: origanum: calamentum: rutha. primulaueris: nux muscata piretrum: castoreum: staphisagria: euforbium: sinapis: cortex caparis: piper zinziber: assa fetida: sal geme: sal nitrū: sal armoniacū: sal idū ꝛ similia. In primis igitur buliat ysopus: saluia. acor⁹: ꝛ primulaueris: in oxill. squill. ꝛ fiat sirupus ꝛ purgetur materia vt dictum est. Et ex his ꝛ ex alijs fiant gargarismata: ꝛ alia iuxta conuenientiam particularium: ꝛ ideo introductionem formarum particularium in his dictis medici industrie dereliquo nisi ꝙ sit cautela ꝙ cum operantur in passionibus oris: ꝛ apponantur aliqua fortis virtutis: sicut est arsenicum ꝛ ellus ꝛ similia. ꝙ nullo modo transglutiantur: quoniam arsenicum vlceraret pulmonem: ꝛ ellus nimis laxaret. Et si pueri nimis tardant ad loquendum: fricetur quotidie lingua cum saluia: ꝛ si fuerit in maiori etate buliatur ysopus ꝛ saluia in ydromelle ꝛ quotidie gargarizet: ꝛ fricetur lingua frequenter. ꝛ cogatur loqui festino sermone. Et si spasmetur ligua ꝛ sit de repletione: purgetur corp⁹ ſm exigentiam humoris ꝛ fomentetur collum cum decoctione aneti. fenugreci: ꝛ corone regie. Et si fuerit de inanitione sicut in fe. vngatur collum ꝛ lingua cum oleo salicis: ꝛ nenuphare. ꝛ viol. Et si lingua fuerit nimis magnificata ꝛ fuerit de sanguine fiat phlobotomia: ꝛ fiant vento se in collo ꝛ fricet lingua cum cortice maligranati. ꝛ acetositate citri: ꝛ si magnificatio fuerit ex phlegmate purgetur corpus ꝛ fricetur lingua cum zinzi. ꝛ pipere: ꝛ sale gemme. Et si ligua fuerit abbreuiata propter ligamentum qđ est sub lingua: incidatur vel cauterizetur cum medicinis. Et si fuerit propter spasmum dictū est. Et si glandule dure. ad modum granule fuerint sub lingua de venis que sunt sub lingua fiat phlobotomia ꝛ fricet locus cum sale armōiaco ꝛ aceto: ꝛ cōponatur medicamē de dragagāto vsto ꝛ albumine oui: ꝛ hermodactil. Et si fuerint vlcera maligna: corpore mundificato curentur cuz gallis ꝛ psidia spodio: rosis: acacia: ꝛ alumine. sed remittantur in pueris. Et si saliua multa fuerit ꝛ fuerit ex caliditate dissoluente: fiat phlobotomia. ꝛ vtatur cibis stipticis ꝛ acetosis. ꝛ si fuerit ex phlegmate purgetur corpus: ꝛ prouocetur vomitus ꝛ fricetur lingua os ꝛ palatum cuz aurea alexandrina.

Clarificatio. Intelligendū ꝙ licz nerui multiplices veniant ad linguam: ꝛ vn⁹ possit pati sine alio nihilominus ligua patietur vno patiente: quoniam omnes erant necessarij ad operationes ligue. tamen ſm diuersitatem nocumentorū in neruis ſm hoc erit diuersitas accidētium in lingua. ideo aliquando erit ablatio. aliquando minoratio. aliquādo corruptio. Secundo notandum ꝙ in apostematibus calidis corpore mundificato competunt repercussiua. ꝛ ideo competit gargarizare ꝛ in ore tenere succum lactuc. maurelle. portul. cucumeris: ꝛ cucurbite ꝛ similiuz. sicut etiā possunt competere in apostematibus vuee repercussiua. sic in squinantia ꝛ similibus. similiter hic. Et si dicat ꝙ materia ibit ad membra nobilia. Dico ꝙ multum distant ꝛ multa membra sunt in medio: ꝛ cum hoc lingua est in membro nobili: ꝛ citius corrigetur materia

dispersa in multas partes ꝙ si esset aggregata in lingua: ⁊ cum lingua habeat nobiles operationes. concludit igit ꝙ in apostematibus lingue ca. competunt repercussiua corpore mundificato. Cum aũt tractabamus curam superius breuiter transiuimus ne opus prolõgaret: sicut ⁊ de multis aliJs. Tertio notãdum quoniã lʒ multa supfluitas humida extranea sit in senib⁹ ⁊ in pueris: nihilominus tamen senes non icurrũt trauliciem: quoniam humiditas est grossa viscosa ⁊ non potest penetrare. ⁊ cum hoc nerui sunt duri sicci solidi. ⁊ non recipiunt materiam. In pueris autem est contrarium: quoniam aquositas est magis subtilis ⁊ nerui sũt magis molles. Et ideo pueri trauli incurrunt diariam: iuxta illud. trauli adiaria ⁊c. quoniam humiditas superflua capitis vadit ad intestina ⁊ causat longum fluxum ventris.

Caplm. xxj. de fluxu saliue ab ore ⁊ ablatione odoris.

Si fluat saliua ꝑpter calorem nimium dissoluentem fiat phlobotomia ⁊ abstinentia. ⁊ vtatur cibis stipticis. sicut sunt lentes. fabe. sumac. ⁊ similia. Et si fluat propter multitudinem phlegmatis fiat abstinentia. ⁊ digerat materia cum ysopo bullito in oximelle. ⁊ purgetur cum yerapi. ⁊ fricet lingua ⁊ os cum saluia. ⁊ aurea alexandrina. ⁊ applicentur reliqua que desiccant corpus. Si aliquis nõ habeat bonum odoratum sic ꝙ nullum odorem sentiat. gargarizet rutham ⁊ ysopuʒ coctum in aceto squill'. ⁊ masticet frequẽter zedoariam.

Caplm. xxij. de fetore oris.

Si fetor venerit ꝑpt dentem putridum eradicetur. Et si fuerit propter mollificationem gingiuarum aut saniẽ: gargarizetur vinum decoctionis saluie mente: ruthe: gariofil'. piretri. ligni aloes. Et si fetor veniat a stomacho: ⁊ cã est ca. vtatur persicis: ⁊ digeratur materia cum sirupo limonum. ⁊ euacuetur cum mirabol' citri. paratis sicut oʒ. Et si causa est frigida digeratur materia cum potione muscata ⁊ purget cuʒ mirabol' chebul'. ⁊ aromatizet os cuʒ pillul' de alipta muscata. Et si venerit a pectore vtatur diayris. diaysopo. diacalamento. tamen de difficili aut nũꝙ curatur fetor oris ꝑpter pectus. Superius diximus de fetore narium.

Clarificatio. Intelligendũ ꝙ i fetore anhelitus non competunt pisces: ⁊ potissime quando venit propter stomachum. salsi non competunt ꝑpter grossiciẽ: ⁊ potissime corrumpuntur de facili. Si fetor esset propter causam ca. stomachi: pisces autem recentes velocius corrumpuntur: quoniã dicit Aly libro regũ ꝙ pisces recentes inducũt maiorem sitim ꝙ salsi: ⁊ hoc non videtur ex alio nisi qr facilius corrumpuntur ⁊ potissime corrumperentur si venirẽt a stomacho frigido. In fetore igitur anhelitus non competũt pisces salsi: nec oua tremula: nec lac sũgi: nec alique carnes que sunt in aliquo viscerũ: nec fructus: nec aliquid qđ sit de facili corruptibile. Secundo notandum ꝙ inter omnes humores ille qui frequenti⁹ ⁊ plus inducit corruptionem anhelit⁹

est humor phlegmaticus. ꝑpter quinq3
proprietates que in alijs non inueniun
tur. Primo quia humor frigidus: ꝛ iō
de facili destituitur. Secundo quia hu
midus: ꝛ ideo de facili putrefit. Ter/
tio quia de facili reumatizat. Quarto
qꝛ ratione mali regiminis plus multi/
plicatur. Quito quia iter omnes hūo
res post sanguinem magis abundat.
Tertio aduertendum ꝙ fetor anhelit⁹
propter stomachum non est continuus
quoniam post cibum aliquantulum qe
scit. Sed quando est ex pectore est co/
tinuus propter anhelitūm. ꝛ quia talis
fetor significat vlcus pulmonis: ideo si
gnum est mortis. Quarto consideran/
dum quare in febribus continuis non
est continuus fetor postꝙ est ibi conti/
nua putrefactio. Respondeo ꝛ dico ꝙ
duplex est putrefactio. quedam per vi
am ebullitionis: ꝛ talis non inducit fe/
torez: ꝛ talis est in se. Et si est alia que
est substantie corruptio: ꝛ talis inducit
fetorem. Et ideo quando in febribus
continuis putridis apparet fetor si/
gnum mortis est: quoniam non solum
significatur ebullitio: sed substantie hu
mide corruptio. ꝛ ideo mortale. Quin
to intelligendūm vnde est hoc ꝙ allea
ꝛ cepe habeant odorem quasi fetiduz:
ꝛ piper ꝛ sinapis que sūt in eodem gra
du caliditatis non habent. Dico ꝙ al
lea ꝛ cepe habent multas humiditates
que de facili resoluuntur ꝛ corrumpun
tur: ꝛ ideo habent odorem grauem ꝛ
quasi fetidum. A pipere autem ꝛ sina/
pi modica fit resolutio: quia non habēt
tantū de humido: ꝛ iuxta hoc conside
randum est de hoc ꝙ aliqui dixerūt ꝙ
gariofili inducunt fetorem ꝛ tamē sūt
aromatici supposito ꝙ inducant feto/
rem. ꝛ hoc est propter duo: aut ꝑpter
longum vsum in stomacho: aut ꝑpter
quandam humiditatem quam habent
ꝛ si occurrant stomacho vbi sit putre/
factio de facili corrumpuntur.

¶ Capl'm. xxiij. de passionibus oris.

Os est instrumentum vociferationis
ꝛ locutionis. Locutiōis
in hominibus. vocifera/
tionis in omnibus alijs
animalibus que habent
collum ꝛ linguam. lingua autem ē qua
si manus ad loquendum ꝛ mastican/
dum ꝛ transglutiendum. ꝛ extendit se
vsq3 ad ysophagum ꝛ tracheam arte/
riaz. ysophagus est via cibi: s3 trachea
est via anhelitus. ysmon est in medio.
In ore igitur sunt multa membra nobi
lia: sicut est lingua. palatum superius
ꝛ inferius: ꝛ radix lingue. In istis autē
membris veniunt pustule. vlceratiōes
apostemata. cancer ꝛ fistula. herpestio
menus. carbunculus: ꝛ similia.

Cause. Si enim fuerit in etate la
ctanti hoc propter corru/
ptionem lactis. aut quia non mundifi/
catur corpus a corruptis humoribus.
Et si in etate adulta: hoc est ꝑpter ma
liciam humorum.

Signa. Si fuerit ex sanguie co
lor est rubeus sicut co/
lor rose rubee recentis versus princi/
pium sue expansionis. Et si est co. co/
lor est crocus cum pauco tumore pun
ctura ꝛ ardore. Et si est phlegma. tu/
mor: albedo: ꝛ paucus dolor. Et si est
melencolia est color niger cū duricie.

Pronostica. Omnis pustu/
la cuius color
vergit ad nigredinem est pessima: quia

signat herpestiomenum aut carbunculum: ⁊ ita adustionem ⁊ magnam humorum corruptionem. Omnis pustula oris ⁊ vlcus ⁊ omnis passio quanto magis se ꝓfundat ad interius ꝑ tanto deterius.

Cura. Si fuerit in etate lactanti fiant scarificationes in molli aurium. ⁊ si comedat fiant in collo ⁊ sub mentone. Et si fuerit in maiori etate fiat phlobotomia de cephalica. ⁊ postea fiant ventose in collo. postea fiat phlobotomia de labijs ⁊ de venis q̄ sūt sub lingua. ⁊ mūdificetur sanguis cum cassiafi. ⁊ tamarindo. ⁊ manna. Et si ē colera purgetur cū diaprunis ⁊ cū electuario de succo ro. Et si fuerit phlegma purgetur cum yerapigra. Et si melencolia purgetur cum diasene ⁊ yera ruffi. Corpore mundificato in causa calida fiant gargarismata de diamoron: vel decoquantur extremitates arborū stipticarum in aqua: ⁊ aceto. ⁊ fiat gargarisma. Et si esset carbunculus. sacer ignis: herpestiomen⁹. fiat gargarisma cum succo plantaginis ⁊ coriandro ⁊ maurell'. ⁊ vino malorum granatorū tepidis. Et si esset phlegma fiat gargarisma de sumac. ⁊ galla. ⁊ psidia. ⁊ balaustia. mastice ⁊ thure. ⁊ melle. ⁊ aceto. ⁊ si ex melencolia: tollatur acetum. ⁊ si fuerit fistula abluatur cum vino decoctionis agrimonie. ⁊ si cancer addatur aqua ⁊ ista aspergātur puluere elli nigri. ⁊ radic. aristol'. vel sic ꝙ fiat puluis de arsenico sublimato vel de vitriolo ⁊ auripigmēto: vel de realgare repsso: ⁊ fiant reliqua que diximus in particula prima.

Clarificatio. Intelligendū ꝙ quedā sūt pustule que generantur de melencolia pura: ⁊ tales non sunt multum periculose: ⁊ quedam sunt que generantur de melencolia adusta: aut de alijs humoribus adustis ⁊ tales sunt peiores. ⁊ discernuntur: quoniam nigredo causata ex adustione vergit ad luciditatem: ⁊ cum hoc tales pustule sunt cum dolore: ⁊ que sunt ex melencolia pura non. Secundo notandum ꝙ quando aliquis loquitur claudit ysophagum. Et quando aliquis comedit iuuula claudit tracheam arteriam. ⁊ ideo non est bonum ꝙ cum aliquis loquitur ꝙ comedat: quia cibus transiret ad pectus: nec econuerso quia aer transiret ad stomachum: ⁊ hoc potest esse vna ratio. quare religiosi nolunt loqui in mensa: vt vna operatio non impediat aliam. Tertio notandum ꝙ in radice lingue sunt quedam glandule vbi recipiūtur vapores descendentes a cerebro. ⁊ in radice lingue generatur humiditas salivalis.

¶ Capitulum. xxiiij. de lentiginibus faciei.

Lentigines sunt infectiões cutis faciei vt plurimum ⁊ aliquando cutis totius corporis.

Cause. Iste infectiones aliquando veniunt ab extrinsecis ⁊ aliqñ ab intrīsecis. Si ab extra vt ex nimia caliditate solis: aut ꝓpter aerē corruptū: ⁊ similib⁹. Et si ab intus aut ꝓpter crisī: aut ꝓpter retentionē menstruorū: aut emorroydarū. ⁊ aliarū superfluitatum assuetarū euacuari. aut fit ꝑ bonitatem nature mundificantis cor/

pus a superfluitatibus: aut sit propter maliciam humoris exterius resudãtis.

Signa. Si fuerit propter causas extrinsecas: aut propter retentionem superfluitatum consuetarum egredi. Hoc discernitur iudicio patientis. Si propter crisiz ex alleuiatiõe & quia cessat se. Et si fuerit ex bonitate nature: est sine mordicatione & dolore. Et si ex malicia materie: semp concomitantur aliqua mala accidentia: sicut est pruritus. dolor. debilitas. appetitus. & similia. Et si infectio cutis fuerit ex sanguine vergit ad rubedinẽ. Et si ex melencolia ad liuorem & nigredinem. Et si ex co. vergit ad citrinitatem. Et si ex phlegmate ad albedinem. Et si ex sanguine corrupto: est color cutis sicut sanguis mortificatus.

Pronostica. Si lentigines & cutis infectiones in se. veniant ante signa digestionis & in die non cretica. signum est pessimum & mortale. quare in talibus frequenter cutis est respicienda.

Cura. Si infectio sit i facie & corpus sit plectoricum: aut sanguis dominet: fiat phlobotomia de cephalica. Et si sit in toto corpore fiat de mediana. deide fiat de saphenis: scarificationes de tibijs aut inter spatulas: aut sub mentone multum valent. purgetur humor sm sui exigentiam: & ista frequentissime dicta sũt. In primo autem libro multa dicta sũt de ista materia. Post plenariam autem corporis mundificationem fiant vnguenta. illinitiones & aque & similia ad mundificandum cutem. Materialia autem sũt ista. farina ordei. fabarum. fenugreci: lupinorum: amigdal' amararum: furfuris calx. vitriolum: nitrum: myrrha: sal armoniacum. porcellana. conchilia marina alba: corallus: cristallus. ben al. & ru. amidum canõ. paniõ. liquiri. lac ficus. arsenicum sublimatum. fella auiũ viuentium de rapina. aqua tartari. raphani. porri draguntee: lilij florũ sambuci: florum fabarum: fumus terre. suc. maiorane & proprie in sanguine mortificato recenti: quia in antiquato scarificatio est necessaria: gũmi: ruthe: agrestis: cortex citri: acetum al. vinum al. colatura furfuris. farina rizi. lac foliorum ficus. aut extremitatum: aut ficuũ: aut aqua decoctionis istorum: & ideo saltim istud absterget cutis infestiones. imo aqua decoctionis ficuum potata iuuat naturam vt superflua pellat ad exteriora. & ex istis possunt fieri trocisci vel ex vno vl' ex multis sm exigentiaz particularium. & cum vti volueris quod distemperentur cum aqua de floribus fabarum. aut cum lacte. & quod facies illiniatur de nocte. & quod incrastinum abluatur cum aqua furfuris. bonum tamen esset in omnibus istis & postquam corpus esset mundificatum: quod mollificaretur cutis cum suffumigatiõe facta de aqua decoctionis malue. bismalue. palee. ordei. & auene. Et quia longos sermones fecimus de colorationibus in primo libro: ideo supersedeo.

Clarificatio. Intelligendũ quod si corpus fuerit vniuersaliter multum repletum: quod tunc debet fieri phlobotomia de basilica. Si autem non fuerit tanta repletio: & infectio fuerit in toto: fiat de mediana: & si in facie fiat de cephalica. Secundo intelligendum quod frequentius fit & plus de melencolia. & forte si fiat infectio ex alijs humoribus: non sunt proprie lentigines: quoniam lenti-

gines semper vergunt ad quandam fu
scedinem. ⁊ apparet defedatio macu/
losa ad moduz lentium: ⁊ ita sunt late
rotunde ⁊ coloris vergentis ad fusce/
dinem tamen melencolia quedam est
multum grossa: ⁊ ex ista causantur in
partibus inferioribus pustule. scabies
malum mortuum. Si autem fuerit mi
nus grossa: tunc ascendit ad faciem ⁊
non potest euaporari: ⁊ ideo causat lē
tigines. Colera autem de facili euapo
rat: nisi fuerit ingrossata. aūt ratiōe ad
mixtionis: aut rōne adustionis.

¶ Caplm. xxv. de passiōibus dentiū
⁊ primo de dolore.

Dentes iuuamen/
tuz habēt
in masticando ⁊ p̄parāt
ad nobiliorem operati/
onem. ⁊ habent iuuamē
tum ad loquelam aerē
retinēdo. ⁊ dentes etiam faciunt ad de
corem nihilominus patiūtur sicut alia
membra multas calamitates. quoniam
patiuntur dolores aut in se: aut in suo
ligamento. ⁊ cum hoc patiuntur apo/
stemata quoniam qȯ dilatatur ⁊ nutri
tur potest apostemari. patiuntur corro
siones. perforationes. vermes. cōmo/
tiones. mollificationes. ⁊ similia.

Cause. Istarum autem passionū
cause sunt aut extrinsece:
aut intrinsece. Si extrinsece sicut est ca
sus. ⁊ percussio. nimia caliditas ⁊ frigi
ditas. ⁊ cum aliquis comedit cibaria
multum calida. ⁊ saltim potauit vinuz
nimis frigidum: aut si frangeret cū den
tibus res de difficili frangibiles: aut si
comederet res duras confectas cū mel
le: aut si nimis curiose fricaret dentes
cūm re acuta remouente carnem radi/
ci dentium. aut si fuerit negligens in mū
dificando: quoniam mundificari debēt
cum vino decoctionis saluie. ⁊ postea
debent fricari temperato modo cū cor
ticib⁹ stipticis ⁊ amaris sicut sunt cor/
tices citri. aut nucū. aut oliue: ⁊ simili/
um. Et si in istis fuit negligens: tunc li/
mositates ⁊ superfluitates colliguntur
in dentibūs: que sunt postea causa no/
cumenti. Et si comedat cum vna parte
⁊ non cum alia. in illa parte in qua non
comedit plura superflua aggregantur:
aut si vtatur cibis de quorum proprie
tate est corrumpere dentes: sicut sūt ace
tosa: ⁊ porri: ⁊ lac: ⁊ pisces parui siue
recentes siue salsi. ⁊ similia. Si autem
sit ab intus: aut est a cerebro aut a gin
giuis: ⁊ neruis venientibus ad dentes
aut a stomacho. a stomacho autez ali/
quando ascendunt vapores corrupti:
qui venientes ad dētes causant ibi ver
mes: corrosiones. cancrum. fistulā. apo
stema. ⁊ similia. vomitus etiam multū
nocet ⁊ potissime si fuerit acetosus fu/
mosus acutus: aut putridus aut cor/
ruptus.

Signa. Signa sunt satis dete/
cta. quoniam si fuerit a
causis exteriorib⁹ hoc bene potest sci
ri iudicio patientis aut assistentium. ⁊
si a capite: discernitur per dolorem ⁊
grauedinem capitis: ⁊ per reuma quo
niam frequentius accidit ex illo. Et si
ex dentibus ⁊ gingiuis manifeste ap/
paret. ⁊ si non possum discernere ex q̄
dente incipiam primo masticare cum
vno dente. deinde cum alio. ⁊ cum ve/
nerit ad illum tunc erit dolor in illo ma
nifeste. Et si fuerit a neruo discernitur:
qr in aliȷ̄s nihil apparet. Et si fuerit a
stomacho discernitur per grauedinem

ꝛ dolorem loci. Et si sanguis est in causa: discernitur per calorem ꝛ ruborem. Et si colera ꝑ pũcturã ꝛ modicationẽ. Et si phlegma per albedinem ꝛ dolorem remissum. ꝛ si ex melẽcolia adest liuor ꝛ duricies. ꝛ si ex humiditate: discernitur per grauedinem ꝛ saliuã multaꝫ. ꝛ si ex siccitate adest ariditas ꝛ siccitas multa. ꝛ si ẽ ex ventositate: adest pulsatio ꝛ motus.

Pronostica. In febribus liuor viriditas ꝛ nigredo in dentibus ratione fe. pessimum. Limositas in dentibus cum fe. lõgitudinem egritudinis significat. In febribus continuis si dentes fuerint aridi sicut lignum: pessimum ꝛ mortale.

Cura. Si causa est calida ꝛ corpus est plenum: ꝛ alia particularia conueniant. fiat phlobotomia de cephalica. ꝛ postea ventosa in collo. postea fiat phlobotomia de venis que sunt sub labijs ꝛ sub lingua. ideꝫ fiat in causa frigida. Si corpus est plectoricum ꝛ alia particularia conueniant: purgetur humor ꝛ mundificet corpus ſm exigentiam humoris ꝛ aliorũ particularium: ꝛ illa frequenter dicta sunt. Si fuerit reuma maturetur ꝛ mẽbrum mundans confortetur. His visis ad particularia veniamus. Si causa fuerit ca. apponatur sicut est lactu. portul. solatrum. cucumeres. melones. vermicularis: ꝛ similia. Et si non conferũt addantur narcotica ꝛ stupefacientia. sicut est opium. mandragora. iusquiamꝰ papauer. philomum. acacia: ꝛ similia. Attamen addatur cum his semper aliud reprimens maliciam narcoticoruꝫ: sicut est castoreum: crocus: cassielignee ꝛ si ex his nõ iuuatur: cauterizetur cũ arsenico: vitriolo: ꝛ cantaridibus. Attamen cauendum est in his ne aliquid subintret ad interiora: qꝛ multum noceret. ꝛ ideo talia cauterizantia non possunt bono modo applicari in dentibus anterioribus. finaliter autem eradicetur si putridus est. Et si sũt vermes: ponat ibi puluis de aloe. aut lac titimali. aut alchitrã. aut suffumigetur cum iusquiamo. ꝛ semine porri. Et si causa fuerit frigida: tunc valent ista. piretrum. piper. zinziber. cinamomum. cortex capparis. fraxij. sal cõmune. alumen. mastix. thus. laudanum. myrrha. storax liquida. ambra. nux mus. nux cipressi. storax. calamita. anisum. maratrum. castoreum. saluia. sinapis. cortex radicis raphani. Illa autem que valẽt a tota specie: siue materia fuerit ca. siue frigida: siue corpus fuerit plenum siue vacuuꝫ. sunt ista: nisi ꝙ melius ꝛ certius operãtur corpore mundificato radix herbe tunicis: que vocatur a diascoride polomomõ. radix cucumeris asinini. radix titimali. radix aristol. radix celidonie spolium serpentis. epar lacerte viridis fructus thamarisci. portul. que mouet stuporem a proprietate. radix colocquintide. ꝛ illud qđ adheret parietibus aluearum apum. Modus autem operãdi cum his que dicta sunt iuxta conuenientiam particularium corpore purgato est iste. ꝙ vnum ex istis seu plura buliant in aqua ꝛ ꝙ fumus recipiatur: aut ꝙ buliant in vino. aut oleo: aut aq̃ro. aut aqua pluuiali. ꝛ fiat idem: aut ꝙ fiat gargarisma. aut ꝙ lana aut cera inuoluatur in decoctione istorum: ꝛ ponatur supra maxillam aut ꝙ vna gutta instilletur in auribus. aut ꝙ substantia teneatur supra dentem. aut ꝙ buliant in aceto ꝛ fiat gargarisma: aut suffumigatio. acetum enim licꝫ noceat mẽ/

bꝛis frigidis:tamen poteſt competere quia remouetur nocumentum per ea cum quibus apponitur: ⁊ penetrat ⁊ reſoluit. ⁊ infrigidat: ⁊ ideo competit quando cauſa eſt ca. Jngenietur igitur iſte modus ꝙ virtus agētis magis poſ ſit appꝛoximari paſſo vel in ſimplici/ bus vel in compoſitis iuxta conueniē/ tiaȝ cauſe in coꝛpoꝛe mundificato pur gato. Quod autem valet ad pꝛeſeruā dum eſt radix titimali ſi buliat invino ⁊ fiat gargariſma. Quod autem ipſ ſer/ uat ⁊ dealbat ⁊ curat:eſt nux cipꝛeſſi: alumen aſſum:ſal aſſum. pulueriȝētur ⁊ ponantur in ſacculo ⁊ fricentur den/ tes:⁊ hoc eſt verum ſi cauſa eſt frigi/ da. ⁊ coꝛpus mundificatum. ⁊ fluxus reſtrictus. Uel fiat ſic. aſſetur ſal cō/ mune:⁊ alumen:⁊ extinguantur in ace to:⁊ deſiccentur ⁊ pulueriȝentur. ⁊ de/ inde aſſentur ⁊ buliant in vino:⁊ vinū gargariȝetur:⁊ mirabiliter curat ⁊ pꝛe ſeruat ⁊ decoꝛat omnem doloꝛem den tium de cauſa frigida coꝛpoꝛe mundifi cato. Nota ꝙ narcotica debēt fugari quantum eſt poſſibile. Ultimo caute/ riȝetur dens cum virga ferrea intromiſ ſa per cannalem ne loca vicina coꝛrū/ pantur.

Clarificatio. Jntelligendū ꝙ in materia calida ſubtili currente ad dentem per modum reumatis:alijs particularibus concurrentibus bene poteſt competere phlobotomia. ſed cum iſta cautela ꝙ pꝛecedat ſuffumigatio cuȝ frigidis aro maticis ſtipticis:ſicut ſunt roſe. ſanda/ li. cāpoꝛa. nenuphar. camomilla. Ma teria igitur aliquo modo ingroſſata ⁊ acumine obtuſo fiat phlobotomia. vn de ſi competit hodie phlobotomia ꝓ/ pter plenitudinem:tunc ſaltim de ma/ne ſi non poſſumus plus expectare fi/ at illa ſuffumigatio:⁊ ſecurius poteri/ mus phlobotomare non timēdo fluxū reumaticum acutum. Secundo notan dum ꝙ ſi cauſa eſt acuta ca. tunc buli/ atur radix iuſquiami. i oleo roſato. ⁊ aceto. ⁊ poſtea radix integra ponatur ſupꝛa dentem doloꝛoſum. ⁊ cera mala xetur in pꝛedicto oleo ⁊ fiat empla/ ſtrum. ⁊ ab extra ſupꝛa mandibulam apponatur. Et ſi cauſa fuerit multum frigida tunc. ℞. eufoꝛbium ⁊ buliat in aceto ⁊ oleo de maſtice:⁊ tunc eufoꝛ/ bium ponatur ſupꝛa denteȝ. ⁊ cera ma laxetur in pꝛedicta decoctione ⁊ fiat emplaſtrum ab extra. Et poſſumus nos iuuare cum his que operantur a tota ſpecie: quia mirabiliter valent. Tertio notandum ꝙ ſi lac titimali cū farina miſceatur ⁊ fiat capſula denti quaſi ſine doloꝛe: vel cum modico do/ loꝛe facit eum cadere. Et gratia mate/ rie notandum ꝙ quando ficus veniunt ad maturitatem: ſi lac titimali multis vicibus deſuper pꝛoijciatur efficitur la xatiua. vel ſi fiat foꝛamē ⁊ q̄tidie vna gutta ſupꝛa foꝛamen imponatur ⁊ erit delectabilis ⁊ laxatiua. ⁊ erit magnū. Quarto notandum ꝙ dentes poſſunt apoſtemari ſicut oſſa ⁊ cerebꝛum ⁊ ſa nies ⁊ virulentia poſſunt ibi cauſari: ſi cut in alijs oſſibus: ſicut patet in oſſe fi ſtulato:⁊ dente putrefacto ⁊ concauo. ⁊ ideo cum humoꝛes currunt ad den/ tes conculcantur ⁊ putreſiunt ⁊ conci piunt calidum extraneum:⁊ ita poſſūt vermes gnāri. Quīto notādū quō poſ ſet ſpolium ſerpētis competere poſtꝙ ſerpēs eſt venenoſus. Dico ꝙ anima/ lia venenoſa nō ſeruant venenū in ſuis ſupfluitatibus: ſic pȝ in ſtercoꝛe lacerte viridis. qō multū valet i ſuo caſu. ⁊ iō

cū spoliū sit quasi quedā supfluitas.iō
ibi non est venenum.iam enim secꝫ re
tinet ⁊ in capite ⁊ in cauda ⁊ in suis vi
sceribus:⁊ ideo spolium non est formi
dandum.imo potest bulliri in oleo ⁊
spolium denti applicari.⁊ cera intinga
tur in oleo ⁊ ab exterius applicetur:po
namus etiam ꝙ ibi eēt aliquale venenū
qđ non credo:tamen in proposito vir/
tus specifica dentis saluatiua excedit
mortiferam siqua esset.spolium igitur
a proprietate curat dolorem dentium:
vt dictum est superius sicut ⁊ alia no/
minata. Sexto intelligendum ꝙ san/
guis menstruus potest diuidi in quatu
or partes.quarum prima permiscet cū
sanguine ex quo fit membrorum infor
matio.⁊ ex secunda parte fit membro
rum informatorum nutritio.⁊ possibi/
le est ꝙ ex ista portione generentur dē/
tes. Tertia autem portio vadit ad mā
millas:⁊ ex hoc generatur lac. Quar/
ta autē remanet que mundatur in par
tu. Septimo notandum ꝙ membra ra
dicalia sunt alba.non tamen propter
hoc ꝙ est album est radicale.⁊ ideo lꝫ
dentes sint albi.tamē non propter hoc
est necessarium ꝙ sint membra radica/
lia. Octauo intelligendum ꝙ membris
radicalibus est terminus statutus ma/
gnitudinis ⁊ augmēti:sed membris ge
neratis ex superfluitatibus: sicut sunt
vngues pili ⁊ dentes:qui crescunt ratio
ne nutrimenti : ⁊ decrescunt ratione
mollitionis sicut dentes:non est statu/
tus terminus magnitudinis ⁊ augmen/
ti. Nono considerandum ꝙ dentes do/
lent aut rōne sui:aut rōne sui ligamēti.
nullum enim os sentit nisi dentes:ꝗ for
te sentiunt gratia finis.aut ratione sui li
gamenti. Ultimo notandum est h ꝙ dē
tes sunt.xxxij.sed non in omnibus sed
in perfectis:quorum anteriores appel
lantur incidentes:⁊ postea veniunt ca/
nini.⁊ postea molares.⁊ diuersificant
in capitibus ⁊ radicibus.sicut patet in
anotomia.

¶ Caplm.xxvj.de perforatione cor/
rosione ⁊ vermibus dentium.

DEntes incurrunt mltas pas/
siones:sicut est perfo
ratio.putredo.vermis
cōmotio:elongatio:⁊
difficil ⁊ tarda egres/
sio:⁊ ita i sōnis stridor
⁊ concussio.stupor ⁊ congelatio.den/
tium debilitatio.feda eorꝫ coloratio
⁊ siqua sunt similia.

Curatio. In primis mundifice
tur corpus sicut opꝫ.
⁊ distrahatur materia ⁊ cōfortetur mē
brūꝫ mandans.deinde abluatur os cū
vino decoctionis vtriusqꝫ mente.vtri/
usqꝫ saluie:vtriusqꝫ calamenti ⁊ pire/
tri. Deinde concauitas repleat de pul.
galle viridis.⁊ resine.⁊ aluminis.⁊ ni/
tri.⁊ fiat sibi capsula de viridi galla.⁊
resina.⁊ terebentina. Deinde si dolor
non cederet eradicetur.⁊ in eradicādo
debet esse magna cautela.s.ꝙ non era/
dicetur nisi esset notabile nocumentum
in dente:vt qꝛ putridus ⁊ corrosus: qꝛ
iterūꝫ reuertitur dolor in loco vbi erat
dens:⁊ ideo modicum est iuuamentūꝫ
eradicationis. Secundo oportet habe
re cautelam cum extrahitur cum tena/
culis ꝙ non extrahatur nisi prius con/
cutiatur.aliter enim esset timendūꝫ de
nocumento maxille ⁊ fistulatione.ver
bi gratia si euulsio ē necessaria fiat sic.
In primis gingiue circa radicem dētis
paulatine excorient cū aliq acuto deiñ
fiat tale medicamē. ℞.radic cucumeris

asinini.radic colloquintide:radic.celsi.
conquassentur ꝛ temperentur in ace/
to fortissimo.deinde terantur fortissi/
me ꝛ malaxentur cum lacte titimali.
ꝛ ponantur in cera concauata ꝛ igenie
tur capsula denti:ꝛ proculdubio faciet
ipsum cadere.Lac titimali cum pasta
facit illud idem.

¶ De vermibus dentium.

Suffumigetur dens vbi est ver
mis cum opio castoreo:ꝛ se/
mine cepe. vel cum iusquia/
mo.ꝛ semine porri:vel cuz iusquiamo
ꝛ sinapi vel fiat capsula denti vel intus
aliqua portio imittatur de myrrha ꝛ
aloe:ꝛ storace:ꝛ calamita vel fiat sic.
℞.auripigmēti.radic capparis. radic
colloquintide.ꝛ ex istis fiat suffumiga
tio.aut puluis:ꝛ in dente ponatur. aut
capsula:aut decoquatur in vino.ꝛ vi/
num teneatur in ore.

¶ De cōmotione dentium.

Mundificetur corpus sm̄ exi/
gentiam humoris peccantis:
ꝛ distrahatur materia.ꝛ cum
cause sint multe ꝛ intrinsece ꝛ extrinse
ce:reducamus ad tria.s.ad malam cō/
plexionem frigidam ꝛ humidã:ꝛ ad
malam complexionem calidam:ꝛ ad
debilitatem virtutis.Et si fuerit ex de
bilitate virtutis sicut in senib⁹:vix aut
nunꝙ curantur.Et si fuerit in conuale
scentibus:curatur cum dieta humida
resumptiua. vitet masticationem cum
dente cōmoto.ꝛ vtatur sorbilib⁹.Ma
terialia autem cum quibus consolidan
tur dentes cōmoti si causa est ca.sunt
ista frigida stiptica.nisi qꝛ aliqua cali/
da stiptica apponere debemus:ꝛ ecō/
uerso in causa frigida.galla:sumac: ba
laustia:psidia:acacia:rosa:sādali:ypo
quistidos:terra sigillata:mastix:thus:
laudanum.Ista igitur bulliant in aceto
ꝛ fiat gargarisma.aut puluis ꝛ desup
aspergatur.aut fiat fricatio cum istis:
aut capsula:aut emplastrum.Ingenies
igitur omnis ille modus quo virt⁹ me
dicaminis possit applicari ꝑticule pati
enti.Et si causa fuerit frigida tunc ma/
terialia sunt ista.alumen sal cōe assa:ci
minum assum:nux cipressi:folia cipres
si:spicanar.myrrha:rutha:mastix:thus
laudanū:storax:calamita:ambra aca/
cia:sumac.Bulliant igitur in vino ꝛ fi/
at gargarisma:ꝛ ita de aliis modis di
ctis in applicando siue cum vino siue
cum multis.Aliqui distillant decoctio
nem istorum per aures:aliqui ꝑ nares.

De elongatione ꝛ augumento dentiū.

Stringatur dens ꝛ cum serra
abscindatur qd̄ superfluum ē:
ꝛ illiniatur cū alumine ꝛ bac
cis lauri:ꝛ radic.aristo.lon.vel eradi/
cetur cum medicamine superius dicto.

¶ De acceleratione ortus dentium.

Nutrix debet fricare gingiuas
frequenter cuz digito.ꝛ ꝙ pu
er teneat catarellum in ore vl
de argento vel de pasta in forma rotū
da ꝛ fortiter cocta.ꝛ illiniantur gingi/
ue cum vino ꝛ oleo de lilio.Cerebellū
capitis leporis coctum si fricentur gin
giue a proprietate properat ad exitū.
quidam presumptuosi probauerunt ꝙ
lac caninum facit ad facilem ortū den/
tium si gingiue fricentur.

¶ De stridore dentiuz.

Istud autem prouenit aut ꝓ
pter vermes stomachi ꝛ inte
stinorum: aut propter reple/
tionem capitis.ita ꝙ spasmum predicit
ꝛ pessimas egritudines. Et si fuerit ex
vermibus iferius ponetur curatio. Et
si fuerit ꝓpter repletionem capitis in/

iungatur abstinentia ꝛ vigilie ꝛ exercitiū ꝛ purgetur caput sicut dictum est in secundo libro.

¶ De stupore dentium.

Stupor dentium curatur sic. vinum calidum diu teneatur in ore. aut sal assum. aut fricētur dentes cum portulaca ꝛ semine eiꝰ aut fricentur cuȝ baccis lauri. aut rad. aristologie lon. aut squill. teneat supra dentes: aut auellanas assatas. ꝛ breuiter omnia que calefaciunt dentes.

¶ De debilitate dentium.

Recipe salis assi. aluminis assi baccaruȝ lauri. aristologie lō. cinamomi optimi. piperis. ʒi. ʒi. gallarum assatarum ꝛ in aceto extīctarum. nuc̄ cipressi. an̄. puluerizentur ꝛ ponantur in sacculo. ꝛ fricentur dentes quotidie. vel ingeniētur aliꝫ modi applicandi. istud enim clarificat dentes ꝛ confortat ꝛ preparat ꝙ non de facili patiantur: nec a calido extrinseco: nec a frigido: nec ab acetosis: nec cum videt alium dolere: neqꝫ cum audit serrare. nec tinnitum magnarum portarum amplius timebit. consolidat ēt ꝛ confirmat ꝛ omnem fedum colorē remouet.

¶ De feditate dentium.

Abluatur os cum vino decoctionis mentastri ꝛ piperis: ꝛ vtatur isto medicamine ꝑ modum pulueris aut dentifricij. ꝛ ita de aliꝫs modis. ℞. ossis sepie conchiliarum marinarum albarum. porcellane. spume maris: nitri. aluminis. aristol. lon. ro. salis gēme. radic̄. canne vste. ordeum vstum. sulphuris combusti. cornu ceruini combusti. cinamomi piperis lon. ꝛ accipiatur vnum vel plura. qꝛ sūme clarificat dentes. Expedit igiť dentes mūdificare: ne putrefiant ꝛ corrūpantur.

Clarificatio. Intelligendū ꝙ galla debȝ eligi viridis ꝛ non perforata: quando magis intendimus ad constringenduȝ. perforata aūt eligitur quando magis intendimus ad desiccandum. Et ideo qꝛ in passionibus dentium magis intēdimus ad constringendum fluxū. ideo galla debet eligi viridis non perforata sed qꝛ passionibus puerorum sicut in tinea magis eligimus desiccare ꝙ constringere idō ibi eligimꝰ perforatas. Et iuxta hoc notandum de aceto quoniā lȝ sit frigidum: tamen competit qꝛ desiccat: ꝛ qꝛ penetrat: ꝛ qꝛ infrigidat: ꝛ tūc competit si passio est calida: ꝛ cuȝ hoc cōpetit qꝛ non poniť per se: sed cū multis aliꝫs reprimentibus maliciam eius. Et iuxta hoc de ordeo scito: quoniam lȝ sit frigidum ꝛ siccum tamen mundificat: ꝛ hoc qꝛ cuȝ aliꝫs administratur. Secundo intelligendum ꝙ dentes possunt esse membra cōsimilia ꝛ membra officialia: in se considerata sunt membra consimilia. sed inquantum exercēt officium cōe possunt esse officialia: ꝛ cum hoc rōne compositionis: cum ad compositionem dentium veniant nerui ꝛ lacerti. Tertio notandum ꝛ est mirabile quomodo animalia phlegmatica: sicut apri habent dentes ita acutos solidos ꝛ eminentes: ꝛ tamen sunt humida de complexione. Dico ꝙ est ex fine quoniam natura sagax cuius sagacitate non est finis: dedit multa animalibꝰ loco armorum preter complexionem naturalem. vt apro dentes acutos ꝛ incarnatos ꝛ bobus cornua: ꝛ equo soleas: ꝛ lepori leuitatem pedum. ꝛ ita de aliꝫs multis.

¶ Capl'ȝ. xxvij. de passiōibꝰ gigiuarum.

Passiones gingiuarum sunt multe. sicut est mollificatio: quoniam ex qualibz facili causa exanguinantur ꝛ sunt humide humorose. ꝛ aduenit augmentum carnis ꝛ diminutio corrosio: putredo: cancer: ꝛ fistula: ꝛ apostema: ꝛ per consequens fetor rōne putredinis gingiuarum.

Causa. Hoc aūt ꝓuenit sicut dictum est de alijs passionibus dentiū ꝛ oris aut a stomacho: quoniam ascendunt humores corrupti acetosi aut fumosi ꝛ corrumpunt gingiuas ꝛ alias partes oris: aut procedit a capite propter id quod fluit ad gingiuas aut prouenit propter malam complexionem gingiuaruz.

Signa. Signa frequenter dicta sunt. si a stomacho ibi ē dolor ꝛ aggrauatio. ꝛ si a capite similiter. Et si est a causa ca. sentitur calor ꝛ rubedo punctura ꝛ similia. Et si causa est frigida sentitur frigus discoloratio: minoratio doloris ꝛ similia.

Pronosticatio. Gingiuaꝝ passiões si diu durauerīt trāseūt ad cācrū: cū materia est sicca melencolica: aut in fistulam cum est humida phlegmatica adusta: ꝛ talia sunt valde mala.

Cura. In passione gingiuarum particularibus bene consideratis fiat phlobotomia de cephalica. deinde fiant ventose in collo cum scarificatione. deinde fiant de venis labiorum. deinde de venis que sunt sub lingua. deide scarificētur gingiue ꝛ potissime cum augmentantur: aut inflantur: aut putrefiunt: aut corrumpuntur: ꝛ fetent. Et deinde purgetur corpus sm exigentiam humoris peccantis ꝛ particule patientis. His visis ad particularia veniamus. In parua igitur mollificatione ꝛ in principijs apostematum gargarizetur diamoron cum croco. vel buliant in vino ꝛ aceto galle ꝛ sumac. balaustia. alumen. ꝛ fiat gargarisma: aut misceantur cum melle ꝛ illiniantur aut fiant fricationes ꝛ illinitiones ꝛ similia: cum sale asso. ꝛ galla assa ꝛ frixa. ꝛ positis in aceto. Si aūt fuerit corrosio. putredo. fetor. cancer. aut fistula procedamus sic. gargarizetur ꝛ frequēter oxill'. diuret. deinde fiat cum oxill'. squill'. deinde vtatur isto medicamine. ℞. vtriusq3 aluminis. salis communis ꝛ assentur: psidie: balaustie: gallarum: copularum glandium rosarum. radic. aristol'. piperis lon. cinamomi. spica nar. liquir. gūmi arabi. dragagāti. pulverizentur ista buliant in aceto. ꝛ addatur mel ꝛ conseruetur. ꝛ gingiue corrose quotidie liniant: ꝛ precedat ablutio oris cū vino decoctiōis foliorū oliuarum. ꝛ oxill'. squill'. ꝛ ista continent bis vel ter in die donec pfecte curent. Istud n. ꝓculdubio curat gīgiuā mollificatā corrosaz putridā fetidā ꝛ cācerosam. Spāle tñ ad cancrū. ℞. elli. aristol'. lō. tartari. filtri cōbusti. aluis assi. stercoris colūbini. fecis ferri cōbusti. gallaꝝ. balaustie. pulverizent ꝛ cū succo foliorū oliuaꝝ ꝛ melle cōficiant. ꝛ gīgiue cancerose illiniant. Et si vlceratio fuerit ꝓfūda ꝛ locus fuerit fistulatus: vtat isto medicamie. ℞. calcis viue. vtriusq3 arsenici. aā. ʒ. ij. vitrioli. viridis eris. ana. ʒ. j. galaꝝ. psidie. balaustie. aā. ʒ. s. pulverizēt ꝛ cōficiant trocisci cū aceto squill'. ꝛ cū vti volueris distēpent vnus cū vino aromatico: ꝛ inuoluat tēta ꝛ fistule

miponatur. Uere istud medicamen tã te virtutis est ꝙ mortificat fistulã vbicunq; fuerit tribus suppositis: ꝙ patiens vtatur dieta subtili: ꝛ corpus sit bene mundificatum: ꝛ ꝙ medicamen possit venire ad funduȝ fistule: ꝛ ideo quãdo fistula est incarnata ꝛ profundata in osse mandibule. tunc oportet discooperire ꝛ loca bene videre: ꝛ ꝙ proijciatur aqua arsenici distillati. deide medicamen dictum. ꝛ potest cauterizari locus cum acu de cupro. Et qꝛ ex his medicaminibus accidit magnus dolor ꝛ calor: ideo oportet mittigare cuȝ oleo ro. ꝛ aqua. ro. ꝛ aceto. ꝛ albumie ouorum. ꝛ sumac. Et ideo debemꝰ modo appõere mitigatiua ꝛ modo alia. Cum autem videmus os sanum ꝛ carnem sanam: desistamus ab ista operatione. ꝛ tunc abluatur os cum vino decoctionis thuris ꝛ mellis. ꝛ deinde regeneremus carnẽ cum aloe. sarcocoll. myrrha. mastič. thure. sanguine draco. conficiantur cum melle ꝛ particola patiens quotidie liniatur. Si autem fuerit apostema ꝛ fuerit ca. gargarizet decoctionem plantaginis portul. ros. psidie. balaustie. gallarum. ꝛ possunt confici per talem modum. ꝙ fiat illinitio aut emplastrum aut gargarisma. ꝛ ꝙ teneat diu in ore. Et si apostema fuerit frigidum: addatur istis alumen assũ thus ꝛ mel. deinde maturemus cum farina lentium. ꝛ farina volatil' molendini: ꝛ succo yris portantis colorem purpureum: ꝛ assungia gallinacea recenti. ꝛ assungia porci re. ꝛ oleo vnsancio. ꝛ fiat emplastrum aut vnguentum. Et si apostema est frigidum addamus olibanum. fenugrecum succuȝ apij. ꝛ mel. Et si fuerit fetor ex gingiuis possumus cognoscere per hunc modum fricentur gingiue cum digito ꝛ odoretur digitus ꝛ si feteat ex gingiuis est. Secundo sic abluatur os cum vino. ꝛ si vinum feteat ex gingiuis est. Fiant igitur ea que dicta sunt: ꝛ scarificentur: ꝛ dimittat multus sanguis fluere. ꝛ gargarizetur vinũ decoctionis olibani gariofil. croci. cinamomi. spicanar. squinanti. ꝛ teneantur in ore pillule facte de alipta muscata. Et si causa esset ca. gargarizetur aqua decoctionis persicorum. portul. viol. sandal. ꝛ camphore. ꝛ teneantur in ore pillule facte de triasanđ. cum aqua ro. ꝛ acetositate citri. ꝛ sandal' muscatell.

Clarificatio. Intelligendũ ꝙ sanguis draco. est frigide complexiõis ꝛ habȝ virtutem conglutinandi ꝛ cõstringendi. ꝛ impedit aduentum humorum ad locũ ꝛ temperat alia medicamina ca. ꝛ ita potest carnem regenerare non ex prima intentione: qꝛ talia sunt calida ꝛ sicca. sicut aloes: thus: myrrha: sarcocoll. orobus. aristol. ꝛ similia. Sed generat desiccando conglutinãdo humoris aduentum impediendo caliditatem aliorum aduentum reprimendo. ꝛ ideo in vlceribus vbi indiguerimus carnis regeneratione bene possumus sanguineȝ draconis apponere.

¶ Explicit tertia particula.

¶ Incipit quarta particula que est de passionibus spiritualium continens capitula. xiij.

Caplm primum de squinantia.

Circa istam mam intelligendu q versus radice lingue sut duo meatus: quorum vn9 est via cibi. alter est via anbelit9. et appellat trachea arteria. et caput eius vocat epiglotum. via cibi appellatur meri: seu ysophagus. via aut media inter duos meatus appellat guttur. s3 illa lingua que e supra istos duos meat9 ad modu digiti infistula: appellat vuula. sed queda caro addita in radice lingue appellat duo amigdala. pars aut anterior colli appellat gula. et est ppe via anbelit9. pars aut posterior colli p quam transit meri: appellat ceruix. Nunc aut in his mebris accidunt nocumeta multa: et cu hoc anbelitus redditur difficilis pter multa: et pter cas extrinsecas: sicut est arista: et lignu et similia cu intromittuntur: et casus: et percussio: pter qd accidit dislocatio spodiliu. et talis difficultas anbelitus raro aut nuq curat. Et accidit difficultas anbelit9 pter debilitate virtutis: sicut in pueris. et accidit pter mollificatione neruorum et paralisim et accidit pter spasmu: et pt mulra alia cosilia. Et tn de tali difficultate anbelitus no agitur hic. s3 de difficultate anbelitus q accidit pter apostema gutturis: que appellat squinatia. Sqnatia igit e apostema gutturis impedies via anbelitus et via cibi. tn hic no agit principalr de nocumentis accidetibus in pria digestiua: sed de nocumetis accidentib9 in mebris pectoris et toto clibano ei9. Accidit igit squinatia in lacertis gutturis et viarum duarum siue anterioribus siue posteriorib9: et sm hoc diuersificatur: qm queda sunt spes squinatie in q apparet tumor et rubor ore apto. Scda spes e qn nihil pot videri nisi ligua fortiter coprimat: et tuc latet apostema interi9 in istis vijs. Tertia spes qn nihil pot videri dato q coprimatur et tunc latet apostea interi9 in istis vijs. Quarta spes pot ee qn apparet tumor interius in gutture: et exteri9 in ceruice.

Cause. Causarum queda sut extrinsece: queda intrinsece. Extrinsece sicut e nimia caliditas: et frigiditas: isufflatio ventorum: acceptio qrundam fungorum: et quorudam venenorum. S3 ab intus hoc pot puenire vt plurimum propter repletione capitis: et pter reumatismum: et prouenit aliquando propter vapores ascendentes a pectore. et stomacho et toto corpore et aliquado accidit pter malicia particule patientis: et accidit etia aliqn pter egritudines pcedentes. qm febris ptinua terminatur aliquado p squinantia. et aliquado frenesis. et aliqn apostema vuee. et ita de alijs. et est vlr mala crisis et suspecta. Et accidit etia aliqn ex sanguine. et aliquado ex colera: et ita de phlegmate: et de melia: lic3 raro de melia.

Signa. Tumor. rubor. calor. dolor. plenitudo. puls9 signant sanguine. color citrin9. punctura. mordicatio signant coleram. albe/

do tumor mollicies.modic⁹ dolor mul titudo saliue signant phlegma. Duri/ cies liuor signant meliam. tarditas af/ flictionis: et duratio morbi. In particu/ la aũt a qua prouenit materia semper est pondus et aggrauatio. Et si venerit ex egritudinibus precedentibus vel ex causis primitiuis. illa sunt satis manife sta per indicia et per illa que p̄cesserũt. Signa aũt squinãtie interius latẽtis q̃ videri non põt sunt ista. cõstrictio anhe litus. et quando bibit aquaʒ regurgitat ad nares. et qr oculi sunt rubei et qr lin gua est rigida: et vox catulina. et colluʒ rigidum. Signa aũt demonstratiua sũt difficultas anhelit⁹. dolor. aptio oris. Intelligendum etiam circa istam mate riam q̄ squinantia terminat̃ aliquo isto rum modorũ. quoniam aut terminatur per resolutionem insensibileʒ cuius si/ gna sunt alleuiatio: aut terminatur ad neruos et lacertos colli: cuius signum dolor et grauatio et tortura. pulsus du/ ricies. Aut terminatur ad pulmonem: et est semper mala terminatio: q̄m aut causat vlcerationem in pulmõe: aut pe ripleumoniam: cuius signum tussis. do lor pectoris: et difficultas anhelit⁹: aut terminatur ad cor. et est mala termina/ tio. cuius signum tremor cordis. sinco/ pis. occultatio pulsus. aut ad stoma/ chum. cuius signũ dolor et vomitus. et posset esse ad bonũ. Aut terminatur p̄ saniẽ. et posset esse ad bonũ. cui⁹ signuʒ apparet in screatu. Ista igit̃ sunt signa permutationis. Si aũt permutet̃ mate ria ad saniẽ: signũ est q̄ magis appetit cooperimẽta. et cũ sanies est generata alleuiat̃. sʒ hoc nõ põt cõpleri in q̃tuor dieb⁹. sʒ bñ põt icboari et postea com pleri. q̄m ois squinãtia terminat̃ vt plu rimũ in quatuor dieb⁹. et si transeat mã vt plurimum videtur melia. cui⁹ signũ est qr sentis saporem stipticum in ore.

Pronostica.

Ista signa ma la sunt in squi nantia et pernecabilia et mortalia. s. q̄n squinãtia venit in febrib⁹ continuis in die cretica. sincopis vehemẽs: difficul/ tas anhelitus: sicut est disnia oregmon. difficultas trãsglutiẽdi ita q̄ reijciat po tum per nares: vox catulina. ita q̄ vi/ deat̃ loq̄ cũ naribus. spuma in ore. emis sio lingue. et frequẽs motus: sicut appa ret in equo fatigato. color niger et liui/ dus in lingua in oculis et labijs. frigidi tas extremitatũ. cõtractio colli. et q̄ nõ possit iacere supra dorsum et potissime in squinãtia que est in vijs anhelit⁹. q̄m quãdo est in vijs cibi accidit plus diffi cultas transglutiendi. aliq̄n tñ accidit vtrũq̄. Squinantia venit frequenti⁹ in vere. et q̃ ẽ cũ fe. est magis periculosa. Signa aũt magis salua sũt quies. som/ nus. alleuiatio doloris. bonitas. anhe/ litus. facilitas trãsglutiendi. et breuiter priuatio malorum signorum.

Curatio.

Ista egritudo ẽ mul/ tũ periculosa et bre/ uis terminationis. et idõ a principio sta/ tim succurrendum est. et ideo homines qui de facili incurrunt squinantiam cuʒ sentiũt se repletos deberent facẽ phlo/ botomiã anteq̄ incurrerent. In primis fiant clisteria. deinde si corp⁹ est plecto ricum fiat phloia de saphenis eiusdeʒ lateris. vel de cephalica oppositi late/ ris. Deinde si indiguerit et virt⁹ possit tolerare fiat de cephalica eiusdem late ris. ẜm q̄ dolor magis declinat ad de/ xtrũ vel ad sinistrũ. Deinde si particu/ laria conueniant fiat phloia de vena q̃ est in fronte. deinde de venis labiorũ. deinde de venis que sunt sub lingua. Et

si nō possit trāsglutire fiant ventōse in collo ⁊ sub mēto. Ista aūt valent in oī apostemate pfocatiuo cū conueniētia particulariū. Dieta sit talis: ꝙ nihil comedat vsqꝫ ad diē tertium: si virtꝰ possit tolerare. ⁊ si nō possit sit cōtentꝰ isto cibo .s. aq̄ ordei: aut ydromelle: aut sirupo acetoso: aut oxiꝉ. aut brodio pulle parue. Post diē aūt tertiū vtat ordeato claro: aut pulla trita colata. ⁊ ita de aliꝭs sorbilibꝰ iuxta conuenientiam particulariū. Uniuersalibꝰ igit recte ordinatis ad pticularia veniamꝰ. In primis fiat gargarisma si cā est calida cuꝫ diamoron. ⁊ modico sirupo iulep. aut violꝭ. aut siru. de papauere. Aut fiat decoctio in aq̄ coriandri ⁊ sumac ⁊ gallarum. ⁊ ypoq̄stidos. ⁊ maloꝝ gra. cōtritorū cū toto ⁊ addatur aliquantulum zucc. ⁊ colet ⁊ fiat gargarisma. Deinde vtatur istis pillulis sub lingua. ℞. granoꝝ rose. sumac. coriad. sang. dra. conficiātur cū mucillagine psiliꝭ. ⁊ draganti frigidi in sirupo nenupharis: ⁊ fiāt pilꝉe ⁊ teneant in ore: vel fiat gargarisma de oxiꝉꝉ. ⁊ aqua ⁊ aceto. ⁊ valet in vtraqꝫ causa. Et si cā esset frigida fiat decoctio de nitro. ⁊ alumine assis. ⁊ mastic. ⁊ thure. ⁊ ydromelle: ⁊ fiat gargarisma. deinde fiāt pilꝉe quas teneat in ore. ℞. mastic. thuris vuaꝝ passarum mūdataꝝ abariꝉꝉ. storacis calamite. aā. ʒ. ij. conficiantur cū oxiꝉꝉ. Deinde in causa calida circūdetur collum vndiqꝫ lana succida inuoluta ī oleo de camomilla. Et si cā est frigida grossa viscosa. ℞. sinap̄. nitri. sulphuris. castorei. ⁊ bulliant in oleo. ⁊ lana intingatur ⁊ circa collū inuoluat. Deinde postq̄ incipit venire ad augmentū gargarizet aquam decoctionis fenugreci. seminis lini. vuaꝝ passarum mund. abariꝉꝉ. sūmitatum pāpaueris. caricaꝝ. liquiri. mund. Et si cā est calida addatur zucc. ros. ⁊ violꝭ. nenuphar. Et si cā est frigida non oportet addere nisi mel. Item ℞. olei violꝭ. butiri caricarum. fermenti. dialtee. misceant. istud eni maturat ⁊ rumpit siue intus siue extra applicatum per modū emplꝭ. aut quocūqꝫ mō applicet: siue gargarizando. siue alio mō. Postq̄ aūt venit ad maturationē rumpatur ⁊ gargarizet oxiꝉꝉ. diur. cuꝫ decoctiōe caricaꝝ. ⁊ fermēti. aut squiꝉ. aut aperiat cū digitis ⁊ vngue. Aut rūptū fuerit gargarizet oxiꝉꝉ cū vino. Et si mā eēt mꝉtū grossa addat. pip. nitrū. cinamomū. sinapis. Illa aūt que valēt a tota specie: sicut dicūt magistri nostri sunt stercus yrundinū: ⁊ stercus pueri: ⁊ stercus canis comedentis ossa: ⁊ stercus lupi. Ista enim debent aliquantulū desiccari supra testam. ⁊ deinde puluerizari ⁊ ī ore īsufflari: aut decoquant ī ydromelle: ⁊ fiat gargarisma. Dicunt etiam ꝙ si vipera stransguletur cum filo ⁊ circūdetur collū ꝙ multum valet. Ista emperica non suꝫ expertus: sꝫ alia omnia que dicta sunt feci frequenter. Ista etiam valent in squinātia ⁊ in apostematibus suffocatiuis ⁊ in arista ⁊ similibus. Accipiatur spongia parua ⁊ liget cū forti filo ⁊ trāsglutiat ⁊ subito extrahatur. Ideꝫ posset fieri de lardo. In vltima aūt desperatione aperiat gula vt possit respirare. ⁊ cū negociū erit ꝯpletū ꝯsolidet. In curatiōe istoꝝ apostematū non oꝫ medicus esse negligens nec sōniculosus: qꝛ passio ē acutissima.

Clarifica. Intelligēdū ꝙ sq̄nātia pt cari de meꝉia sicut pleureꝭ. lꝫ raro: qm̄ squinantia est breuis terminationis. ⁊ meꝉia facit longū morbuꝫ. ⁊ cum hoc meꝉia nō ē hu-

mor bene cursibilis nec bñ penetrabi/
lis: ꝛ ideo raro fit: possibile tñ est sicut
Aui. dicit licꝫ ꝯtrariũ dicat Viaticus:
sed ipossibile accipit ꝓ difficili. Scdo
notãdũ ꝙ sq̃nãtia fit vt plimũ de san. ꝛ
postea ꝺ phlegmate ꝛ postea ꝺ co. ꝛ ra
ro ꝺ melia. Et iuxta h̃ notãdũ ꝙ vt pli
mũ fit per viã reumatismi: ꝛ per viam
deriuationis: ꝛ iõ fit subito: tardius ãt
fit ꝑ viã cõgestionis ꝛ ꝑ ascensum va/
poꝛuꝫ ab iferioꝛibus: qꝛ talia tarde ag
gregant ꝛ tarde ascendũt: squinãtia ãt
fit subito. Tertio notãda sũt q̃toꝛ cir/
ca istã mãm: pꝛimũ scꝫ ꝙ ad squinãtiã
sequitur febꝛis cõtinua. Et rõ dictoꝛũ
est qm̃ licꝫ ista mẽbꝛa nõ sint nobilia:
deseruiũt tñ mẽbꝛo nobili: ꝛ ita habẽt
nobilẽ opatiõnẽ. Et qñ ista cõueniunt
scꝫ ꝙ febꝛis sequit̃ squinãtiã: tãto dete
rius ꝑpter difficultatẽ anhelitus. Et in
omni squinãtia cõpetit lac: ꝛ qꝛ abster
git ꝛ mũdificat ꝛ maturat nisi timea/
mus de fe. ꝙ coꝛrũpat. Secũdũ qꝺ de
bemus intelligere est istud scꝫ ꝙ ad sq̃/
nantiã sequit̃ eductio oculoꝝ: ꝑp colli
gãtiã quã hꝫ trachea cũ lacertis oculo
rũ. Tertiũ qꝺ sequit̃ est eductio lingue
ꝛ h̃ est ꝑp magnitudinẽ apostematis in
radice ligue. Quartũ qꝺ debem⁹ itelli
gere est qm̃ in oĩ spẽ squinãtie cõpetũt
repcussiua ꝛ diuretica. Et si diceret̃ nõ
ne mittit̃ mã ad mẽbꝛa nobilia dico ꝙ
nõ: qꝛ multa mẽbꝛa sũt in medio ꝛ dis/
partit̃ i multas ptes ꝛ distributa ꝑ mul
ta mẽbꝛa meli⁹ rectificat̃ q̃ si eẽt colle/
cta i vno: ꝛ cũ h̃ ista mẽbꝛa nõ sũt emũ
ctoꝛia sicut sũt asselle ꝛ inguina: ꝛ cũ h̃
qꝛ in pꝛincipio nõ hꝫ tantã maliciã ista
mã: ꝛ cũ hoc qꝛ opatio: mẽbꝛi nobilissi
mi ipedit̃. Ex his igit̃ elici põt ꝙ in sq̃
nãtia pñt cõpetere repcussiua: alr pos/
set cõtingere repẽtina suffocatio: cũ sit
de supacutis. Ultimo cõsiderãdũ circa
istã mãm ꝙ mucillago psilij ꝛ citonio/
rũ vna cũ alijs: licꝫ sint frigida ꝛ visco
sa pñt maturare ꝛ rũpere: pꝛo tãto qꝛ
faciũt alia adherere ꝛ carice ꝛ fermẽ/
tũ etiã maturãt ꝛ rũpũt. Si aũt apo/
stema eẽt in exterioꝛib⁹: calx viua cuꝫ
sapone iudaico rũpunt: ꝛ si sapo moll̃
inueniat̃ albus tãto melius: sed possũ/
mus accipere saponẽ duꝝ album vltra
marinũ ꝛ miscere cum oleo laurino: ꝛ
erit molle ꝛ album.

¶ Capl'm. ij. de passiõib⁹ vuule.

Vula hꝫ quĩqꝫ iuuamẽta pꝛimũ ꝙ ꝓseruat a fu
mo ꝛ puluere ꝙ non
vadãt ad pulmonẽꝫ.
Secũdũ est qm̃ alte/
ratur ibi aer ꝛ calid⁹
ꝛ fridig⁹ anteq̃ vadat ad pulmonẽꝫ ꝛ
coꝛ. Tertiũ valet ad infoꝛmationẽ vo
cis: ꝛ iõ stat supꝛa foꝛamẽ anhelit⁹: sic
digitus fistulatoꝛis. Quartũ iuuamen
tũ est: qm̃ quãdo homo loq̃tur stat su/
pꝛa meri ne aer ingrediatur ad stoma/
chum: ꝛ qñ homo comedit stat supꝛa
viã anhelitus ne cibus ꝛ potus vadãt
ad pectus: ꝛ iõ nõ est bonũ comedere
ꝛ loqui simul. Quintuꝫ est qm̃ ꝓseruat
ne mã reumatica descẽdat subito ad pe
ctus ꝛ stomachũ: qm̃ ibi remanet ali/
quo mõ ꝛ sentit̃: ꝛ tũc expellit̃ cũ screa
tu: ꝛ iõ q̃ amisit vuulã amisit ista q̃nqꝫ
iuuamẽta: ꝛ ꝓ tãto nõ possũt pati. nec
caloꝛẽ nec frigus nec sitim: imo ledunt
de facili a quacũqꝫ cã: ꝛ iõ vt plurimũ
ptisici moꝛiunt̃. Caueãt igit̃ sibi q̃ in sa
nitate faciũt sibi incidi vuulã vt melius
cantent: qm̃ sine dubio cũ instrumentis
vocalibus: postea nunq̃ faciunt opera
tionem pulchꝛam. Uigilate igit̃ vuula

aliquādo relaxatur ꝛ cadit inferius ꝛ impedit viam cibi ꝛ anhelit⁹. aliqñ ēt apostemat ꝛ modica mā valde sufficit ad sui apostemationem: ꝛ sicut aposte matur vuula. ita vt due amigdale que sunt in radice lingue.

Cause. Cause sunt nec plus nec minus sicut dictū est capitulo de squinantia.

Signa. Ista etiam sunt eadem cum predictis signis.

Pronostica. Ypo. docet pnosticare vuulā tumidā ꝛ rubentē timendū eē incidere ꝛc. Timor eni est qdruplex. Prio qm̄ timendū est de nimio fluxu qui nō possit restringi. Scdm qm̄ si non fuerit maturū ex hoc accidit magn⁹ dolor: ꝛ io currunt hūores ꝛ magnificat apostema. Tertio qm̄ si amittat pars substantie vuule: amittūtur. v. iuuamenta que hȝ naturaliter. Quarto qꝛ si māv a dat ad pulmonē timendū ē de ptisi aut peripleumonia. ꝛ ita de aliis. Quinto qm̄ si vadat ad stomachū timendū est ꝙ causet ibi nocumentū vigilate igit.

Cura. Curatio fere ē eadē sicut in squinātia. In pris igit fiāt clisteria phloie. vētose. purgationes. ꝛ sillia q̄ dcā sūt superi⁹ iuxta cōueniētiaȝ particulariū. corpe aūt mūdificato repercutiat mā cū diamorō ꝛ aq̄ ca. aut decoquant in aq̄ galle. sumac. spidie. ꝛ ponat modicū aceti ꝛ fiat gargarisma. Et si cā est frida addam⁹ alumē. assuȝ. ꝛ sal assuȝ. masticē. thus. ꝛ mel. Et si propter stiptica aut pp alia talia apostemata fuerint nimis indurata: mollificētur sit. ℞. psilij dragagāti. gumi arabi. fenugreci. se. lini. sem. malue. ordei. cōquassent oia preter psiliū. ꝛ fiat mucillago i aq̄ calida ꝛ exprimat. Et isto possum⁹ vti multis modis siue int⁹ siue extra. Primo ꝙ illiniant ptes indurate frequenter cū pluma. aut ꝙ iste mucillagines buliant in aq̄ ca. ꝛ fiat gargarisma. ꝛ desiccet ꝛ fiat puluis ꝛ insufflet intus vsqȝ ad locū. Postea dissoluam⁹ sic. buliat ysopus ꝛ radix lilij in oxill. squill. ꝛ fiat gargarisma. Et cū hoc buliant succus agrimōie ꝛ cētauree i oleo laurino ꝛ intingat lana succida ꝛ iuoluatur collū. Et si fuerit casus vuule cū fe. gargarizet diamorō cū aqua ca. aut buliāt rose mirtilli: sumac. galle. in aq̄ cū aceto ꝛ fiat gargarisma. Et si est sine fe. ꝛ calore addam⁹ istis. sal assuȝ ꝛ alumē assuȝ. ꝛ sal armoniacū. ꝛ galliā muscatā. ꝛ fiat gargarisma. In pueris aūt fiat ex istis illinitio cū pluma. ꝛ inuoluat collū lana succida cū oleo de camomilla. ꝛ fricet caput. ꝛ claudāt cōmissure partis anterioris cū thure ꝛ pice. ꝛ pseruent oino a reumate. ꝛ exhibeant exiccatiua sicut sunt vigilie. ꝛ minorationes cibi ꝛ pot⁹ ꝛ sillia: licȝ non possint trāsglutire. Desiccet igit humiditas supflua illi⁹ vuule quātū erit possibile. Ad icisionē igit vuule veniam⁹. qñ vuula gracilis est versus radiceȝ. s. in palato supiori: ꝛ est grossa inferi⁹: ꝛ nō est rubea sed vergit ad quādā albedinem ꝛ liuorem mortificatū. ꝛ vident signa maturitatis. ꝛ corp⁹ est mūdificatum. ꝛ est tāta grossicies ꝙ timendū est de suffocatione. tūc si aliqua hora ē incidendi incidenda est. Cōprimat igit lingua ꝛ vuula cū forpicib⁹ incidatur. s. quātū augmentata est preter nāȝ. qm̄ si abscinderet in pua quātitate nō haberet iuuamentū: ꝛ si in nimia magnū nocumentū. mediocritas igit obseruetur. Uel potest hoc fieri cuȝ tenaculis illis cū quib⁹ abscinduntur dētes. Scdo mō

potest abscindi per hūc modū. ℞. asse
fetide. arsenici. vitrioli. salis armoniaci
attramenti. alluminis. ꝛ fiant pill'e cuȝ
aceto squill'. ꝛ ingenient cū aliquo istru
meto ꝙ possint applicari vuule p vnā
horam: ꝛ cū incipit denigrari iam suffi/
cit ꝙ inter tres dies cadet. Tertio mō
operamur per hūnc modū. restaurator
percutiat vuulam cum phlobotomo
in parte illa in qua maior ē maturatio:
ꝛ ideo sanies ꝛ sanguis exibūt. Quar/
to modo sic. accipe acū de ferro ꝛ po
natur in igne donec candeat: ꝛ cauteri/
zetur loc⁹: sed acus trāseat per calamū
de ferro: ne partes vicine ledant ꝛ ac⁹
sit sic figurata ꝙ possit compleri opera
tio. Nunc aūt debet patiens tenere os
apertū vt sanguis ꝛ sanies fluāt ad ex/
teriora. Et si flueret ad pect⁹ ꝙ mundi
ficentur cū tussi. ꝛ si ad stomachū cum
vomitu aut secessu. Post hoc aūt gar
garizet ista decoctio. ℞. yreos. ysopi.
liquir. capillis ve. re. ordei. decoquant
in ydromelle: ꝛ tūc accipe duas partes
huius decoctionis ꝛ tertiā oxill'. diur.
ꝛ fiat gargarisma ꝛ frequenter. Si aūt
vellem⁹ abscindere apostema quod est
in amigd. existentibus in radice lingue.
tūc eleuet cū vncino. ꝛ ē cauēdū ne au
feratur tota pellicula: qꝛ periculū esset
amittere humiditatem saliualem.

Clarificatio. Intelligendū ꝙ vuula ma
gis declinat ad viā anhelit⁹ ꝙ̄ ad viaȝ
cibi. Cui⁹ rō est vt preseruet plus a no/
cumentis: qm̄ membra pectoris nō hn̄t
aliud foramen per qd possint mūdifica
ri trachea. Sed stomach⁹ potest mūdi
ficari per superiora ꝛ per inferiora. Cō
seruanda est igitur vuula ne abscindat
qꝛ qui eā amisit pulchrā iocalem ami/
sit. Secūdo notādum ꝙ via anhelitus
scȝ trachea arteria declinat magis ver/
sus partē anteriorem ꝛ viā cibi. sed me
ri declinat magis vsus partē posterio/
rem. ꝛ est duplex rō qm̄ pect⁹ declinat
magis anterius ꝛ stomachus posteri⁹.
quare oportuit ꝙ meatus cuiuslibȝ de/
clinarent versus ptes suas. Secūda rō
est qm̄ anhelit⁹ est magis necessari⁹ ꝙ̄
cib⁹: ꝛ ideo oportuit ꝙ via sua esset re
ctior. quare est anterius. via aūt cibi est
magis tortuosa: ꝛ qꝛ non est ita neces/
saria. ideo fuit posteri⁹ collocata. Ter
tio notandū ꝙ via cibi est magis dila/
tabilis ꝙ̄ via anhelit⁹: qꝛ subtiliora sūt
illa que transeūt per tracheā: ꝛ propte/
rea fuit cartilaginosa. Illa aūt que trās/
eunt per meri sunt grossiora: ꝛ etiā ali/
quādo trāsglutitur magnus bol⁹. qua/
re illa via fuit multū dilatabilis: aliter
sequeret suffocatio. Quarto considerā
dum ꝙ ea que ascendūt a stōacho ma/
gis nocent suis vijs. s. meri ꝙ̄ illa q̄ ascē
dunt a pectore noceant suis vijs. i. tra/
chee. Cuius rō ē duplex qm̄ ea que ascē
dunt a stomacho sunt magis indigesta
ꝛ acuta: ꝛ cū hoc meri ē magis passibi
le. Illa aūt que ascendūt a pectore sunt
subtiliora ꝛ magis digesta. ꝛ trachea
nō est ita passibilis: cū sit dura annulo/
sa cartillaginosa. Quinto intelligendū
ꝙ trachea dilatat ꝛ magnificat nāliter
circa tēpus pubescēdi quare imutatur
vox nāliter dato ꝙ nō coiret: sed si coe
at manifestius imutat: cū coitus violē
ter faciat ad augmentū: qm̄ vox imuta
tur nāliter ꝟm latitudinē aut stricturaȝ
cāne ꝛ ꝟm caliditatē ꝛ frīatē. ꝛ ꝟȝ vir
tē fortē ꝛ debilē. Ultio notādū ꝙ si ra/
dix vuule eēt grossa ꝛ caput acutū: tūc
nō eēt ita timēdū de suffocatiōe. qꝛ vie
nō ita clauderent. ꝛ iō nō oportēt ipaȝ
incidē: sȝ qn̄ radix videt gracilis p co/

paratione̅ ad caput suu̅: tu̅c cadit ⁊ op
pilat ⁊ i̅pedit vias: ⁊ tu̅c ꝓpter timore̅
suspectio̅is e̅ incide̅da aliť no̅: ⁊ q̊cunqꝫ
modo fiat semper est magnu̅ ꝑiculu̅.

¶ Capl'm tertiuꝫ de raucedine vocis.

Vox est no/
bilissima actio volun
taria ex nobilissima
actio̅e aïe ꝓcede̅s: qꝛ
ex motu cogitatio̅is
⁊ deliberatio̅is. h su̅t
que legu̅tur apud Gal'.li. suo de voce.
Ma̅ au̅t vocis e̅ ꝓuenie̅s a pulmo̅e tra̅
siens ꝑ trachea̅ arteria̅ ꝑcutie̅s cartilla
gine̅ epiglotis. p̄ricipiu̅ au̅t vocis e̅ i̅ epi
gloto: qm̅ venit aer ex locis amplis ad
loca stricta. Ca̅ au̅t efficie̅s e̅ v̇tus mo/
uens lacertos pectoꝛis ⁊ epiglotis dila
tatio̅es ⁊ co̅strictio̅es. Ca̅ au̅t formalis
⁊ ꝑ se e̅ vuula retine̅s aere̅: sic̄ digit⁹ re/
tinet i̅ fistula. vn̄ i̅ formatio̅e vocis vuu
la e̅ ꝑ se: ⁊ alia sunt ꝓpť iuuame̅ta. sicut
lingua. palatum. de̅tes ⁊ labia. ⁊ ita de
alijs. Ca̅ finalis e̅ explicatio ꝯcept⁹. hn̄
igiť dictu̅ e̅ nobilissima actio ⁊c̄. Huic
au̅t actio̅i adueniu̅t tria accide̅tia sicut
alijs actionib⁹: qm̅ vox aut auferť. aut
minorať. aut corru̅piť. Auferť cu̅ cessat
penit⁹. minorať cu̅ aliqs loquiť cu̅ q̄da̅
difficultate. corru̅piť sicut pꝫ in q̄dam
raucedine ⁊ voce tremula ⁊ pauca ⁊
aspa. ⁊ ita de alijs quoꝝ ca̅ morbi sunt
officiales. consimiles ⁊ co̅munes.

Causa. Corruptio vocis aut ꝓ/
uenit a causis extrinsecis
aut intrinsecis. Si extrinsecis sic̄ est fu/
mus puluis vent⁹ borealis cum venit
subito post australe̅. ⁊ eco̅uerso. come/
stio multa reꝝ multaꝝ salsaꝝ acutaꝝ
acetosaꝝ. Et ꝓuenit ex debilitate vir/
tutis: sicut in decrepitis. ⁊ pueris. ⁊ co̅/
ualescentibus. ⁊ incarceratis. ⁊ religio
sis. ⁊ similibus. Et prouenit e̅t ex casu
⁊ ꝑcussio̅e colli ⁊ nuche ⁊ spondiliu̅ ⁊
neruoꝝ ꝓcedentiu̅ ex eis. ⁊ breuiter ex
nocume̅to omniu̅ illoꝝ q̄ faciu̅t ad in/
formatione̅ vocis. Si au̅t sit ex causis
intrinsecis: tu̅c accidit corruptio ⁊ no/
cumentu̅ in voce propter nocume̅ta ce/
rebri: ⁊ colli: ⁊ nuche: ⁊ pectoris: ⁊ sto
machi: ⁊ oi̅uꝫ membroꝝ vocaliu̅. sicut
est pulmo: trachea. epiglotis. vuula. lin
gua. palatu̅ superi⁹ ⁊ inferi⁹. ⁊ labia ⁊
dentes. Et venit sp̄aliter ꝓpter nocume̅
tum lacertoꝝ dilatantiu̅ epiglotim ꝭm
Gal'. lib. de voce. ⁊ ꝭm Auic̄. Et venit
etia̅ corruptio in voce ꝓpter malaꝫ co̅
plexione̅ calida̅. frigida̅. sicca̅. ⁊ hu̅ida̅.

Signa. Signa sunt satis ma/
nifesta ꝑ lesione̅ mem/
brorum. quoniam si a causis extrinse/
cis discernunť per indicia patientis. aut
assistentium ⁊ similiu̅. Et si fuerit a ca/
pite est cum diminutione alioꝝ sensuu̅
⁊ capitis grauitate. Et si a collo discer
nitur ex dislocatione ⁊ dolore. Et si a
stomacho discernitur ex grauitate sto/
machi. Et si a pectore similiť. Et si ex
ore discernitur per nocumenta illarum
partium. Et si ex epigloti discerniť ex
priuatione alioꝝ. Et si fuerit ex calido
vox est magna. Et si ex frigido vox e̅
parua. Et si ex sicco vox est aspera. Et
si ex humido tunc si est humiditas ma
gna causatur raucedo. Et si maior tunc
causatur vox tremula. Et si maxia tu̅c
auferť vox. Si a paralisi lingue ⁊ me̅/
broꝝ vocaliu̅. corru̅pitur: igiť vox ꝓpť
spasmu̅ repletionis ⁊ inanitionis ⁊ si/
milium. ꝭm igitur fortitudine̅ ⁊ debili/
tate̅ ca̅e: ꝭm hoc adueniu̅t diuersa acci
dentia in voce: aut ablationis: aut mi/
norationis: aut corruptionis.

Pronostica. Corruptio vocis propter nocumenta nuche colli et spondiliu et nervorum dilatatiu et ita de aliis nocumetis que veniut a parte posteriori: sicut est dislocatio. casus. et percussio. vix: aut nuq curat: nisi eet valde novella. Raucedo p vnu annu no recipit curatione. Raucedo ex reumate nunq curatur nisi prius reuma curetur. Cu3 aliqs e reumaticus et raucus et phobotomat: vix aut nunq curatur.

Cura. Tria sut que ?petut in oi raucedine. Primu. s. ficc sicce et debet assari donec incipiant sudare et statim comedi. Secudu est caulis siue succus siue brodiu: vel p modu electuarij vel coditi. Tertiu est pedes aialiu et possime pedes vaccarum. Si at raucedo seu vocis imutatio venerit propter laboze et clamoze: aut vociferatione: aut propter nimia siccitatem: tunc ista copetut. s. vitella ouorum. lac. butiru sine sale. malue. atriplices. oleu amig. dul. oleu viol. oleu sisaminu. siue itus siue extra applicatu. Et valet et balsamu3 dragatu. amig. et penidia. vue pas. mude. fistici. pinee. pisces recetes squamosi de aquis mudis. iuscula. et oia sorbilia. Accipe malagranata dul. et decoquatur iter prunas et remoueat cortex et reliquu terat et colet: et colature addatur panis zuccari: et sorbeat: et copetit etia sonus et quies et silia huectatia corpus. Si at imutatio vocis fuerit propter caloze: si corpus est plectoricu fiat phloia. et si colera abudet purget cu cassiaf. et mana et vtat diapapaue zuc. ro. viol. diadragato frigido. diapenidion sine spebus calidis: et vtat cadi. et penidijs. et cucurbita et melonibus. Si aut vox imutat ex causis frigidis: vtat diayris. et diaysopo. diacalameto. origano calameto et silib. Nuc at de raucedie dicam: et qz raucedo proprie veit ex humido: et etia frequeti aduenit q alie vocu imutationes: io hac cura diligetius psequamur: et qz vt plurimu venit cu reumate io in primis suffumigetur caput cu nigella: et saccellet cu milio et sale assis. et teneat istas pillas in oze. ℞. stozac. calamite. ambze. mastic. thuris. liquir. mude. vuarum passarum mudatarum. abarill. caricarum. dragagati. gumi arabici. et fiat pillule. et cosiciant cu ydromelle. Reumate curato vtat cubebis die ac nocte: mane et sero sine omni misericozdia: sicut si eet ludus pilorum et inungat puitas cibi et potus et eiusde3 subtilitas et vigilie. et vitet oe balneu3 et fometatione. et vitet oia salsa et acuta et acetosa. Et si ex istis cotingat vti rone curationis addent semp lenitiua sicut sut vue passe. dactili. ficus sicce. pinee et silia. Ite vtat isto medicamie. ℞. zinziberis cditi. pipis logi. cubebaru pulueris calameti. an. ʒ. ss. caricaru. vuarum pas. mudatarum abarill. pinearum fisticorum. an. ʒ. ij. puluerizada puluerizentur. et coquassanda coquassent. et fortissime coterant cu modico mellis sup cineres calidos diu agitado et fiat coditu quo vtat frequeter in die labedo diu i oze tenedo. Et istud medicame reputo valde bonu. nihilominus pot digeri ma frigida et huida p hunc modu et valet in oi passione pectozis de ca frigida et huida. sicut in raucedine et asmate et tussi. ℞. radicis yreos. lilij. squille. ysopi. origani calameti. an. ʒ. ij. siseleos. fenugreci caricarum. vuarum pas. mudatarum abarill. fisticorum. pinearum. mude dactilorum piguiu. amig. excozticatarum. iuiubarum. sebesten. an. ʒ. j. mellis lib. j. fiat si

rupus lib.j.r.5. Materia digesta pure tur sic. ℞. yerap.ʒ.ij. yeralogodion.ʒ.ij.bdelij.pulpe coll.an.grana.vj.misceãtur r fiãt pillule. Item gargarizet quotidie ydromel aquaticũ cũ oxill. squill. Et qz diuersitas pticularium est multa valde: iõ adhuc ista medicamina subiũgam⁹ q̃ multũ valẽt in oĩ passione pectoris de cã frigida r hũida. sicut dictũ est de medicamine p̃cedẽti: r iõ fere ista mẽlia replicabunt in capitulo de asmate seu difficultate anhelitus r caplo de tussi. dũ mã sit frigida r humida. Primũ est tale. ℞. triũ granoꝝ piperis. cubebaꝝ. cinamomi electi. an ʒ.j. fenugre. se. lini assi. maratri. pinearũ mũda. abarill. iuiubaꝝ. sebesten. an ʒ.j. cõficiant cũ melle r lẽto igni cõdiantur. r fiat cõditũ sicut opz r sumat lãbẽdo. Itẽ secũdũ medicamẽ qδ valet in mã frigida r hũida reumatica. ℞. ambre storacis calamite masticis thuris an.ʒ.j. dragagãti. gũmi arabici infusoꝝ in ydromell. liquir. mũde. vuaruz pas. mũda. abarill. caricaꝝ. an.℈.j. cõficiãtur cũ ydromelle r fiãt pille. r teneantur in ore. Itẽ tertiũ medicamen. ℞. myrrhe. olibani. an.ʒ.j. puluerizent r sumat cũ ouo sorbili. Silr valet puluis calamẽti cũ ficubus siccis. valet r ius galli antiq̃ cocti cũ polipodio. aniso. r ysopo. r vuis passis mũdis. Itez vltimũ medicamẽ qδ valet in desperatione cũ mã est multũ hũida r nõ hẽmus aliã viã. ℞. pipis. cubebaꝝ. myrrhe. costi aristol. cassielignee. siseleos. maratri. an.ʒ.j. arsenici. sulphu. citrini asse fetide. an.ʒ.5. ꝯficiant cũ sepo hircino r vitell ouoꝝ. r fiãt trocisci r desiccent in vmbra: r cũ vti volueris ponatur vn⁹ sup carbones r recipiat fumũ ore apto. Et si ex ista suffumigatio ne exasperaret guttur: gargarizet frequẽter ydromel. r vtat vuis passis dactilis r fisticis. Cibus aũt farmace⁹ sit iste farina tritici cocta in furno: r fabarũ. r rizi. r fenugreci. r lupinoꝝ. r cicerũ. r colatura furfuris. r amigdal. r similia: h̃ est frumẽtũ grossũ cõfractũ. r qõlibet istoꝝ põt cõdiri cũ lacte caprarũ: aut cũ brodio carniũ. Si aũt raucedo fuerit ex apostẽate: vtat vino dulci r aliis sicut dictum est. Et si fuerit ex vuula r aliis: curent illa pri⁹. Et si fuerit ex mala cõplexione calida sine mã. vtat istis q̃ valẽt ẽt ĩ siti r ardore. r aspitate. r siccitate r sil'ibus. ℞. se. psilij. citonioꝝ. dragagãti fiat mucillago in aq̃ dulci r exprimat p pãnũ: tũc. ℞. iiij. se. frigidoꝝ mũd. papaueris al. cãdi. penidi. vuaꝝ passaꝝ mũda. abarill r cõficiãtur cõ p̃dicta mucillagine r fiant pille pue aliquãtulũ cõpresse r teneãtur supra linguã r in faucib⁹: valẽt etiã ad digerẽdũ r alterãdũ materiam calidã r q post sequeretur euacuatio r ita valent ante r post.

Clarificatio.

Intellgendũ q hũiditas tẽperata r equalis facit vocẽ equalẽ r leuẽ. sed si excedat facit raucã: vñ sicut caliditas cũ excedit facit vocẽ magnã r frigiditas puã: r siccitas asperã: r v̈tutis debilitas tremulã: ita hũiditas p pprie causat raucã: r raucedo nõ causatur pprie nisi ex hũido supfluo: nisi largo mõ acciperem⁹ raucedinẽ oẽm vocis asperitatẽ puitatẽ r inequalitatẽ. Humiditas aũt supflua cum vadit ad epiglotim: relaxat r mollificat neruos r lacertos epiglotis pprie dilatatiõis r ita cãtur raucedo. Studeam⁹ igit cõsumere oẽm illã humiditatẽ supfluam cũ applicatione sex reꝝ nõ nãliũ sicut

aer siccus siue p nãm siue p artificiũ: et ita de alijs. Secundo debemus hic intelligere q humidũ curat raucedinẽ et causat raucedinẽ: hũiditas supflua intrinseca imbibita causat raucedinẽ: sed humiditas ab extra leniẽdo et desiccãdo tẽperando curat: et cũ hoc abstergendo: sicut est dragagãtum: gũmi arabici et similia. Humiditas igit interior inducit asperitatẽ eleuãdo vnam ptem supra alterã: et remouet soliditatẽ naturalẽ mollificãdo: et iõ reddit vocẽ inequalẽ et raucã. Sed humiditas exterior potissime que est abstersiua et mũdificatiua: talis enĩ lenit et clarificat et applanat et facit ab hoc vt aer equaliter illidatur: et ideo cãpana que est iuxta aquas hʒ meliorẽ sonũ. Tertio debemus itelligere: qm licʒ hũiditas reddat vocẽ raucã: nõ tñ pp h siccitas clarificat: imo reddit vocẽ asperã cũ excedit. Et iõ in curatione raucedinis cum siccis semp apponamus hũida lenificatiua. Siccitas aũt tẽperata reddit vocem sonorã: q: aer trãsit equaliter et reuerberatur: nocet igit siccũ i excessu et iõ tubicinatores pĳciunt aquã in tubis suis et nocet humidũ supfluũ: et nigella cuius lignũ fuit incisum in plenilunio: nunq erit bñ sonora pter nimiã humiditatẽ quã accepit. Quarto notãdũ q quãdo accidit raucedo ex nimia humiditate sanguinea: bñ põt tũc cõpetere phlobo: sed qui facit in alio casu nimis infrigidat et fluxũ pcurat: et ita inducit ppetuã raucedinẽ. Quinto notãduʒ q si raucus phlobotomatus acceperit aquã ca. cõsilio medicoꝝ ista põt esse curatio. qm aqua ca. rõne actualis caliditatis linit poros et aperit et facit ad hoc q mã exalet: et digerit etiam mãm phlegmaticã in stõacho fm Aui. Sexto notãdũ q doctores qui alta voce legũt et hoĩes qui fatigãt se in loquẽdo et vociferãdo frequẽter incurrũt raucedinẽ: qm rõne laboris incurrũt dolorẽ et calorẽ: et ita trahit mã hũida aquosa ad epiglotim et cãnas. In omni igitur morbo diligẽter cõsiderent cause et cũ oĩ sollicitudine abscindant. Septimo aduertẽdũ q calidũ p se desiccat humidũ cõsumẽdo: sʒ p accñs humectat leniẽdo: dissoluẽdo: liquefaciẽdo in materia parata. Frigida aũt humectãt cõseruãdo adunãdo: p accñs ãt desiccãt cõgelãdo et idurãdo petrificãdo: et cũ hoc etiã alio mõ: qm oĩs mala cõplexio et oĩs error virtutis digestiue macerat corpus et desiccat: nisi solũ error virtutis assimilatiue fm Gal. iiĳ. pticula de morbo. Frigidũ aũt per hũc modũ põt desiccare: nõ est igit incõueniẽs eũdẽ effectũ fieri a diuersis agẽtibꝰ qm vnꝰ introducit p se: et alter p accñs etc.

¶ Caplm. iiĳ. de tussi.

Tussis est motꝰ virtutis nãlis expulsiue suscitatus et iuuatus p aĩalẽ sensibilẽ et motiuã: et etiam motus fʒ dispositionẽ nãlẽ circa spiritualia ꝯuersãtis ad expellẽdũ nociua. Intelligẽdũ est q sicut sternutatio est motus cerebri nãlis nõ morbi: ita tussis in pectore est motꝰ nature et nõ morbi. Modus ãt est iste cũ aliqđ nocumẽtũ accidit cãne et cãnalibus pulmonis: tũc virtus aĩata sensibilis sentit illud nocumẽtũ et suscitat expulsiuã nãlẽ: et nãlis suscitata et adiuta p motiuã aĩalẽ velaminum et totius clibani forti ĩpetu pmiscẽt mãm: vel pmiscere intẽdũt: que supple erat in cãna et cãnalibus cũ aere et cũ ĩpetu ex/

pellūt ad exteriora vł expellere conāt ⁊ talis conat⁹ ⁊ mot⁹ appellat tussis.

Cause. Causa aūt huius motus pōt esse oē illud qḋ in cāna ⁊ cānalibus pulmonis inducit nocumētū. Ista sunt quedā ab exteriorib⁹. ⁊ quedā ab interioribus: Si ab extra sicut puluis. ⁊ fumus ⁊ cib⁹ acetosus. aut acutus aut vētosus: aut iportune sūptus inducēs gutturis offendiculum: aut aer corruptus ⁊ febris pestilētialis ⁊ similia. Si ab intus sicut aliquis humor descēdens a capite infūdēs cānā ⁊ cānales per viā reumatismi ꝓuenit etiā a stomacho: qꝛ mali fumi vadunt ad cānas: aut qꝛ cōprimunt spiritualia eodē mō fit ab epate ⁊ eodē modo a splene. ⁊ sic de alijs. Si aūt fuerit propter vicia totius clibani pectoris: tunc aut hoc est ꝓpter malā cōplexionē calidā frigidā siccā ⁊ hūidā: simplicē aut cōpositā: aut cū mā: aut sine mā: sicut ē sanguis: aut colera: aut phlegma: aut melēcolia: sed raro ſm Aui. Aut potest ꝓuenire ꝓpter apostemata pectoris: sicut ē pleuresis periplemonia aut sanies: aut vlcus: aut aquositas: aut fe. totius ⁊ similia.

Signa. Signa aūt causaꝝ extrinsecaꝝ sunt manifesta: aut ꝓpter sui manifestationē: aut indicio patiētis: aut assistētiū. Signa capitis sūt signa reumatis ⁊ grauedo capitis: ⁊ sputū cū screatu: ⁊ ꝙ sentit aliqḋ descēdere ad cānā. Signa aūt stomachi sunt dolor loci ⁊ alia q̄ signant passiones stomachi: q̄ dicent suo loco Signa aūt epatis ⁊ alioꝝ mēbroꝝ interioꝝ significāt dolores istoꝝ locoꝝ. ⁊ grauedines ⁊ signa suaꝝ passionum q̄ dicent suo loco. Si aūt ꝓuenerit a pectore apostema ⁊ sanies habent sua signa: ⁊ etiam dicent suo loco. Si autē fuerit ꝓpter malas cōplexiones: tūc si caliditas est in cā: est cum calore ⁊ pūctura: ⁊ qꝛ leditur a calidis ⁊ iuuatur a frigidis. Et si a frigore sunt signa cōtraria. Et si a siccitate cū priuatiōe sputi ⁊ asperitate ⁊ ariditate. Et si ab humiditate est cū quadā lentitate seu hūiditate: ⁊ cū quadā mollificatione. Et si ex sanguine est sputū rubeū cū dulcedine oris ⁊ alijs signis sanguinis. Et si a colera est ꝙ expuit citrinū cum siti ⁊ amaritudine ⁊ alijs signis co. Et si ex phlegmate est cū acetositate hūida ⁊ sputo multo: ⁊ ita de alijs signis phlegmatis. Et si ex melācolia: est cū acetositate stiptica ⁊ sputū vergit ad liuorē ⁊ grossiciē. Et est intelligēdū ꝙ sputuꝫ retinet vel tussis est sicca a q̄ paruꝫ aut nihil egredit: aut qꝛ fit ab aliqua malarum complexionū sine mā: ⁊ potissime a sicca: aut qꝛ fit tussis ꝓpter compressionem diafragmatis ⁊ spiritualiū siue ab int⁹ aut ꝓpter stōachū aut epar: aut splenē: aut matricē. Aut exterius sicut casus ⁊ pcussio: aut aliqua frigiditas aeris cōstringētis: aut vnguētoꝝ ⁊ similium. Tertia cā pōt esse grossities: aut viscositas mãe n̄ hñtis exitū. Quarta pōt esse nimia subtilitas qua refugit nā qꝛ cā apprehendere non potest. aut qꝛ aquosa subtilis. Quinta cā pōt eē virtutis debilitas non potentis expellere mām ⁊ est pessimū signū. Et qꝛ post cognitionē ꝓnosticatio dꝫ p̄cedere opationē: iō debemus ꝓnosticare.

Pronostica. Tussis i ydropisi veniēs pp ydropisiꝫ molesta ē. Tuss̄ i senib⁹ ⁊ decrepitis si diu durauerat molesta. Tussis nimia ⁊ diu ꝑseuerās mala qꝛ duc̄ ad ptisi ⁊ ethicā ⁊ rupturā vene i pectore ⁊

ad sputũ sanguinis: ꝛ saniẽ. Omnis tussis cum reumate mala: potissime si diu durauerit. Dis tussis q̄ somnũ aufert mala. Omnis tussis cũ aggrauatione ſẽ molesta: ꝛ cũ multis conatibus. ꝛ eductione. ꝛ rubedine oculoꝝ. ꝛ cũ modica expulsione malũ. frequẽter eni indu cit rupturã. ꝛ in febrib⁹ acutis significat mortẽ. Dis tussis cũ modico conatu ꝛ alleuiatiõe: ꝛ multa ꝛ veloci expulsione: ꝛ sine labore ꝛ fatigatiõe optima ꝛ salubris: qm̄ significat fortitudinẽ virtutis ꝛ mundificationẽ pectoris: ꝛ eductionẽ mãe quecunqꝫ fuerit: ꝛ obedientiam ei⁹ ad exitũ. Si quis patiat febrẽ ꝛ tussim: ꝛ febris cessat ꝛ tussis remanet: signũ est recediue. Si q̄s patiat tussim humidã ꝛ cesset subito cũ grauitate in pectore remanente. signat futuraꝫ febrẽ putridã aut vlcerationẽ pulmõis. Dis materia cõmota p tussim ꝛ nõ hñs exitũ virtute debili exñte mortale ẽ: q2 suffocat ꝛ ducit ad oregmonẽ. Tussis modica ꝓuocata in se. valet ꝯ sitim.

Cura. In primis ordinẽt aer: q2 illũ nõ possum⁹ effugere. Aer igit semp sit ꝯrius morbo ꝛ si naturaliter habere nõ possum⁹ pp tẽperiẽ anni aut dispositionẽ loci: artificialiter tamen acquiramus vt calida frigidis ꝛ sicca humidis obuiẽt. ꝛ econuerso. Et rectificat aer epidimialis vel corrupt⁹ quocũqꝫ modo fuerit sicut dictũ ẽ i mã febriũ epidimialiũ. Sit igit aer mũd⁹ ꝛ purus iuxta cõuenientiã particulariũ cibus sit subtilis ꝛ facilis digestionis ꝛ tẽperatus in quãtitate ꝛ ordine. ꝛ ꝯri⁹ cause morbi quãtũ cõsuetudo ꝛ cõplexio ꝛ etas pmittũt: q: morbus semp idiget ꝯrijs. ꝛ tria dicta silib⁹. Inanitio sp cõpetit repletis ꝛ resũptio inanitis: sõnus tẽperat⁹ cõpetit vt plurimũ nisi in materia reumatica frida ꝛ hũida cum repletione corpis vbi cõpetũt vigilie i plus. exercitiũ ãt tẽperatũ competit repletis corpe mũdificato. ꝛ otiũ inanitis. accidẽtia aũt aĩe ifrigidatis cõpetit ira. ꝛ calefactis timor: ꝛ cõiter gaudiũ leticia. balneũ cõpetit i declinatiõe corpore mudificato ꝛ cũ mã est pauca. coitus nõ cõpetit nisi i declinatiõe. De curatione igit ꝛ pseruatione ꝙ abstineat ab omnib⁹ cãis vniuersaliter tussim inducentib⁹: que in principio capituli dicta sunt: quare non oportet hic repetere. His visis in generali: ad curam magis particularem accedamus. ꝛ tunc oportet nos diuersimode pertactare ſm diuersitatem causarum. ponamus igitur ꝙ causa sit calida ꝛ ꝙ veniat a capite ꝛ cum reumate. In primis suffumigetur caput per hunc modum. ℞. rosarum siccarum rubearum electaruꝫ lib. ß. omnium sanda'o. ℥. j. camphore ℈. j. liquiricie munde. ℥. j. camomille. mellsloti. añ. ℥. j. ꝛ. ß. temperent i aqua bulienti ꝛ recipiat fumũ p os ꝛ nares: capite cooperto donec sudet fortiter i capite. ꝛ hoc fiat multis vicibus iuxta conuenientiam particularium. postea teneat istas pillulas in ore. ℞. dragãti infusi in sirupo iulep. cubebarum vuarum passarum mundatarũ abarill. suc. liquir. añ. ℥. j. se. papaueris. albi. ℥. ß. fiant pillule cum sirupo rosa. Post hoc cum materia aliquo modo ingrossata fuerit: ꝛ membrum mandas fuerit confortatum fiat phloia si corpus est pletoricũ. Et si adhuc remaneat mã digeratur sic. ℞. capill' ve. re. M. iij. lactuc. M. ij. quatuor se. frĩgidorum mund. se. malue. cubebaꝝ. pinearũ mũd. papaueris al. añ. ℥. j. mellis. ℥. ij. zucc. lib. j. fiant sirupi lib. j. ꝛ. ß. Mã digesta purget sic.

℞.floꝝ boꝝ.floꝝ viol̕.iuiubaꝝ. liqr.
mũde.añ.℥.ij.prunoꝝ.l.fiat decoctio:
ꝛ in decoctõe bulliãt ĩ ſacculo .maſtic.
diagridij.añ.℈.j.ꝛ colet ꝛ in colatura
reſoluat caſſief.mũde.tamarind.añ.℥.
.j.det in aurora.Jtẽ vtat iſtis electua/
rijs.℞.diapapaueris.℥.j.diadragãti
fri.diapenidion.ſine cinamomo.zucc.
viol̕.añ.℥.iij.miſceant:ꝛ ſi fuerit ſicci
tas addita vtat dieta hũida ꝛ reſũpti
ua ꝛ balneis ꝛ ſilibꝰ q̃ dicẽt ĩ ethica.ꝛ
inũgat vnguẽto reſũptiuo qͤ valet pti
ſicis.ꝛ cõſũptis.℞.iij.ſe. frigidorum
mũde.ſuc.liqri.mũde dragagãti.gũmi
arabic.infuſoꝝ.cãdi penidiaꝝ.ſe. mal
ue.añ.℥.j.medulle cerui ꝛ vituli.buti/
ri ſine ſale.aſſũgie porc.re.olei viol̕. ꝛ
cere al.q.ſ.ꝛ fiat vnguẽtũ ꝛ inungat gu
la ꝛ pectꝰ ꝛ collũ ꝛ dorſũ. Si ãt fue/
rit de mala cõplexione tm̃ ſola altera/
tiua ſufficiũt.Et ſi fuerit cã pleureſis.
aut periplemonia.aut empima . cura/
tio dicet in ſuis locis.Si ãt fuerit in cã
mala cõplexio frigida ꝛ fuerit ſola ſuf
ficiũt alteratiua.aut ſola retẽtio anhe/
litus. Si ãt fuerit cũ mã ꝛ ſit cũ reuma
te:curet primo reuma qꝛ fere mater eſt
oium egritudinũ. Suffumiget igit per
hũc modũ ſicut dictũ eſt in reumate ſu
pius.℞.maſtic.thuris.laudani .añ.℥.
.j.ꝛ.ſ.camomille.mellilotí.liquir.mũ/
de.añ.℥.j.bulliãt ĩ aq̃ ꝛ recipiat fumũ
vl̕ ex iſtis cũ ãbra fiat pomũ ꝛ odoret
vel ex iſtis ꝛ cũ alipta muſcata ꝛ myr/
rha fiãt pillule cũ ydromelle ꝛ teneat
in ore.Et ſi fuerit nimis delicatꝰ remo/
ueatur myrrha ꝛ ponant loco eiꝰ cari/
ce vue paſ. mũdate abarill̕.ſaccelletur
caput cũ ſale ꝛ milio.Fluxu ãt tẽpera
to digerat mã p hũc modũ .℞. radic.
yreos.yſopi.ſana mũde.origani. cala/
mẽti.ſerpilli.capill̕.ve.re.añ.℥.ij.liqri.
mũde.cubebaꝝ.pineaꝝ.mũdat.fenu/
greci.añ.℥.j.mellis ꝛ zuccari.añ.lib.j.
fiat ſirupus.Et ſi fuerit ſenex ꝛ phle/
gmaticus ꝛ tuſſis multũ antiqua : ꝛ ꝙ
nõ fuerit multũ delicatus:addat bona
quãtitas praſſij:ꝛ fiat ſirupꝰ: ꝛ ſumat
mane ꝛ ſero. Tamẽ aduertẽdũ ꝙ oia
q̃ dãtur cõtra viciũ ſpiritualiũ debent
multũ teneri in ore.Mã digeſta purge
tur ſic.℞.yerap.℥.ſ. pulpe coll̕.ma/
ſtic.bdelli.liquiri.mũde.añ.℈.ſ.ꝯficiã
tur cũ ydromelle ꝛ fiãt pill̕e vl̕ fiat ſta
gogum de agarico ꝛ turbith:cuiꝰ rece/
ptionẽ frequẽter audiuiſtis ꝛ audietis.
Et ſi mã ẽ mel̕ia addat ĩdigeſtiuo epi/
thimꝰ ꝛ ſene ꝛ cuſcute:ꝛ purget cũ dia
ſene ꝛ diaboꝝ.ꝛ yera ruffini raro tñ ac
cidit de melãcolia.Si eſt ſanguinea tñ
raro accidit:in qua ſufficit phloia cuꝫ
dieta in frãtiua.Si qꝛ frequẽtiꝰ accidit
tuſſis õ mã phlegmatica:ſic̃ ĩ phlegma
ticis ꝛ ſenibꝰ ꝛ in mõtibꝰ ꝛ in habitanti
bus regiones frigidas:iõ oꝫ diligenter
ꝑtractare:poſt purgationẽ igit ꝛ ante
vtatur iſtis electuarijs. ℞.diayris.dia
yſopi.diacalamẽti.añ.lib.ſ. ꝛ ſi delica
tus ñ fuerit addãt diaprasſij.℥.ij.miſce
antur vel iſta q̃ ponunt in ſirupo ꝑter
mel ꝛ zuccaꝝ pñt bulliri in oleo ꝛ col
letur ꝛ addat cera rubea ꝛ fiat vnguẽ/
tũ:ꝛ inungatur collũ ꝛ pectꝰ añ ꝛ retro
vl̕ ꝙ terãtur in vltimo ꝛ cũ melle quã
tũ ſufficit fiat cõditũ quo vtat quoti/
die ꝛ frequẽter lãbẽdo:vel ꝙ fiãt pill̕e
ꝛ ꝙ teneat in ore.vel ꝙ corpe mũdifi/
cato bulliãt in aq̃ ꝛ recipiat fumũ. Si
aũt fuerit tuſſis antiqua ita ꝙ auferat
ſõnũ ſibi ꝛ vicinis ſuis:tũc vtat iſta cõ
fectione q̃ dicet inferiꝰ capitulo de aſ/
mate:q̃ fit de ſulphure ꝛ arſenico ru.ꝛ
aſſa fetida ꝛ multis alijs vel ſuffumi/
gãdo:vel pill̕as in ore tenẽdo:vel trãſ

glutiendo. Cauēdū tñ ꝙ ista nō fiant in corpe macilēto: nec in virtute debili sed in necessitate magna ⁊ quasi in de/speratione. Quia tñ multi volūt sua necessaria in singulis capitulis inuenire: receptio taliū hec est contra tussim antiquā ⁊ q̄ nō ꝑmittit hoīez dormire corpore mūdificato. ⁊ ꝙ nō sit nimis extenuatus. ℞. sulphuris viui. myrrhe. castorei. piperis nigri. piperis lō. storacis calamite. spicanardi. costi. galbani. ysopi puluerizati. caricaꝝ. liquir. munde. apiȷ. añ. ℥. iȷ. mell' dispumati quātū sufficit ⁊ fiat cōditū: ⁊ dent hu9 cōfectiones tres pill'e ad quātitatē ciceris cū intrabit lectū. Aliud est tale: cū eni tussis hūida ⁊ quasi desperata ⁊ q̄si incurabilis: ⁊ cū reumate ⁊ cū magno ꝑiculo ⁊ ꝙ vene pulmonis ⁊ pectoris rūpant curet reuma p hūc modū corpe mūdificato radat caput ⁊ inungat cū melle ⁊ sinapi puluerizata desup ꝓȷ̄ciatur: ⁊ postea ponat supra totū caput capellus talis. ℞. stercoris colūbini. myrrhe storacis calamite. castorei. añ. ℥. iiȷ. cere. ℥. s. caricaꝝ. lib. s. cōficiant cū oleo de mastice: ⁊ extēdātur supra alutā factā ad modū almutie: vt bñ toti capiti applicetur. Et si tussis cū reumate ex his nō curet fiat cauteriū in cōmissura capitis anteriori ⁊ teneat diu apertum ⁊ mūdificet ⁊ paret sicut decet: ⁊ si tussis ex his nō curet curet eā deus q̄ scit. Si aūt rusticulosus paup fuerit: ⁊ tussis fuerit de cā frigida. Primū experimentū est ꝙ retineat fortiter anhelituz ⁊ frequēter ⁊ statim curabit. Secūdū est tale ꝙ accipiat puluis calamenti ⁊ ponat in caricis: ⁊ aliquātulū ꝑsentet igni ⁊ ponant in vino. ⁊ vtatur ex istis sero ⁊ mane. Tertiū est ꝙ accipiat butirū ⁊ mel ⁊ vitella ouoꝝ. añ. ℥. iȷ. piperis. ℥. s. misceant fortiter sine igne ⁊ vtatur. Quartū ꝙ vtat sulphure cum ouo sorbili: ⁊ potissime si tussis sit humida multū. Quintum est istud in tussi multū hūida. ℞. diatriton. pipereon. diaprassi. añ lib. s. misceātur. Sextū de prassio ⁊ melle simul mixtis fiat cōditū ⁊ vtat eo lābēdo. Septimū pip cū ficubus. Si aūt tussis ꝓuenit ex stomacho ⁊ epate ⁊ aliȷs mēbris: curentur illa ⁊ ita curabitur tussis. Si aūt ꝓuenerit ꝓpter causas primitiuas abscindātur. Si aūt ꝓuenerit in etate lactāti: rectificet lac ⁊ iungatur cū dragagāto infuso: ⁊ butiro sine sale ⁊ oleo viol' simul mixtis: vel ponātur in lacte dragagātū infusū: ⁊ penidia ⁊ obturet cōmissura anterioris ptis cerebri cū emplastro facto de thure ⁊ storace calamita. Et si aliqua obmisi suppleat hoc diligens amicitiā lectoris.

Clarificatio. Intelligendū ꝙ mot9 virtutis expulsiue aliquādo ē virtutis naturalis sicut in corde ⁊ pulmone: ⁊ epar ⁊ fere in toto corpe. Aliquādo est pure aīalis vt in motu ꝓgressiuo. Aliquādo est cōpositus ex aīali ⁊ naturali: vt i egestiōe ⁊ vrina ⁊ tussi ⁊ sternutatōe. Sȝ aliqñ aīalis excedit: vt i tpe sanitatis: aliqñ nālis vt i tpe egritudis: vt pȝ i egestiōe ⁊ vrina. Intelligēdū ēt ꝙ si i tussi expellāt solū nociua cū alleuiatione motus nālis est. Si aūt cū aggrauatione ⁊ molestia sic pōt esse morbus. Intelligendū etiam ꝙ tussis sicca propter asperitatē citius curatur. Si autez ꝓpter consumptionē totius tardius lȝ nō ꝯpetāt nisi alteratiua in humida alteratiua ⁊ euacuatiua iuxta illud Gal. facilius est rē humidā desiccare q̄ humecture siccā. Intelligendū etiaȝ ꝙ tus/

ſis vt plurimũ venit de nocte ꝙ de die: qꝛ noctes ſunt frigidiores ⁊ claudun/ tur pori: ⁊ ita aggregatur materia. In die autem euapoꝛat: ⁊ quia in nocte magis recoꝛdatur ⁊c.

De tuſſi pueroꝛum.

ſ I ſint in etate lactãti: decoquatur lac capꝛaruꝫ recenter multuꝫ ⁊ ponatur paruꝫ de aqua ⁊ ſoꝛbeatur. Uel ſic. nutrix maſticet caricas foꝛtiter: ⁊ poſtea ponantur in oꝛe pueri: idem fiat de vuis paſ. mũd. abarill. idem de fiſticis. idem de pineis: idẽ de amig. dul. Et qꝛ venit vt plurimum de reumate ⁊ apertura cõmiſſure anterioꝛis: fiat empl'm ſupꝛa cõmiſſurã aut ſupꝛa totum caput de maſtice ⁊ thure ⁊ ficubus ſiccis.

De tuſſi pauperum.

ſ I tuſſiculoſus fuerit pauper: retineat frequẽter anhelitum quantum erit poſſibile. Et ſi non curetur ſufflet ignem quotidie ſine omni pietate ⁊ curabitur. Et ſi nõ vtatur caricis cuꝫ puluere calamenti. Aut vtatur pipere condito cum caricis: aut ſi nõ abhoꝛreat amara: vtatur pꝛaſſio ſcḋm omnem modũ acceptiõis. Uel vtatur iſto medicamine. ℞. folia ⁊ ſumitates yſopi: ⁊ ſimiliter calamẽti. ⁊ codeꝫ modo oꝛigani ⁊ ſerpilli. ⁊ decoquat in aqua ⁊ coletur. ⁊ colature addat mo/ dicum mell: ⁊ illa aqua ſoꝛbeatur: aut gargarizetur. ⁊ illa que fuerunt abie/ cta conterantur. ⁊ cum melle fiat con/ ditum. ⁊ vtatur iſto condito die ⁊ no/ cte lambẽdo. Ultima cura pauperum eſt ꝙ puluerizetur ſulphur ⁊ accipia/ tur cum ouo ſoꝛbili. Et iſta omnia va/ lent in cauſa frigida ⁊ humida: ⁊ quia pauperes incurrũt frequentius ex hoc ideo nihil aliud eis ſcribo. Sed quia tuſſis paſſio eſt ita cõmunis: volo bꝛe uiter recapitulare. Materialia que va lent contra tuſſim: iſta aũt ſunt q̄ valẽt in cauſa calida: oꝛdeum ſcḋm omnẽ mo/ dum ſue exhibitionis: mucillago pſilĳ ⁊, citonioꝛum. quatuoꝛ ſe. frigidoꝛum mũda. maioꝛa ⁊ minoꝛa ſe. malue. ſe. papaueris al. liquir. munde. vue paſſe munde. endiuie. ſcariol. lactu. poꝛtul. melones. cucurbit. auenatum. oꝛdea/ tum. amidum. farina cocta tri. colatu/ ra furfuris. capillus vene. re. cãdi. penidia. dꝛagagantum. oleum. viol. ſiſami/ num. nenuphar. ⁊ alia ſimilia. Et ſi cã fuerit frigida valent iſta. radix yreos ſquill. lilĳ. yſopus. ſaturegia. ſana mũ da. oꝛiganum. calamentum. ſerpillum. capill. ve. re. dꝛagagantum. gũmi ara/ bici. oꝛobus. fenugre. ſemen lini aſſum carice. vue. paſ. fiſtici. pinee. liquir. pi/ per. aſſa. furfur. ⁊ ſimilia. Et eſt intel/ ligendum ꝙ tres ſunt paſſiones que fe re curant cum eiſdem materialibus: ſi cut eſt raucedo. tuſſis ⁊ aſma. Diſcre/ tus igit medicus in mãlibus introdu/ cat foꝛmas: vel ꝑ modũ ſirupi. vel cõ/ diti. vel pillulaꝝ. vel trociſcoꝝ. vel vn guentoꝛum. vel gargarizando. vel em plaſtrando. Accipiat igit vnũ vel mul ta iuxta conuenientiam particularium ⁊ querat mõ caplo de aſmate: mõ de tuſſi: modo de raucedine.

Clarificatio. Intelligendũ ꝙ licꝫ tuſſis generetur vt plurimũ de reumate: ⁊ in reumate nõ competat phloia vt pluri/ mũ: nihilominus põt cõpetere phloia in tuſſi cũ reumate: ⁊ h̄ qñ coꝛpus ẽ ple ctoꝛicũ: ⁊ cã calida: ⁊ currit ad iterio/ ra: ⁊ qñ iſta cõcurrũt in tuſſi de reuma te bñ põt cõpetere phloia ſic̃ frequẽter dictũ eſt. Secundo notãdum ꝙ tuſſis

potest sequi passio epatis duobus modis et aliorum membrorum duobus modis. Aut quia materia est tanta quod comprimitur diafragma et per consequens pulmo. Aut quia vapores ascendunt ad caput: et deinde cadunt ad pulmonem: et ita causant tussim: apostema epatis aut matricis. et ita de aliis. Tertio intelligendum circa istam materiam quod motus tussis pot dici vno modo preter naturam. alio modo secundum naturam simpliciter tamen loquendo tussis est morbus quoniam ledit operationes. Aut significat lesionem cum concutiatur pectus et pulmo et totum corpus: et causa etiam est innaturalis stimulans et irritans naturam. Sed si consideremus finem qui est quia iste motus est vt superfluum expellatur. ideo motus iste pot esse secundum naturam. Unde natura nititur expellere nociuum. et ita quo ad hanc inclinationem naturalem qua natura nititur superfluum: nociuum expellere. Dicit Gal. tussim sternutationem. et singultum motus naturales i. v. de morbo. et hoc comparando ad motus morbi inordinatos vbi nullum est regimen nature. vt in spasmo vbi est nerui violenta contractio. et nullius nociui expulsio. et ideo dicitur motus morbi inordinatus vbi est nullum regimen nature. Iste autem motus in tussi et sternutatione et singultu: est motus compositus ex animali et naturali. quoniam cum virtus animalis sensibilis apprehendit nociuum: excitat naturalem expulsiuam que non apprehendebat quia non sentiebat. et tunc coniunguntur isti duo motus et animalis sensibilis et motiue et naturalis expulsiue: et permiscent materiam cum aere: et vno impetu et subito expellunt ad exteriora. et talis motus appellatur tussis. Et quia hoc fit a virtute regitiua expellente nociua: ideo dicitur naturalis. sicut crisis bona et laudabilis appellatur motus nature et non morbi: licet fiat in tempore morbi. quia igitur tussis fit cum quadam precognitione: ideo significatur quod ibi est motus animalis. Nunc autem intelligendum est quod in istis motibus compositis et ex animali et naturali: aliquando animalis vincit naturalem: et aliquando naturalis animalem. Naturalis autem vincit animalem in dispositione preter naturam et in tempore somni. Et animalis vincit naturalem in dispositione naturali in vigiliis. sicut patet in anhelitu et egone et similibus. Intelligendum etiam iuxta istam materiam quod motuum animalium quidam sunt simplices et secundum naturam: vt motus progressiuus. quidam autem sunt compositi et preter naturam: vt tussis sternutatio: et singultus. Hanc autem materiam. v. de morbo pertractauimus. Quarto notandum quod si competat phlobotomia in istis passionibus corpore multum pleno: fiat primo phlobotomia de basilica oppositi lateris. et postea de mediana eiusdem. Quinto notandum quando ysopus ponitur in causis calidis: debet poni in parua quantitate. et alia in plus. Et quando ponitur in causis frigidis ponatur in magna: cum tunc competit ratione primarum qualitatum. et ita de multis aliis possumus intelligere hincinde. Sexto notandum quod tussis sicca habet quinque causas vt dictum est. Prima. s. mala complexio sine materia. Secunda asperitas gutturis et canne. Tertia priuatio materie sicut in ptisicis et consumptis. Quarta humor grossus et viscosus. Quinta humor subtilis quem natura non potest apprehendere. et siqua sunt similia. Operandum est igitur diuersimode secundum diuersitatem causarum in tussi sicca. Ultimo notandum quod tussis communiter loquendo maior est de nocte quam de die. quoniam materia euaporat in die sicut

in vigilijs ⁊ exercitio. Et in nocte aggregatur sicut in ocio ⁊ in somno: ⁊ qꝛ pori clauduntur: ⁊ fit decursus ad interiora. ⁊ ideo de nocte tussis grauior ⁊ potissime post somnum longum. hoc autem intelligimus in dispositis ⁊ paratis.

¶ Capl'm. v. de ptisi.

Ptisis est vlcus pulmonis cum consumptione totius corporis.

Cause. Cause huius passionis sunt omnia illa que vlcerant pulmonem: ⁊ ideo materia reumatica decurrens a capite potest esse vna causa. siue fuerit sanguinea. siue acuta colerica corrosiua. siue phlegmatica salsa: vnde sicut gutta aque cauat lapidē ratione frequentie. ita stillicidium reumaticum ipsum vlcerat. Secunda causa potest esse apostema oris cū rumpitur ⁊ vadat ad pectoralia ⁊ non bene mundificatur. Tertia potest esse retentio menstruorum ⁊ emorroidorum: ⁊ vapor corruptus ascendens ad pulmonem. Quarta causa potest esse passiones que sunt intra clibanum pectoris: cum non bene mundificantur. sicut est pleuresis. peripleumonia. sputum sanguinis: ⁊ sanies in pectore aggregata: ⁊ similia. Quinta causa potest esse nimia caliditas exterior: ⁊ frigiditas rūpens venas. casus ⁊ percussio. aer ventosus: ⁊ lōga mora in cauernis minerarum ⁊ iuxta fornaces vbi fundunt metalla. ⁊ operari argento viuo. Et omnia ista que stringunt ⁊ ledunt pectus ⁊ pulmonem: sicut aer autumnalis ⁊ similia.

Signa. Signorum quedam signant preparationem ⁊ dispositionem ⁊ quedam signant actū. Istorum autem que signant dispositionem ad ptisim sunt sicut habere collū longum: ⁊ humeros eleuatos: ⁊ tibias tortuosas. ⁊ aduenit libenter illis qui de facili incurrunt reuma: ⁊ qui habēt pectus strictum: ⁊ qui sunt extenuati corporis: ⁊ potissime cum sunt versus autumnum: ⁊ cum sunt mali regiminis. ⁊ cum sunt ab etate. xviij. annorum: vsqꝫ ad. xxv. quoniam pueris ⁊ senibus tarde aduenit. Autumnus autem detegit ptisicos. qꝛ in autumno manifestantur: ⁊ etiam in autūno si fiunt moriuntur. Signa autē manifesta sunt febris ethica lenta. ⁊ laborāt magis ⁊ aggrauant magis post cibum q̄ ante. Et cum hoc adest tussis grauedo pectoris. sputum saniosum. rubedo maxillarum. ¶ Intelligendū circa istam materiam q̄ duplex est ptisis. quedam proprie dicta ⁊ ista est propter vlcus pulmonis. Et quedam largo modo est: vt quando venit ꝓpter vlcus trachee arterie seu cānalium pulmonis. Aut qꝛ prouenit ꝓpter vlcera que proueniunt in velaminibus pectoris. Signa autem distinctiua sunt ista. quando prouenit a cānalibus: adest dolor in medio colli. ⁊ fetor oris. Et si fuerit vlcus in substantia partis anulose: non recipit curationem. Et quādo est vlcus inter duos anulos potest recipere: ⁊ ideo quando perforat gula inter duos anulos potest curari: sed si recte in anulo non. Si autem ꝓuenerit in aliquis partibus pectoris p̄terq̄ in pulmone: signum huius est quoniam magis laborat vna hora q̄ alia. Et scdm̄ signum potest haberi experimento. quoniam si filum intingatur in

aqua sanguinis draconis: ꝛ circuncin/
gatur pectori: vbi citius desiccabitur
ibi est minera. Et tamen vlcera pecto/
ris possunt recipere curationem: ꝛ qꝛ
vene stricte ꝛ parue: ꝛ quia sunt partes
magis carnose. Si autem vlcus fuerit
in pulmone: tunc signa distinctiua sunt
multa. Primum quoniam multum le/
duntur a quocunqꝫ aere excedente siue
calido siue frigido. Secundum signuꝫ
est quia tussis est magis violenta. Ter
tium signum quia non potest iacere in
aliquo laterum. Quartum signum do/
lor spatule sinistre ꝛ mãmille sinistre.
ꝛ tunc istud vlcus est per modum abra
sionis cuiusdam: ꝛ adhuc possunt cu/
rari. Et si fuerit vlcus corrosiuum pro
fundatum saniosum: impossibile est ꝙ
curetur nisi cura Gal. quam ponit in de
interioribus: quoniam multos curauit
quorũ nullus euasit. ¶ Ulcera igitur
saniosa pulmonis non recipiunt cura/
tionem propter multa. Primum quia
vlcus iam est fistulatum profundum.
Secundum est quia ibi sunt multe ve/
ne ꝛ arterie ꝛ magne. Tertia ratio qꝛ
pulmo est in continuo motu. Quarta
ratio ē quoniam vlcus non potest mũ/
dificari nisi cum tussi ꝛ in tussi est mo/
tus fortis ꝛ validus: ꝛ ideo facit ad di
latationem vlceris. quare tussis aut se/
dabitur aut non. Si sedetur moritur
suffocatus. Si non vulnus dilatabitur
ꝛ vena rumpitur. Quinta causa potest
esse quia locus est in profundo ꝛ vir/
tus medicaminum non potest attinge/
re. ꝛ si attingat cum modica virtute.
Sexta potest esse carentia medicami/
num conuenientium: quoniam si medi
camina sint calida augmentabitur fe/
bris: cum semper febris ethica conco/
mitetur. Et si sint frigida nõ poterit vir
tus penetrare. Et si sint sicca desiccabit
corpus ꝛ consũmetur: cum sint cõsum/
pti. Et si sint humida oppilabunt ꝛ pu
trefacient: ꝛ ita medicamina parum iu
uant. Septima causa potest esse si qui
vellent quoniam pauci sunt medici qui
bene sciant distiguere: ꝛ propter abo/
minationem sputi nolunt oculum ap/
plicare. aut qꝛ patientes a principio no
lunt se medico ostendere donec egritu
do sit confirmata: pro tanto quia pa/
rum molestantur: ꝛ alia fere innumera
bilia que cadunt circa istam materiaꝫ.
Et intelligendum ꝙ ptisici aliquando
expuunt tussiendo partem pulmonis.
Aliquando partem venarum. aliquan
do partem anulorum. aliquando lapi/
des.

Pronostica. Ptisis antiq/ta non recipit
curationem: quando sputum ptisici ca
dit supra carbones ꝛ fetet expediti sũt
quoniam nunꝙ calcabunt terram: hoc
supposito ꝙ signa dicta ꝑcesserint. quo
niam aliquando est propter empima. ꝛ
infiniti decipiuntur h: nisi ꝙ odor debꝫ
esse grauis sicut carnium assatarũ quã
do prouenit ex pulmone. Si autem sa
nies cadat ad fundum aque: ptisicus ē
incurabilis. nisi ꝙ aliquando miscetur
phlegmati viscoso. ꝛ tunc supernatat.
ꝛ tũc decipitur medicus nisi separaret
cum ligno. Si autem sit in medio iam
parat se ad confirmationem. Et dicit
Auicen. ꝙ si pustula appareat supra
spatulas moritur infra septem dies. Di
cit etiam Auicenna ꝙ ipse vidit pti/
sicam cuius vita prolongata est per
xxiiij. annos. ¶ Notandum est ꝙ pti/
sicis potest longo tempore palliari in
pueris ꝛ senibus ꝛ pinguibus ꝛ car/
nosis. Signa autem que signant ptisi/

tum morti approximatum sunt casus capillorum.incuruatio vnguium. pro/stratio appetitus.difficultas anhelit⁹: retentio sputi.fluxus ventris.ꝛ inflatio tibiarum.Et vt plurimum ptisici expe diuntur cum folia cadunt ab arborib⁹. Cauendum est igitur diligenter in pro nosticatione ptisicorum. q: loquendo moriuntur ꝛ moriendo loquuntur.

Cura. In principio si sanguis dominatur aut corpus est plectoricum:non formidet facere phlo botomiam.ꝛ si materia peccans est in causa non formidet euacuare paulati/ ne sm exigentiam humoris peccantis: ꝛ si reuma est in causa: curetur reuma cum summa diligentia:sicut dictuз est. quoniam vt plurimuз venit ex reuma/ te. ꝛ si venerit propter rupturam vene: curetur sicut dicetur. Et ita breuiter de omnibus aliis causis iuxta suas con/ uenientias. ¶ Intelligendum igitur ꝙ eorum que valent in curatione ptisico rum quedam sunt que habent naturaз cibi ꝛ potus ꝛ medicine. ꝛ quedaз sūt que habent naturam cibi ꝛ medicine. ꝛ quedam sunt que habent naturam ci bi. ꝛ quedam sunt que habent naturaз medicine. ꝛ quedam sunt que partiз ex his vel ex omnibus componuntur. Ea autem que habent rationem cibi ꝛ po/ tus ꝛ medicine sunt tria:sicut est lac:vi num. ꝛ ptisana. Primo igitur agamus de lacte. In ptisi quantum est de presen ti sunt tria. vlcus.sanies. ꝛ cōsumptio. Ulcus indiget consolidatiuis. sanies mundificatiuis.consumptio nutrienti/ bus ꝛ resumptiuis. Nunc autem deus gloriosus ꝛ sublimis creauit vnam me dicinam vbi sunt ista tria.s.lac.ꝛ ideo summe competit lac. In lacte enim est natura serosa propter quā abstergit. ꝛ ibi est natura caseata propter quā con solidat: ꝛ est ibi natura butirosa pro/ pter quā nutrit ꝛ reparat. Lac igitur mulierum magis competit.deinde asi/ narum.deinde caprarum. Et sint ani/ malia nutrita in locis altis siccis. ꝛ pas cua sint ordeum.betonica. feniculum. petrosil. agrimonia. ꝛ similia. Et si sit asina aduertatur ꝙ non sit constipata. nec nimis laxa.nec nimis in ocio.nec ī nimio labore. ꝛ ita de aliis animalib⁹. ¶ Istam autem materiam tangit Gal. tertio de ingenio.propter ptisicos: ꝛ in septimo.propter cōsumptos. ꝛ in. x. ꝑ pter ethicos. Modus autem sumen/ di sit ab vbere. ꝛ si non est possibile ha beatur scutella abluta cum aqua cali/ da: ꝛ sit vacua: ꝛ stet supra aliam ple/ nam aqua calida. ꝛ mulgeatur ꝛ exhi/ beatur statiз:q: lac citissime corrumpi tur. ꝛ si timeamus corruptionem: bu/ liat ad ignem ꝛ ponatur ibi modicum salis ꝛ mellis ꝛ sorbeatur:aut proiicia tur in lacte lapides fluuiales candētes aut ferrum candens ꝛ consideret medi cus ꝙ digeratur ī stomacho:ita ꝙ post assumptionem non sētiat torsiones nec dolores nec eructuatiōes fumosas nec acetosas:quoniam sicut cum digeritur facit magnum iuuamentum:ita cū non digeritur facit magnum nocumentum. In toto ergo illo tempore in quo lac ē in stomacho non debet sumi vinū. quo niā vinum facit coagulari lac in stoma cho ꝛ cū coagulatū est in stomacho ita trāsit in nām veneni. In nullo igitur ca su debet sumi vinum ꝛ lac in eadē mē/ sa. Cauendū est etiam a lacte cū est fe/ bris putrida. Si igitur diligēter consi/

deretur omnia particularia que debēt considerari circa administrationem lactis maxima inueniet iuuamenta. sicut testatur Galienus ꝛ ratio ꝛ experimētum. Sit igitur mulier iuuenis bene cōplexionata: ꝛ ꝙ sit de primo puerperio. ꝛ ita de aliis animalibus. Et ꝙ cōsiderentur omnia que debēt considerari circa bonitatem lactis: que nos explicabimus per dei gratiam cum tractabimus regimen sanitatis. Lac igitur ptisicis est cibus: potus: ꝛ medicina. Secundum autem qđ est cib⁹ potus ꝛ medicina est vinum: quoniam abstergit ꝛ mundificat ꝛ nutrit: ꝛ velociter cōuertitur in calorem ꝛ spiritum. Sit igitur vinum album clarum debile quodā modo dulce. ꝛ si non inueniatur sit citrinum clarum non nouum cū multa aq̄ pluuiali. Sed si eēt febris putrida admixta: vitetur quantum erit possibile ſm conuenientiam particularium: ꝛ vitetur cum sumitur lac sicut dictum est. Tertium autem est ptisana ordei. ista enim abstergit ꝛ mundificat: ꝛ nutrit: ꝛ infrigidat. sicut declarauimus in opere nostro de regimine acutorum morborum: ꝛ sicut dicemus satis breui capitulo de pleuresi ꝛ pipleumōia. Ista ptisana tante virtutis est ꝙ non timet ventum neq̧ pluuiaꝫ: ꝛ ideo potest dari in ptisi. siue detur lac: siue vinum det siue non: siue sit febris siue non: ꝛ potest dari ante cibum ꝛ post in die ꝛ ī nocte: ꝛ in omni hora: saluata quantitate iuxta conuenientiam particularium.

Postq̄ autem vidimus de his que habent virtutem cibi ꝛ potus ꝛ medicine. videamus de his que habent virtutem cibi ꝛ medicine. ꝛ sunt tria sicut illa que dicta sunt. Primum enim ē mel. scđm est cancri fluuiales. tertium est ficus sicce. ꝛ multi aliī fructus. De melle intelligimus ꝙ mel abstergit ꝛ mundificat ꝛ nutrit ꝛ penetrat: ꝛ ideo est vehiculum omnium medicinaruꝫ. que valent ad spiritualia. Et ideo Hypo. in regimento docet in pleuresi ꝛ peripleumonia ydromel ꝛ oximel. Si autē eēt febris putrida: aut calor posset temperari ꝛ dari ydromel aquaticum cuꝫ zucharo multo. Secundum est cancri fluuiales. de quibus notandum ꝙ iste est cibus altissimus ꝛ medicina beata: sicut volunt omnes sapientes. Decoquātur igitur in aqua dulci donec possint mundari. ꝛ abiectis interioribus fortissime abluantur cum lixiuio facto de aqua cinerum vitum: ꝛ postea decoquantur ad perfectionem in aqua ordei ꝛ comedatur substantia: ꝛ aqua decoctionis potetur. Tertium est zucharum ro. ꝛ de ista dicit Auic. ꝙ funeralia erant parata mulieri ptisice: ꝛ frater suus curauit eam cum multitudine acceptionis zuchari ro. sed tanta fuit quantitas ꝙ quasi incredibile esset: ꝛ vixit multis annis. Si autem propter rosas accideret aliqua constrictio: vtatur sirupo facto de ysopo. Et si ꝑpter ysopum accideret calefactio: vtatur trociscis de camphora. vel vtatur dragagāto frigido. Tertium autem sunt ficus siccę ꝛ fructus consimiles: sicut sunt fistici. pinee. vue pas. mundō. amigdala munda. iuiube. sebestē. ꝛ silia. Postq̄ igitur vidimus de his que habent virtutem cibi ꝛ potus ꝛ medicine. ꝛ virtutem cibi ꝛ medicine. Videamus de his que habent virtutē medicine. Ista autem sunt radix yreos. ꝛ aristol. ysopus. ꝛ capilli ve. re. ꝛ orobus. ꝛ semen bombacis. ꝛ se. papaueris. ꝛ fenugreci ꝛ similia. Et quedam sunt composita

sicut tyriaca: τ rubea trociscata. τ si/
milia. Postq̄ vidimus de tribus: vi/
deamus de quarto. s. de cibis: τ gratia
huius videamus de quibusdam rebus
non naturalib⁹. τ primo de aere. Aer
igitur sit clarus mundus sine ventis:
τ sit multum siccus: τ si non potest
haberi per naturam: acquiratur per ar
tificium. Et ideo Gal. ducebat ptisi/
cos suos ad quendam monteȝ versus
ciciliam vbi est continuus ignis in ca/
cumine montis: propter siccitatem ae
ris existentem versus medium montis
τ ratione patiētis: τ lactis propter pas
cua. Et quia talem monteȝ habere nō
possumus vbiq;: saltim acquiramus si
cut possumus. Eligamus igitur mon
tem altissimum τ ibi inhabitet τ ordi
nentur pascua τ animalia iuxta possi
bilitatem particularium. Secundo cō
sideremus aquam. aqua enim semper
sit pluuialis. vinum autem sit sicut su
perius dictum est. panis sit quicquid
cantetur bene coctus: fermentatus: τ
cum temperata quantitate salis. Car/
nes sint vt plurimum auium volatili/
um vsualium: preterq̄ de illis que de/
gunt in aquis. Potest nihilominus vti
carnibus edinis τ muntoninis τ vitu/
li lactantis: τ cuniculi iuuenis: τ ex/
tremitatibus animalium. Et de istis
omnibus paruȝ τ raro preterq̄ de vo
latilibus tam domesticis q̄ campestri
bus: de quibus potest vti vt plurimū
τ ad sufficientiam: nisi q̄ in omni cibo
τ potu debet esse modus q̄ accipiat i
tam parua quantitate q̄ possit digeri:
τ vtatur testiculis vulpis τ pulmone
eiusdem: qꝛ mirabiliter competunt. Fa
rinacia sunt ista: cibus de farina cocta
τ cibus de colatura furfuris. τ de simi
la. τ de farina milij. τ fabarum: τ len/
tium. τ rizi. τ ordei. τ spelte. τ cicerū.
Et vtatur ordeato. τ auenato. τ ami/
do. τ confectione que dicitur tri. sed in
ydiomate prouincialium menudeli.
Et vtatur lacte amigdal. τ possūt ista
omnia confici. aut cum lacte amigdal.
aut cum lacte caprarum: aut cum bro
dio pulle. Accipiantur igitur ista τ cō
ficiantur: τ ſm diuersitatem particula
rium: ſm q̄ nos volumus conglutina/
re: aut nutrire: aut abstergere: τ ita de
aliꝭs. Interdum etiaȝ potest vti spinar
giꝭs: τ lactuč. τ petrosil. τ mell. τ cu/
curbit. τ hoc ſm q̄ est febris putrida
aut non. τ ſm q̄ volumus abstergere
aut mundificare: quia ſm Gal. omnia
certis litteris denotari non possunt.
De piscibus potest vti piscibus squa/
mosis de aquis mundis currentibus
aut impetuosis longe a lacubus τ ma
gnis villis. Utatur ouis sorbilibus:
vtatur fructibus dictis superius. Et lȝ
debeat esse temperatus. tamen magis
vergat ad superfluum q̄ ad diminu/
tum nisi esset reuma aut principium fe
bris putride interpolate. Motus ma/
gis vergat ad ocium q̄ ad exercitium
nisi aliquod particulare contradiceret
coitus sit nullus. balnea possunt com
petere in declinatione. De balneis ta/
men fuimus complete locuti ca. de
ethica libro primo. τ ideo curramus
ad id. De inanitione τ repletione de/
bemus intelligere q̄ magis debemus
intendere ad repletionem idest ad bo
nam τ laudabilem nutritioneȝ. De ac
cidentibus anime competit gaudium
τ letitia τ nihil aliud. vitet acetosa
salsa τ acuta. nisi per hoc intendamus
curam. ¶ Uisis igitur breuiter τ sub
tiliter de sex rebus non naturalibus.
veniamus ad composita. Uisum est

igitur de his que habent virtutem ci/
bi ⁊ potus ⁊ medicine: ⁊ visum est de
his que habent virtutem cibi ⁊ medi/
cine. ⁊ de his que habent virtutem me
dicine: ⁊ de his que habent virtutem
cibi: ⁊ gratia huius de ordine sex re/
rum non naturalium. Et licȝ ista suffi/
cerent quo ad provectos: propter ta/
men iuvenes magis particulariter pro
cedamus. ℞. radic̄ yreos: ysopi. ana
℥. j. capill'. ve. re. M. iij. quatuor se. fridoꝝ
mund. se. end. se. scariol'. se. lactu. se. por
tul'. se. coriād. se. malue. se. papaveris
al. se. bōbacis. fenugreci. orobi. liq. mū
de. vuarum passarum mund. abarill'.
caricarum. iuiubarum. sebesten. pisti/
corum. pinearum munda. ana. ℥. ij. de/
coquantur lento igni de siccis lignis ⁊
de iuniperio cum aqua dulci fontina si
ne fumo. ⁊ addatur mell' rosa. lib. ſ. pa
nis zucchari. lib. ij. fiat sirupus ⁊ cla/
rificetur. Iste sirupus valet in ethicis
⁊ consumptis ⁊ ptisicis: ⁊ valet in tus
si ⁊ asmate: quoniam abstergit ⁊ mun
dificat ⁊ lenit ⁊ nutrit: ⁊ valet ad con/
solidandum. Sapiens igitur medicus
potest accipere vnū vel plura ex istis
⁊ potest facere inde sirupum: aut ele/
ctuarium: aut pillulas. aut trociscos:
aut vnguentum: aut emplastruȝ. ⁊ om
nia consimilia iuxta convenientiā par
ticularium. ¶ Intelligendum est circa
istam materiam ꝙ ista egritudo nō est
simplex sed composita: ⁊ ideo com/
posito indiget medicamine: non con/
tinuetur igitur vnus modus medicandi
sed modo debemus insistere cum mū/
dificativis. modo cum desiccativis.
modo cum lenitivis. modo cum nutri
tivis. modo partim ex hoc ⁊ partim
ex illo. aliquando plus: aliquando mi
nus: qd̄ tue industrie relinquatur. Ele/
ctuaria calida que abstergunt ⁊ mundi
ficant sunt ista. diacimimum. diayris.
diaysopus. diacalamentum. diaprassi
um. diasquilla. Electuaria autem fri/
gida sunt ista. zuccha. rosa. zuccha/
rum violarum. diadragantum frigidū
electuarium resumptivum. diapenidi/
on. sine speciebus calidis. Tempera/
tum aūt vel quasi est diaaradon abba
tis. Componat igitur ⁊ permisceat cui
datum est caput. Emplastrum qd̄ va/
let ptisicis. ℞. sumitatum feniculi. su/
mitatum aneti. sumitatum camomille.
fenugreci. orobi. se. lini. ordei. dactilo/
rum pinguium. caricarum. aristologie
rotun. ana. ℥. ij. conquassentur ⁊ buli/
ant in aqua. ⁊ si calor est fortis miscea
tur cum aqua oleum viola. ⁊ fiat em/
plastrum ⁊ extendatur supra pectus.
Et si calor est debilis misceantur cum
anetino. Gargarisma ad mundifican/
dum pectus. ℞. radic̄ yreos. feniculi.
ysopi. aristol'. malue. bismalue. ana. ℥.
ij. capillorum vene. re. lib. ſ. ordei. fenu
greci. aneti. liquiri. munde. caricarum.
iuiubarum. ordei. quatuor seminū fri
gidorum. se. brusci. sparagi. ⁊ se. mell'.
ana. ℥. j. conquassentur ⁊ buliāt in qua
tuor libris aque. ⁊ addatur mellis lib.
j. ⁊ gargarizetur ista aqua frequenter
⁊ in ore teneatur. Postꝙ visum est de
curatione ptisis vniversaliter ⁊ parti/
culariter: modo de accidentibus videa
mus. Accidentia autem que consueve
runt venire sunt multa. sicut est febris
putrida. reuma. insomnietates. diffi/
cultas anhelitus. ⁊ difficilis exitus spu
ti. constipatio ventris. oportet igitur
istis accidentibus remedia adhibere.
Si fuerit febris putrida auferatur om
nino lac. ⁊ mel. ⁊ vinum ⁊ reliqua ca/
lida que ponuntur in medicaminibus.

Et addatur sirupo predicto endi.sca/ riol.lactu.cicorea.et vtatur zuccharo. penidijs.et candi. Si autem superueni at reuma. teneat in ore istas pillulas. ℞. tyriace. rubee trociscate. ana.ʒ.j. opij.croci.ana.℈.j.fiant pillule.et fiant reliqua que dicta sunt superius. Si autem supuenerit sputum sanguinis propter nimium conatum in tussiendo: vtatur istis pillulis. ℞.boli armenici. terre si gillate.sang.dra.se.coriandri prepara ti.an.ʒ.j.liquiri.munde.vuarum passa rum munda. abarit. iuiubarum.an.ʒ. s.informentur pillule vel trocisci cum ydromelle: et teneat in ore diu. vel pos sunt distemperari cum lacte cocto et vta tur eis sorbendo: et diu in ore tenendo. Si autem superuenerit asma et diffi/ cultas anhelitus et retentio sputi. hoc enim est valde pessimum. Suffumige tur igitur cum his. ℞.myrrhe.storacis liquide. galbani.ana.℥.j. arsenici.ʒ.ij. conficiantur cum butiro et fiant trocis ci: et cum vti volueris ponatur vnus su pra carbones et recipiatur fumus per embotum. Si autem superuenerit in/ somnietas: vtatur sirupo de papaue/ re. Et si fuerit constipatus vtatur siru/ po viol.cum aqua ordei.vel cassiafi. in principio mense. Si autem patia/ tur fluxum ventris: restringatur quia citissime duceret eum ad mortem. ℞. ypoquistidos. acacie. sandal. ru.spo/ dij.charabe.dragaganti assi.gummi ara bici assi mirtillorum.sumac.ana.ʒ.ij.li/ quiri.munde.caricarum. vuarum pas/ sarum.pinearum. fisticorum. ana.ʒ.s. conficiantur cum sirupo mirtino: et fi/ ant trocisci: et cum vti volueris distem perentur cum lacte vbi fuerit ferrum igni tum extinctum et restringetur.

Clarificatio.

Intelligendum quod pulmo non sentit in natura sua nec de se. sed sentit gratia quarundam suarum partium. scilicet ratione panniculi ipsum velan/ tis: et ratione suarum cannarum: quo/ niam aliter cum tussi non expelleretur nociuum. Cannales autem sentiunt cum sint cartillaginosi. Secundo notandum quoniam licet vlcera quorundam mem/ brorum nobilium sint curabilia.tamen vlcera pulmonis non: postquam facta sunt saniosa: quoniam alia membra habent meatus et foramina per que expellunt suas superfluitates.a pulmone autem nihil potest expelli nisi cum tussi: et in tussi est motus vehemens et fortis: et ita dilatatur vulnus: et ideo non potest consolidari quare etc. Tertio notandum quod bolus armenicus potest competere in vulneribus: et quia im/ peditur fluxus et reuma: et consolidat. et incarnat.desiccat.et ita consumit hu miditates pulmonis superfluas. Et competit etiam ratione siccitatis: et quia impedit aduentum superfluitatis. Quarto considerandum est quod in pti/ si potest esse triplex morbus: consimi/ lis.officialis.et comunis. Officialis in corruptione figure et macie. Consimilis discernit in mala complexione. Comu/ nis in solutione continuitatis. Solutio continuitatis est morbus per se: quia si/ ne vlcere non est ptisis: et quia primo le/ dit ideo est morbus per se. Alij autem ledunt per accidens.quia sequuntur vlcus pulmonis. Quinto intelligendum quod pulmo est proprium subiectum huius passionis: non cor nec epar: quia vlcus et sanies est tota causa principalis et per se causate consumptionis.non defectus di gestionis.nec malicia cordis per se et pri/

mo: ſed conſumitur corpus ꝓpter ethicā que ſequitur vlꝰ. Sexto notanduȝ ꝙ modus veniendi in ethicam eſt iſte: cū pulmo non poſſit euentare cor: remanēt vapores qui calefaciunt cor. ⁊ deinde totuȝ corpus: ⁊ ita generatur ethica: ⁊ inde conſumptio: quia vbi ptiſis ibi ethica: ⁊ non econuerſo. Septimo aduertenduȝ quoniaȝ licȝ in peripleumonia rūpatur apoſtema ⁊ fuerit ibi ſanies ⁊ vlcus: nō tamen propter hoc neceſſario ptiſis: pro tanto quia apoſtema eſt magis in velamine pulmonis ꝙ̄ ſubſtantia ſui: ⁊ cum hoc vlcus non eſt magnum: ⁊ cum hoc illa ſanies non eſt propter putrefactionem ſubſtātie pulmonis: ſed materie apoſtematis. In ptiſi autem putreſit pars ſubſtātie pulmonis in vlcere ſuo: ⁊ non habet exitum niſi cum tuſſi. ⁊ tunc manifeſtatur vulnus: ⁊ ita eſt motus circularis. nec pulmo ſentit quicꝙ̄ quantuȝ eſt de natura ſua: ſed ſentit ratione pāniculi ⁊ ſuorum cannalium: ⁊ ita ſenſus eſt debilis.

Capituluȝ. vj. de ſputo ſanguinis.

Hic agitur de ſputo ſāguinis. Cuiꝰ cauſe quedā ſūt exteriores: ⁊ quedam interiores. Exteriores ſūt ſicut cū aliquis inſcienter potauit aquam vbi erat ſanguiſuga: ⁊ ſanguiſuga adheret palato vel gutturi: ⁊ ita exit ſanguis. exit etiam ſanguis cum ſanie vel ſputo cum aliquis dormiuit ſupra terram ⁊ ſub radijs lune: ⁊ potiſſime cuȝ radijs lune intrant per feneſtram anguſtam ⁊ cadunt ſupra caput. accidit etiam ſcreatus ſanguinis ex nimia comeſtione ciborum acutorum. ſicut ſunt allea. cepe. mentaſtrum: aut ſalſoruȝ: aut acetoſorum: ⁊ accidit ex caſu. ⁊ percuſſione: ⁊ ſaltu: ⁊ clamore: ⁊ rixa: ⁊ ira: ⁊ odio: ⁊ ex vomitu: ⁊ tuſſi forti. Et reſ coadiuuantes poſſunt eſſe caliditas nimia: frigus nimiū: curſus: labor: coitꝰ: clamor: ⁊ ſitis multa. Si aūt ab intus hoc eſt propter caput: quia a naribus venit ad palatum ⁊ pectus ⁊ venit propter gingiuas ⁊ palatuȝ ⁊ reliquas partes. Et venit a ſtomacho ⁊ epate ⁊ ſplene: ⁊ propter retentionem menſtruorum ⁊ emorroydorum. ⁊ accidit in mutilatis cuȝ replent ſe. Et accidit propter pectus ⁊ propter apoſtemata cum reſudat materia apoſtematis vltra panniculos. Et accidit propter vlcera pectoris ⁊ pulmonis: ⁊ ꝓpter apertionem ⁊ propter fiſſuram ⁊ inciſionem ⁊ corroſioneȝ propter acumen: ⁊ apertio propter diſtenſionem que fit propter ventoſitatem aut multitudinem fiſſure: ⁊ propter inciſioneȝ vndecūꝗ veniat: ⁊ de hoc ſtant verſus. Dabroſis vēas corrodit: rixit eaſdeȝ. Scidit anathemaſis has aperire facit.

Signa. Si venerit ex cauſis primitiuis: poteſt ſciri ex indicio patientis: ſi medicus fuerit diligēs in inueſtigando iuxta illud Damaſceni: ⁊ ſuꝑ omnia nō pudeat te interrogare patientem: verbi gratia: tu potes interrogare ſi patiens conſueuerit potare niſi aquam: ⁊ ſi eſt homo ſitibundus: ⁊ ſi itinerauerit de nocte: ⁊ ſi potauit in fontibus aut riuis: ⁊ ſi ſic: ſatis eſt bona coniectura: quia potauit ſanguiſugam: ⁊ tunc inſpiciatur os eiꝰ in ſole: ⁊ diligenter inſpiciatur ſi aliqd

adheret palato seu gutturi: et si sic: tunc certius est: tamen est possibile quod transglutiuerit. et tunc est valde incertum: nisi per priuationem omnium aliarum causarum. Considerentur igitur per hunc modum omnes cause primitiue. Si autem fuerit a capite discernitur ex dolore: et quia consueuit exire per nares et modo vadit ad palatum: et similibus. Et si est ex palato et gingiua est cum modica rascatione. Sed si cum fortiore est a gutture. et si cum fortissima est ex canna gutturis. Et si cum vomitu venit a stomacho vel ab aliis partibus membrorum inferiorum: et discernitur ex dolore loci. Et si a pectore et pulmone semper est cum tussi: et si tussis est modica: est a partibus proximis. et si cum magna est a partibus remotis. et si sanguis est clarus multum spumosus et cum modico dolore: tunc est a pulmone. Et si est niger grossus: tunc est a pectore. et si est virulentus saniosus: tunc est ex corrosione: et quia catarrus acutus precessit. Et si est ex apertione a principio est paruus: et postea multus. et mutatur color secundum multitudinem et diuersitatem sui exitus. Et si est ex apostematibus tunc signatur per apostema. et signa que dicentur.

Pronostica. In pleuresi et peripleumonia si sputum appareat subrubeum bonum omne sputum sanguinis ex corrosione vix aut numquam curatur. Omne sputum cum tussi quod diu durat ducit ad ptisim. Sputum ex partibus fistulatis proueniens frequenter reuertitur. Sputum quod subito et repente aduenit: si vadit ad cor subito interficit. et si restringatur subito suffocat. et si non restringatur interficit propter nimiam euacuationem. Sanguis enim qui venit cum vomitu si cum febre fuerit mortale est: nec ego vidi vnquam aliquem euadere quando quantitas esset notabilis.

Cura. Galienus docuit curare hunc fluxum et potissime si venerit a pectore. v. de ingenio: quia iste est multum periculosus: et potissime si veniat a pulmone. Particularibus igitur conuenientibus fiat phlobotomia de saphena: postea de cephalica: postea fiat fricatio extremitatum et ligatio dolorosa. deinde potet acetum cum aqua frigida. dum tamen tussis non sit magna: vt mundificetur pectus et sanguis non coaguletur. Deinde consolidetur vena cum stipticis: et ideo fiat emplastrum de piris et coctanis supra pectus et detur tyriaca a duobus mensibus vsque ad quatuor sue confectionis. Cibus igitur omnium istorum sit lac coctum. aut lac vaccinum vnde butirum fuerit abstractum: farina tritici: amidi: faba fracta: rizi: panis azimus. vinum grossum cum aqua pluuiali: vbi ferrum ignitum fuerit extinctum: perdices: turtures: et columbi qui inueniuntur in foraminibus parietis Competit etiam somnus et quies. et ocium: et modica locutio: vitet coitum: balneum: laborem: et exercitium: et salsa: et acuta: et acetosa: et reumatica. Super omnia vtatur fructibus stipticis. sicut sunt sorbe: cornua: mespila: citonia: pira: prunella. et similia. Et vtatur pane infuso in aqua pluuiali frigida cum aceto. Et competunt lentes et costus coctus. Si autem iste fluxus fuerit ex reumate: curetur reuma sicut superius dictum est. et vtatur tyriaca cum opio. quia in terra non inuenitur ista recens. et vtatur emplastro supra caput de stercore columbino. et

gūmi rubhe: agrestis: ⁊ aliquando te/
neat. ⁊ aliquando non ⁊ clisterizetur
clisteri acuto. Si reuma fuerit forte: ⁊
si fuerit ex retentione menstruorū ape
riantur: ⁊ ita de emorroydibus. ⁊ ita
de aliis vbi est plenitudo. ⁊ dentur ea
que generant paruz sanguinis. Uniuer
salibus igitur visis ⁊ corpore mundi/
ficato: ⁊ sanguie distracto: mālia cum
quibus potest fieri consolidatio sunt
ista. portulaca. ⁊ folium eius. ⁊ succus
eius. ⁊ semen eius mirifice valent: ⁊
cū hoc spodiū: charabe. rose. corall'.
vtriusq; sandal'. sanguis draco. opium
crocus. bolus armenicus: terra sigilla
ta: ematithes: myrrha: thus: mastix:
storax: calamita: coriandrum. assum ⁊
in aceto infusum. acacia. sumac. psidia
balaustia. cupule glandium. coagulu;
leporis. centaurea maior. camphora.
semen papaueris albi. ypoquistidos.
mirtill'. beberis. mucillago psilii. ⁊ ci/
toniorum. ⁊ dragaganti. ⁊ gūmi ara/
bici. Ualet etiā succus plātaginis. vir
ge pastoris. burse pastoris. ⁊ mlta alia
consimilia ex quibus diligens medic⁹
potest facere sirupum. aut electuariu;
aut pillulas: aut trociscos. aut empla/
strum. aut oleum: aut vnguentum. Et
si faciamus contra vicium spiritualiū
addamus liquir. ⁊ succum eius. vuas
passas: iuiubas. candi. penidia. ⁊ ydro
mel aquaticum. ⁊ similia lenitiua que
portent virtutem medicaminis ad p/
fundum pectoris. Et si detur contra vi
cia nutritiuorum: addantur spicanardi
spica celtica. semen endiuie. se. scariole
semen violarum. ⁊ similia que faciunt
penetrare virtutem stipticorum ad p/
fundum. Si autem fuerit ex sanguisu/
gis: extrahatur sanguisuga per hunc
modum. cum potest videri, accipe te/
naculas cum quibus extrahuntur den
tes: ⁊ illiniantur aloe ⁊ applicentur ca
piti quantum erit possibile: ⁊ trahan
tur ad exteriora: quoniam quando sen
tiunt amara statim aperiunt os ⁊ ca/
dunt quoniam amara interficiunt om/
nia reptilia: sicut aloe ⁊ absinthium.
Suffumigetur igitur cum sulphure ⁊
gargarizet aquam cum sale: ⁊ vtatur
cepis ⁊ alleis ⁊ porris cum aceto. ⁊ vi
tet aquam dulcem ⁊ potet vinum myr
rhatu;: ⁊ agitetur aqua munda in pel
ui coram patiente ore aperto ⁊ capite
inclinato. ⁊ si fluxus sanguinis fuerit
propter hoc qd̄ resudat ex apostema/
tibus pectoris. sicut est pleuresis ⁊ pe/
ripleumonia. tūc nullo modo ⁊ nulla
via apponantur stiptica: sed fiat sicut
dicetur inferius. Et si sputum fuerit ex
corrosione vel ex dispositione fistulo/
sa. Dico q̄ talis curatio quasi despera
ta est. In primis igitur euacuetur hu/
mor inducens corrosionem cum agari
co. ⁊ fiat phlobotomia. Et si particu/
laria conueniant. vtatur pineis: ⁊ iuiu/
bis. ⁊ teneat istas pillulas in ore. ℞.
myrrhe: thuris: se. portul'. sang. draco.
se. malue. ana. ʒ. ij. opij. croci. ana. ℈. j.
conficiantur cu; mucillagine dragagā
ti ⁊ fiāt pillule. Si fuerit ex nimia hu
miditate mollificante: curet cū cimino
asso: ⁊ aniso asso: ⁊ mastice: ⁊ scināto.

Clarificatio.

Intelligen/du; q̄ corro
sio pōt accidere pp̄ sanguinis acumen
cum aduritur acuitur autem si colera
misceatur aut phlegma salsum. potest
igitur mundificari sanguis cum cassia
fi. ⁊ similibus. vt impediatur corrosio
pectoris ⁊ pulmonis: ⁊ hoc non ē san/
guinem euacuare: sed qd̄ est cum san/
guine mixtum. ⁊ ita sanguis mundi/

ficatur. Secundo notandum sangui
suga non debet incidi cum forpicibus
nisi valde iuxta caput. quoniam aliter
capite remanente continue attraheret
 continue euacuaret: ideo in exteri
oribus quando volumus multum de
sanguine euacuare abscindamus cau/
dam: ita continue fluit: quādo vo
lumus remouere vna gutta aceti pona
tur supra caput aut cū capillis ponū
tur inter suos dentes carnez : ita re
mouent pueri. Tertio notandum
sanguis qualitercūq exeat per superi/
ora malum ſm Hypo. q naturale nō
est nec quo ad rem nec quo ad moduz
in se. non est naturale quia locus eius
sunt vene arterie. nec in modo quia
emunctoria non sunt ordinata a natu/
ra sanguis purgetur per superiora.
Et si contingat aliquando sit ad bo
num hoc non est de se sed per accidēs:
quia natura fortiter stimulata hoc fa/
cit. nihilominꝰ q fortis motus est po/
test fieri ad bonum post nociuū eua
cuatur. licz euacuetur per inconueniē/
tem regionem. Quarto intelligendum
 ī viris non fuit aliquod emunctoriū
ordinatum a natura per qd purgare/
tur sanguis: nisi forte emorroydes.
tanto q viri sunt calidiores fortio/
res maioris exercitij. In mulieribus
autem non est tātus calor: sūt in ma
iori ocio. quoniam mulier est custodi
tiua domus ſm Gal. in de complexio/
nibus: q habet emunctoria paten/
tia. etiam propter finem: aut rōne fe
tus. Et ideo natura sagax cuius saga/
citate nō ē finis: ordinauit cauernam
quā sanguis vniuersaliter purgaretur
 fuit priuilegium singulare. Quinto
notandum qm̄ licz phlobotomia red/
dat sanguinē fluxibilē: tn̄ trahit ad op
positū: ita facit fluxibilē: ad diuersū.
 ita pōt cōpetere. vn̄ nō fluit ad locū
sz ad oppositū. Sexto notādum si
corpꝰ ē plenū reuma frigidū ꝯforta/
ri dz caput cū calidis stipticis : po/
stea fiat phlobotōia vt cesset fluxus
trahit ad oppositū. Et post vena est
apta: dz distrahat qcūq fuerit cē. lz
Gerardꝰ qdā alij videant dicere op
positū. Ultio notādū h ī fluxu sāgui
nis supiora v̄tute forti corpe pleno
prio dz fieri phlobotōia de saphena
eiusdē latis. si scōo idiget fiat phlo/
botōia de basilica eiusdē latis : si ad
huc plꝰ idiget fiet de cephalica eiusdē
lateris. q prio dz trahi ad ptē remoti
orē quātū ē possibile: post ordinē
debemꝰ venire ad magis ꝯiūctā sp. di/
strahēdo. Cephalica aūt eiusdē lateris
distrahit post alia precesserunt.

Caplm. vij. de empimate.

EMpima in/
ter/
ptatur sputuz sanio/
sum existens in con/
cauitate pectoris aut
pulmōis: iō post
dictum est de emothoyca passiōe dicē
dum est de empimate.

Cause. Cause empimatis sūt ca
tarrus descēdēs a capite
ad ꝯcauitatē pectoris vbi cū nō expel
lit nec tussiz mūdificat quodāmodo
ibidē digerit in saniē trāsmutat : iō
tal collectio saniei appellat empima.
Fit ēt alio modo qm̄ apostemata rū/
punt aliqn̄ an̄ pfectā gnātionez seniei.
aliqn̄ post currūt ad ꝯcauitatē pecto
ris sicut ē squinātia pipleumonia :
aliquādo vadit ibi multū de sanguine
mixto cuz sanie virulentia. aliquā
do aliter. aliquando etiam venit /

pter vapores ꝛ humores venientes a toto corpore:qui quidem aggregantur in concauitate pectoris ꝛ pulmonis ꝛ cōuertuntur in saniem.aliquando etiā propter vlcera pectoris ꝛ pulmonis ꝛ causis consimilibus. Largo ergo mo do loquendo omnis sanies aggregata in concauitate pectoris empima voca tur ꝛ appellatur.proprie tamen si pro cederet a pulmone.

Signa. In isto casu sue cause sint sua signa.signa ta/ men aliqua possumus apponere:quā/ do enim sanies est in cōcauitate pecto ris aut raritatibus pulmonis: conuer/ tit se ad corrodendum ꝛ vlcerandum substantiam pulmonis. Signa huius sunt febris lenta:sed magis de nocte q̄ de die.rubedo maxillarum.calefactio pedum ꝛ manuū.tussis cū falso quie te.aggrauatio post cibum:ꝛ reliqua. Signa autē in qua parte sit sanies sūt duo. Primum est ponamus ꝙ sanies sit aggregata in parte dextra.ꝛ tūc po namus ꝙ iaceat in parte sinistra:tūc ma ior dolor ꝛ maior pondus sentitur q̄ si iaceret in parte dextra. Cuius ratio ē quoniam in parte media pectoris est quidam pāniculus diuidens pectus in duas partes ſm longitudinem:ꝛ ideo sanies que est in parte dextra non pōt ire ad partem sinistram:sed stat supra panniculum ad modum sarcine.s.cum aliquis iacet in parte sinistra: ꝛ sanies est in dextra:ꝛ econuerso:ꝛ ideo cum aliquis iaceat supra partem vbi est sa nies:tūc sanies accumbit supra costas: ꝛ ideo firmiter apodiatur:ꝛ pro tan/ to non est tantus dolor:ꝛ ideo si aliq̄s iaceat supra eandem partem meli⁹ dor mit ꝛ melius digeritur materia ꝛ faci lius expuitur. Secundo modo potest discerni per hunc modum. intingatur filum in bolo ꝛ circuncingatur pectori ꝛ vbi citius desiccabitur ibi ē minera: ꝛ si in vtroq; latere fuerit:vtrobiq; ve rificabuntur ea que dicta sunt.

Pronostica. Sanies post sanguinis spu tum malum. Sanies pectoris aut est multa:aut pauca. Si multa aut virtus est fortis aut debilis. Et si fortis tunc potest expelli pars per tussim cū screa tu seu sputo:ꝛ alia pars per occultos meatus transit ad stomachum ꝛ expel litur cum vomitu.ꝛ alia trāsit ad epar quarū vna pars expellitur p vias vri nales:ꝛ alia pars per secessum:ſm ꝙ vadit ad gibbum vel ad concauū. Si autem virtus fuerit debilis ꝛ materia multa.tunc suffocat duob⁹ modis:aut qr materia vadit ad cor: aut ad vias anhelitus. Si materia fuerit pauca ꝛ virtus fortis cito expellitur cum tussi. Si aūt fuerit debilis mundificari pōt in.xl.diebus.ꝛ si vltra transeat transit in ptisim. Ulterius intelligendum ꝙ si materia saniosa sit liuens aut viridis aut nigra malum est:ꝛ si accidat sinco pis pessimum est:ꝛ si expellatur cum laboriosa tussi ꝛ febris maneat ꝛ non cesset molestum est. Si aūt sputū fue rit leue album ꝛ cum modica tussi:ꝛ si ne molestia ꝛ cū alleuiatione fe.ꝛ bo nitate appetitus:ꝛ fortificatione vir/ tutis:bonum est ꝛ signum salutis. Et si contrarium adueniat malum ꝛ si/ gnum mortis. Intelligendum etiam iu xta hoc ꝙ aliquādo aggregatur phle gmatica materia in pectore grossa:ꝛ videtur medico ꝙ sit sanies ꝛ frequen ter fallitur. Et ideo opꝫ habere signa distinctiua. Primum est qm̄ sanies fe/ tet.ꝛ scđm qm̄ sanies cadit ad ꝓfun/

dum aque. Tertium quoniam sanies semper inducit maciem. sed phlegma nihil hoꝝ facit. Intelligendum etiā ꝙ sanies in concauitate pectoris existens frequenter deludit medicum. quoniam vt plurimum iudicantur ptisici ꝛ incu/rabiles. ꝛ inde sanie mundificata eua/dunt qḋ est medico ignominiosum. Cō siderentur igitur signa superius posita capitulo de ptisi. bonum est igitur ad/uertere ad pulsuꝫ. ꝛ si non significet fe. non videntur ex vlcere pulmonis. Si igitur est ordinatus ꝛ tardus. nonſē ibi nec ptisis net ethica sicut puto.

Cura. Intelligendum ꝙ tres sūt egritudines pectoris que maximam habent conuenientiam quo ad materialia curationis. s. raucedo: ꝛ tussis de causa hūida: ꝛ empima: qua/re dicenda sunt medicamina de vno in aliud. Si autem empima fuerit ꝓpter rupturam apostematum nondum di/gestorum complete. cuius signum qꝛ altera pars saniosa est. ꝛ altera sangui nolenta tunc competit phlobotomia. ꝛ breuiter in omni repletione. Et dein de mundificetur humor peccans: ꝛ fi/ant fricatiōes ꝛ clisteria ꝛ alia sicut de cet. Uniuersalibus premissis digeratur materia que est in pectore. ꝛ diuidatur ꝛ subtilietur: ꝛ adiuuet natura ad ex/pellendum ꝛ mundificandum cum re/bus que habent aspectum ad materiā grossam in pectore existente modo po nendo emplastra supra pectus. modo pillulas. modo trociscos. modo garga rismata. Quoꝝ materialia sunt hec ra dix malue. bismalue. radi. liliꝫ. radix yreos. squill. aristol. raphani. ꝛ fenicu li. petro. brusci. sparagus. gramen. yso/pus. origanum: calamentuꝫ. capill. ve. ne. re. orobus. fenugrec. se. lini assi. se. bombacis. dactili pingues. ficus sicce vue pas. liquiri. munda. ꝛ succus eius. iuiube. anisum. maratrum. pix naualis resina. terebentina. stercus columbinū. nitrum cassial. triagrana piperuꝫ. mel. oleum lauri. butirum. assungia gallina cea re. ꝛ similia. Composita sunt ista. metridatum. tyriaca. dyairis. diaysop⁹ diacalamentum. diaprassium. dianisū. diaciminum. Intelligendum tamen ꝙ semper a leuioribus est inchoandum: nisi esset timendum de sincopi aut re/pentina suffocatione. Attamen qꝛ socij iuuenes volunt ꝙ fiat distinctio iter ista ideo volo magis particulariter ordia/re licꝫ prouecti non indigeant. Empla strum ad maturandum ꝛ mollificādū ꝛ preparandum materiam saniosaꝫ in pectore vt de facili expellatur. ℞. da/ctilos pingues. ꝛ ficus siccas. ꝛ radicē malue. bismalue. conquassentur ꝛ buli ant in aqua. tunc. ℞. stercus columbi/num: terebentinam resinam: misceantur omnia fortiter cum mucillagine. fenu/greci. se. lini. ꝛ fiat emplastrum ꝛ exten datur supra pectus. Deinde fiat talis sirupus si calor est magnus. ℞. radicē malue. bismalue. radicem yreos. liliꝫ: ysopi. an. ℥. s. capillus ve. re. lib. s. qua tuor se. fri. mun̄d. se. brusci. se. spagi. se. end. se. scari. se. lactu. ana. ℥. ij. vuarum pas. liquir. mun̄d. se. bombacis. draga/ganti. cādi. penidij. an. ℥. j. ordei lib. j. mellis. ℥. iiij. panis zucchari lib. j. fiant sirupi lib. ij. Si autem fuerit sine febre ꝛ materia fuerit frida grossa cōpacta. ℞. radicuꝫ aristologie. liliꝫ. yreos. yso pi. raphani. squill. feniculi. petrosil. apij. origani. calamenti. prassij. an. ℥. ij. orobi. se. bombacis. fenugreci. se. lini assi. anisi. spicenardi. liquir. mun̄d. cu/bebarum. caricaruꝫ. vuaꝝ pas. mun̄d.

materialia pectoris

abarill.se.malue.ana.℥.j.mellis.lib.j. panis zuchari.lib.5.fiat sirupus.lib.ij. purgetur cum pillulis cochijs acuatis cum agarico. Intelligendum quoniam quando volumus materiam maturare in pectore existentem: tūc competit dormire supra partem infirmam: et quando volumus expellere tunc competit dormire supra partem sanam. et q pectus aliquo modo agitetur. aqua ordei competit eis: et ydromel aquaticum: et panis infusis in ydromelle. et farina cocta. et farina ciceruz. et oua sorbilia. pulle. perdices. auicule parue. et columbi. vinum clarum subtile. et si limpharet cum ydromelle aquatico tanto melius valent et pisces salsi. auenatum. ordeū. et farina ordei: et fenugreci. Inungatur pectus cum butiro bulito in oleo laurino. suffumigetur cū terebentina. Balneum nullo modo competit et si competeret hoc esset in fine negocio completo vtatur metridato et tiriaca. et cū incipit venire ad asma et difficilem exitum vtatur assa fetida cum lacte. Ultimo autem cum omnia deficiunt cauterizetur locus vbi est minera: aut incidatur et ponatur tenta cum oleo rosa. ne claudatur: et proijciatur mel. et fugatur saniës cum cannula. et non permittatur egredi nisi paulatine. Et confortet cor cum diacameron. et diambra et brodio galline. et deinde curetur apertura. Et cuz non saluatur conscientia tua. recurre superius sicut dictum est ad capitulum de raucedine. et ad capitulum de tussi. aut inferius ad caplm de asmate: et habebis opus completum.

Clarificatio. Intelligendū q sanies post sputuz sanguinis non dicitur mala per comparationem ad humorem ex quo fluit qr forte ita mala vel peior esset ex alijs humoribus: sed dicitur mala rōne sui: aut gratia loci. Ratiōe sui ē mala cum sanies habeat vlcerare et corrodere vndecūqz fuerit. Ratione loci est mala et potissime si fuerit a pulmone: quoniam si cum tussi veniat sputuz rubeum clarum cum modico dolore et multum spumosum. si postea appareat sanies proculdubio vlcus ē in pulmone: et per consequens ptisis: et per consequens ethica: et per consequens mors: et in tali casu sanies post sputum sanguinis mortale. Si autem sputum sanguinis fuerit a pectore: et postea sanies: minus malum. quoniam nō est tāta pernicies sicut cum prouenit a pulmone. Secundo notandum quoniam licz piper sit calidum in quarto. et sic cum similiter. nihilominus cum materia est frigida grossa: et alia particularia conueniunt bene potest competere: qr digerit et subtiliat: et cum hoc admiscetur cum alijs: sicut est liquir. vue passe. iuiube. dragaganti. et silia. et ita vnū iuuat alterum. Et pro tanto in febre phlegmatica competit piper cum ptisana. sicut dictum est in primo lib. Tertio aduertendum q calor naturalis et innaturalis sunt idem in specie: qr conueniunt in calore. et sunt idem in numero. qr in eodem subiecto sicut in radio caloris naturalis: quoniam febris nihil aliud est q̄ calor naturalis mutatꝰ in igneum. Calor igitur febris implicat in se duplicem naturam. vnam naturalem per quā digerit. et aliam innaturalem per quā corrumpit. et ideo qr pter nām non potest perfecte digerere. et qr aliquid de naturali est ibi non corrumpit. quodam modo igitur tenet viā mediam. virulētia igitur causatur a re to/

taliter preter naturam: ſed in generatio
ne ſaniei currit agens ſm naturam qđ
declarat albedo. ex hoc enim aſſimilať
membris radicalibus: ſed tamē ſanies
non poteſt nutrire nec membris aſſimi
lari. ⁊ partim gratia agentis: qꝛ non eſt
omnino ſm naturam. ⁊ partim gratia
materie: qꝛ quedam eſt preter naturaꝫ
⁊ non eſt in potentia vt tranſmuteť ꝓ/
pter malas ſui qualitates. Et ideo licꝫ
intentio nature agentis ſupra cibum ⁊
agentis ſupra naturam ſaniei ſit vna ⁊
eadem: qꝛ vtrobiqꝫ intenditur aſſimila
tio. nihilominus magna eſt differentia
in effectu: quoniam in tempore ſanita/
ribes. ⁊ sirū. ro. ⁊ viol. ⁊ neūpharin⁹. ⁊ triasandali. ⁊ zucc. ro. ⁊ viol. ⁊ trocisci de cāphora ⁊ diadragantuȝ frigidū: ⁊ oīa silia. Aromatica aūt ca. sūt ambra. storax. calamita. musc⁹. lignū aloes. gariofil. cortex citri. ⁊ citrāgulorū. nux mus. cinamo. se. maiorane ⁊ basilicōis. vinū aromaticū. folia enule. Cōposita sunt ista. tyriaca. metridatū. potio muscate. letitia. Ga. diābra. diamargaritō. diaradon iulū. alipta muscata. gallia muscata. ⁊ silia. sicut ē pulla lardata ⁊ assa cū vino aromatico ⁊ aq̄ ro. Ea āt que valent in vtroq₃ casu sunt ista: aurū purū foliatum. argentū purū foliatum. margarite. corall⁹. rasura eboris. spodium. os de corde cerui iacinci. blacte bizantie. smaragd⁹. doronigi. mellissa. borago. buglosa. Ex his aūt pñt fieri electuaria. vł pulueres: aut trocisci. ⁊ siru. ⁊ oīa silia. ⁊ cū his pōt rectificari aer. Uisis vlibus ad pticularia veniamus. Si fuerit de sanguine fiat phloia. ⁊ vtatur sirup. de borū. ⁊ de buglosa. ⁊ sirup. ro. ⁊ acetoso. ⁊ sirup. limonū. vbi fuerint sandoli ⁊ cāphora: ⁊ mundificetur corp⁹ cū prunis ⁊ māna ⁊ florib⁹ borū. ⁊ buglose. ⁊ odoret sādalos muscatelinos ⁊ ro. ⁊ aq̄ ro. ⁊ acetositateȝ citri. Si aūt mā fuerit colerica digeratur cum siru. de borū. ⁊ de buglo. ⁊ siru. de viol. et siru. iulep. et siru. nenuph. vbi fuerint ro. cāphora et sandali. et purget cum viol. et casiafi. et thamarind. et odoret viol. et nenuph. et ros. et acetositatē citri. Et si mā fuerit phlegmatica digeratur mā cū sirup. de borū. et de buglo. et oxill. diuret. vbi fuerint cortices citri. et nux mus. et se. maiora. et basiliconis. et fiat pomū de ambra. et ligno aloes et musco. et purget cū yerap. et yeralogodiō. acuatis cū pulpa coll. Et si mā fuerit melica. digerat cū sirup. borū. et buglo. et fumi terre. et oxill. squill. vbi fuerit epithimus et aloes. gariofil. et cinamom⁹ et odoret alip. muscatā ⁊ pur. cū yeral. ⁊ yerar. acuatis cū lapid. armenico. et si fuerit vēt[illegible]sitates fiāt fricatiōes et det sibi diāthos cū musco et dianisō. et vitet omnia que generant ventositateȝ. Et si fuerint ex nimio sensu dentur sibi aromatica frida cum paucis calidis ⁊ vitet oēȝ nimiū laborē tā aīalē q̄ corporalē. ⁊ si fuerit ꝑpter vermes. aut ꝑpter pas. aliorū mēbrorū. aut ꝑpt venenū ⁊ silia. Curent illa pri⁹ sic dictū ē in locis suis. Notandū de croco q̄ nō debȝ dari nisi i pua quātitate. Si āt daret in magna venenū eēt. interficēt eniȝ ridēdo. Quātitas aūt sue magnitudis doceri nō dȝ. Et est notandū q̄ suc. buglose q̄lib₃ vice sūpt⁹ cū gariofil multū valet in tremore cordis. Silr intelligenduȝ q̄ pullus dȝ lardari ⁊ assari ⁊ aspergi aq̄ ro. ⁊ acetositate citri ⁊ vino aromatico ⁊ q̄ odoret. Et si cā fuerit frida pullus calid⁹ comedat. ⁊ si fuerit ca. comedat cū erit ifrigidat⁹. si fuerit talis conditio q̄ possit comedē carnes q̄m frigida cōpetūt in tali casu. Considerentur igitur materialia ⁊ applicent iuxta conuenientiam particularium.

Clarificatio. Intelligendū q̄ lȝ mot⁹ cordis nālis sit mot⁹ dilatatiōis ⁊ constrictionis: et in tremore videat eē motus dilatatiōis ⁊ cōtritionis nō tn̄ non est naturalis. imo inordinat⁹ ⁊ preter nām ⁊ forte mot⁹ tremoris ꝑprie loquendo nō est in corde. cū motus tremoris non sit nisi in mēbro qd̄ nō mouet nisi voluntarie. Mot⁹ aūt cordis nō ē motus voluntari⁹: sȝ ē mot⁹ nālis sequēs formā. Sȝ possem⁹ dicere q̄ iste mot⁹ posset

quodã mõ correspõdere motui volũtã rio. ꝛ aliq̃ mõ mot⁹ tremoris põt attri/ bui cordi ꝑ quãdã attributionez. Cor igiť patiť tremorẽ ꝛ iectigationẽ. cum igiť cor ſit mẽbꝝ primũ ꝛ radix oĩum virtutũ ꝛ mẽbꝝ delicatũ ꝛ nõ poſſit ſu ſtinẽ mãm ſibi odioſaz moueť ad fugã dũ ꝛ repellẽdũ vľ ad fugiendũ vel ad vtrũq;. ꝛ talis mot⁹ velox ꝛ inordina/ tus appellať tremor. ꝛ ſentiť ẽt maniſe ſte v̓ſus mãmillã ſiniſtrã. Si eni null⁹ mot⁹ nãlis eẽt cordi mot⁹ tremoris ap parere nõ poſſz. ꝛ iõ talis mot⁹ nõ at/ tribuiť epati nec mľtis aliȷ̃s mẽbris nec capiti cũ iclinaťſupra puluinar. nec bra chȷ̃s cũ inclinãtur ſupra lat⁹ niſi paſſio eẽt nimia ꝛ violẽta. ꝛ ꝓxia paliſi. Et tc̃ eẽt iſte mot⁹ ſic̃ v̓miculoſus aut formi cans. Sz tũc mãifeſte appet cũ aliquis intẽdit mouere caput aut manũ volun tarie aut aliq̇d agẽ ꝛ potiſſime motu re ctitudinis. ꝛ tũc appet mot⁹ tremoris. Qm̃ cũ aliq̃ res preter nãm venit mem bris mouentib⁹ volũtarie: tũc v̓tus de/ bilitať ꝛ nõ p̃t cõplere ſuũ motũ. Mo ueť igiť partim. ſz cõplẽ nõ põt. ꝛ tunc deficit. q̃re nã moueť ſuperi⁹ ꝛ morbus inferius. Et tũc deficit mot⁹ rectitudis quẽ nã intẽdebat ꝯplẽ ꝛ nõ põt pp debi litatẽ v̓tutis. ꝛ ita ꝓprie loq̃ndo tremor nõ ẽ niſi in mẽbris vbi ẽ mot⁹ volũta/ rius. Attñ p̃t attribui cordi. qm̃ licz mo tus cordis nõ ſit volũtari⁹: i hoc tñ q꞉ nãlis ẽ loco volũtarȷ̃. Sicut igiť mot⁹ volũtari⁹ cũ ab aliquo ñ ipediť cõple tur ſine ipedimẽto. Ita mot⁹ cordis cũ ab aliq̇ nõ ipediť. cõpleť ſine ipedimen to. Cũ igiť aliq̃ res p̃ter nãm aduenit cordi motũ ſuũ nãlẽ cõplere nõ poteſt. Nõ poteſt igiť cor complete dilatari. nec cõplete cõſtringi. ſz ad vtrũq; feſti/ nat ꝛ neutꝝ ꝑagit. Et talis mot⁹ freq̃ns ꝛ agitatiuus ad ſuperius vel inferi⁹ ap pellať tremor cordis. cũ igiť p̃dicat ſin copim ꝛ mortẽ. iõ cũ diligẽtia aduertẽ dum. Scõo intelligẽdũ ꝙ cor põt apo ſtemari ꝛ in ſe ꝛ in ſua capſula. non ꝙ apoſtẽa veniat ad cõplemẽtũ. Q꞉ cor eſt indignãtis nãe ꝛ nõ poſſet pati tan/ tũ lapſũ vſq; ad cõplemẽtũ. Et licz for te poſſz aliq̃ mõ pati oẽs morbos apo ſtematũ. vſq; ad ſui cõplemẽtũ nõ. cuz in apoſtemate ſint oẽs morbi genere. ſz bñ põt eſſe principium ſed cõplemen/ tum nõ: antea eni eueniret mors cẽties. Tertio notandũ ꝙ licz calidũ ꝛ frigi/ dum contrarientur. Nihilomin⁹ tñ bñ pñt cõuenire in effectu. ſicut in cardia/ ca. cũ vtrũq; debilitet virtutẽ ſz diuerſi mode. Q꞉ frigiditas facit hoc ꝯprimẽ do. ꝛ caliditas exalãdo. Et qñ ẽ cũ ſu/ dore appellať cardiaca diaforetica. Et pro tanto accidentia aie poſſunt cauſa re cardiacã. ſicut tremor ꝛ triſtitia gau dium ꝛ letitia. Quarto notãdũ qm̃ licz phloia habeat multũ debilitare: nihil/ ominus põt bñ competere in tremore. cũ virtus debiliteť ꝓpter multitudinẽ. Ultimo notandum ꝙ ſuccus maiora/ ne ꝛ bugloſe cũ gariofil̓. multũ valet ĩ tremore cordis ꝛ cardiaca paſ. ꝛ po/ tiſſime ſi cauſa eſt frigida. ꝛ corp⁹ mũ/ dificatum.

¶ Capitulũ. xȷ̃. de ſincopi.

SIncopis eſt ablatio ſenſ⁹ ꝛ mot⁹ ĩ toto corpe ꝺm maio/ rem ꝑtem ꝓpter debi litatẽ cordis. Intelli/ gendũ iuxta iſtã partẽ ꝙ tremor ꝛ ſin/ copis nõ differunt niſi ꝺm intenſũ ꝛ re/ miſſũ: qm̃ cãe ſũt debiles in tremore ſz ſunt fortiſſime in ſincopi. Et ideo cau/

se ꝛ signa ꝛ curatio magnā cōueniētiaȝ habēt. Secundo intelligendū ꝙ cause īmediate sincopis pñt esse due scȝ omne illud qḋ facit subito ad exalationeȝ caloris ex corde ꝛ omne id quod facit ad coartationem caliditatis subito in corde.

Cause. Causarum sincopis quedam sunt extrinsece. ꝛ q̄daȝ intrinsece. Extrinsece sicut ē sudor nimius ꝛ balnea nimia. ꝛ venenū assūptū. ꝛ mors' reptiliū subita caliditas nimia ꝛ frigus. silr fames ꝛ coitus superfluus: ꝛ omne illud qḋ subito inanit ꝛ nimia repletio cibi ꝛ potus aer cauernarū ꝛ minerarum ꝛ aer pestilētialis. Et venit ēt ꝓpter accñtia anime nimis intēsa: sicut est gaudiū. ꝛ oīa cōsimilia. Cause intrinsece sūt sicut passiōes magne mēbroꝝ corpis: sicut pȝ in cerebro ꝓpter epiliam ꝛ apoplexiaȝ: ꝛ sicut pȝ in passiōibus stomachi: sicut est nimia repletio: aut inanitio. ꝛ sicut pȝ in canino appetitu ꝛ bolismo ꝛ in dolore stomachi: ꝛ mordicatione eius ꝛ sicut pȝ in colica: ꝛ yliaca ꝛ fluxu ventris ꝛ vermibus ꝛ sicut pȝ in nimio fluxu mēstruoꝝ ꝛ emorroydaꝝ: ꝛ in nimio fluxu sanguinis nariū ꝛ in suffocatiōe matricis ꝛ in hūoribus corruptis exñtib' in epate ꝛ in splene cū vapores vadūt ad cor. Et venit ēt sincopis ꝓpter corporis nimiā repletionē aut oppilationē aut ꝓpter nimiā īanitionē: aut ꝓpter nimiā cordis caliditatē: ꝛ humoꝝ subtilitatē. ꝛ frigiditatē: ꝛ humorum grossiem: ꝛ propter febres pestilētiales: ꝛ ꝓpter principiū paroxismoꝝ: ꝛ ꝓpter dolores: ꝛ ꝓpter accidētia intēsa q̄ superueniūt febri: ꝛ pp vulnera ꝛ apostemata: ꝛ saniē: ꝛ dolores fortissimos: ꝛ omnes labores tā animales ꝙ corpales: ꝛ sicut est phloia in nō assuetis: ꝛ omnia consimilia que subito conculcant calorem in corde: aut ipsum faciunt exalare sicut dictum est.

Signa. Signoꝝ quedā sunt q̄ signant futurā sincopiȝ sicut est tremor cordis. ꝛ mutatio coloris faciei ad nō nālem colorē ꝛ mutatio pulsus in paruitatē ꝛ tarditatē ꝛ frigiditas extremitatū. Signoꝝ quedaȝ sunt que demōstrant paroxismū sincopis: sicut est ablatio sensus ꝛ motus: ꝛ pulsus formicās ꝛ mortificatio faciei: ꝛ oīa illa q̄ dicta sunt supius libro. ŋ. vbi posuimus signa distincta inter oēs spēs sincopis: ꝛ inter sincopim ꝛ mortē. Signoꝝ quedā sunt q̄ si[illegible]nāt causas ꝛ si fuerint cause primitiue habet p indiciū assistētiū: si bene inuestigent. Et si fuerit ꝓpter passiones mēbroꝝ cognitio habet p indicia illoꝝ. Et si sincopis venerit sine oī cā manifesta tā extrinseca ꝙ intrinseca: ꝛ venerit subito: tūc signū est ꝙ sincopis est ꝓpter ꝓprias passiones cordis: ꝛ talis sincopis ē pessima ꝛ mortalis. Inuestigent ergo diligēter singule ptes corporis: ꝛ nō effugiet te causa passionis. Si fuerit densitas vel raritas: repletio vel inanitio: caliditas frigiditas. venenum discernitur qꝛ sapor horribilis est in ore. Alie cause sunt satis manifeste.

Pronostica. Si aliqs ex longo tempore patiatur tremorē cordis: ꝛ subitovenit sincopis expeditū ē negociuȝ: quia causa est equata. Si autem aliquis patiatur longam sincopim ꝛ color faciei fuerit mutatus in liuorē aut vigorē: aut nigredinem nunꝙ calcabit terram. Si subito venit sincopis ꝛ sine omni causa manifesta: ꝛ sincopis fuerit longa.

consūmatum est. Si alicui sincopizan ti datum fuerit sternutatorium: sicut ē puluis ellebori albi: scȝ ꝙ puluis fue/ rit iniectus in nares ⁊ non sternutaue/ rit: nullum est consilium nisi ꝙ crux ⁊ thurribulum apportentur.

Cura. Aliter enim est operādū in paroxismo. ⁊ alr post. Signis igitur mortalibus non appa/ rentibus vt dictum est operemur sic dū sincopis adest. Prima igitur operatio est ꝙ fricentur extrema cum manibus ⁊ cum panno aspero. aut cū sale ⁊ ace to. ⁊ ꝙ fiant ligationes extremitatum dolorose. Secunda ꝙ ponantur in ae/ re claro: ⁊ ꝙ vocentur proprio nomi/ ne in aure alta voce ⁊ multis vicibus. Tertio proijciatur aqua ro. muscata ī faciem ex alto: aut aqua frigida nisi in tribus casibus. s. si sincopis esset pro/ pter nimiam frigiditatem: aut propter nimiam repletionem. aut propter flu/ xum ventris. Quarto debemus appli care aromatica naribus frigida in cali da causa: ⁊ in frigida econuerso. ⁊ etiā puluerem aromaticum naribus insuf/ flare: nisi in vno casu. Si sincopis esset propter suffocationem matricis: ⁊ tūc apponatur naribus galbanum: ⁊ assa fetida. ⁊ alipta muscata inferius. Quī to debemus adhibere vinū: sed diuer simode. Quoniaȝ si causa fuerit inani tio tunc detur vinum cum brodio car/ nium. Et si causa fuerit ca. detur vinū frigidum cū aqua frigida. Et si cā fue rit frigida det vinū cū aq̄ calida. Et si fuerit propter repletionem detur vinū aromaticum purum: sed in parua quā titate. Sexto aperiamus os cum cul/ tello ligneo ⁊ fricemus linguam ⁊ dē/ tes cum tyriaca ⁊ potione muscata. Septimo ⁊ vltimo apponantur nari/ bus sternutatoria ⁊ si sternutat bonū est. ⁊ si non statim fugiat medicus hos pite insalutato. Si autē non fuerit in paroxismo: sed timeat ꝙ veniat ꝑpter paroxismū se. aut q2 vult facere phlo botomiam ⁊ alīs non fecit: aut q2 pa/ titur tremor est cordis. aut est multū formidolosus. tunc debet sumere aliqđ aromaticum stipticum. Sumat igitur bolum panis intinctum in succo cito/ niorum aut vino: aut aqua ro. aut ace/ tositate citri: aut brodio carnium. Aut ꝙ accipiat de diacitoniten. aut aquam ro. aut diambram: aut potet muscatā. ⁊ ita de alijs aromaticis iuxta conue/ nientiam particularium. His visis ac/ cedamus ad curationem iuxta diuersi tatem causarū. Si igitur venit ex cau sis primitiuis vel ex egritudinibꝰ ma/ nifestis. curentur illa per sua contraria sicut oportet. ⁊ sicut scriptum est in lo cis suis. Sicut verbi gratia si fuerit ex venenis. detur tyriaca ⁊ alia sicut di/ ctum est capitulo de venenis. Et si fue rit ex accidentibus anime īducatur cō trarium: vt si ex gaudio inducatur tri/ sticia. ⁊ applicentur frigida ⁊ econuer so. Et si ex sudore eueniretur: ⁊ appli/ centur sandali ⁊ camphora. Et si ex fluxibus restringantur cum aromaticis frigidis. Et si ex vermibus interfician tur cum amaris: ⁊ ita de alijs oībus. Et ideo cum cause sint multe valde re ducamus ad quatuor causas. s. ad ni/ mium calorem: aut ad nimiam frigidi tatem. aut ad nimiam inanitionem: aut ad nimiam repletionem. Ponamꝰ igitꝰ ꝙ caliditas sit in causa. detur sibi lac acetosum butiro extracto. ⁊ omnia fri gida sicut sunt sandali ⁊ rose ⁊ cāpho ra. Et domus sit subterranea non an/ gusta. ⁊ porte sint septētriōales. ⁊ asp/

gatur domus aceto ⁊ aqua frigida: ⁊ folijs salicis ⁊ nenuphare. Et vtatur sirupo viol'. nenuphare: zuccharo ro. ⁊ camphora: ⁊ similibus aromaticis dictis in capitulo superi⁹ de tremore. Si aūt sincopis venerit propter cām frigidam. dentur aromatica calida. sicut est muscus: lignum aloes: ambra: potio muscata: diambra. ⁊ ita de alijs superius nomiatis capitulo de tremore. Et dentur omnia actu calida: ⁊ disponatur aer per artificium ꝙ sit calidus. Si autez sincopis fuerit ex repletione: ⁊ repletio fuerit circa stomachū inducatur vomitus: medicine vomitiue frequenter dicte sunt. Et si repletio fuerit circa intestina fiat clistere. Et si sanguis cominatur fiat phlobotomia cum confortatione stomachi: ⁊ ab intus ⁊ ab extra. Et si fuerit repletio aliorum humorum purgentur paulatine ⁊ minatur cibus. ⁊ fiat abstinentia sicut oportet. nec in hoc casu cogatur recipere cibum: quoniam cōmuniter datur cibus cuz virtus deficit propter repletionem tamen citius suffocatur. Et ideo dicebat Hypo. Neqꝫ quispiam medicorum mihi repertus est qui vires egritudinum cognoscere valeat. Cōmuniter enim nō distinguitur vtrū virtus sit debilis propter inanitionem aut propter repletionem: ⁊ ideo fedi errores sequuntur. In sincopi igitur ꝓpter repletionem iniungatur abstinentia temperata iuxta conuenientiā particularium. Si autem fuerit sincopis propter inanitionem: detur cibus subtilis ⁊ facilis digestionis: frequenter ⁊ in parua quantitate. Detur igitur brodium carnis cum mica panis trita: ⁊ oua trita: ⁊ carnibus tritis: cuz parua quātitate vini aromatici. vel fiat talis cibus. Assentur galline vel perdices vel caro mūtonina: ⁊ lardentur cū lardo ⁊ gariofil'. ⁊ aspergat aqua ro. muscata ⁊ vino muscatello: ⁊ odoret diu. ⁊ postea teratur fortissime ⁊ aspgat vino aromatico. ⁊ deinde apponatur ista in pāno mundo. deinde in torculari trahatur succus ⁊ calefiat lēto igni. ⁊ hoc ē magis confortatiuum in extenuatis sine febre ꝙ vnꝙ deus bn̄dict⁹ voluerit reuelare vsqꝫ ad presentez diem. Et dentur alia nutrientia ⁊ resumptiua q̄ dicta sunt in extenuatis ⁊ ethicis ⁊ consumptis. Sed aromatica sp dentur in parua quātitate gradatim: ⁊ per ordinem. Alie cause dicent in locis suis: ⁊ ideo recurramus ad illa.

Clarificatio. Intelligendū ꝙ sincopis primo ⁊ principaliter ē passio cordis: secūdario rōne cōpassionis est passio cerebri: qm̄ aufertur sensus ⁊ motus ſm maiorem partem. Secundo intelligendū ē ꝙ in sincopi aufertur pulsus ſm maiorē partem. aliquo modo etiā retinet licz incōprehensibiliter vl' quasi. aliter enim nō esset vita. Tertio modo intelligendum ꝙ possibile est subito mori ex gaudio: ſm Gal'. iij. de morbo: qꝛ calor totus vadit ad exteriora. ⁊ cū natura sentit se ita de pauptatā in corde restringit se: ⁊ fit magna clausio ⁊ magna cōculcatio: ⁊ ita imediatius morit propter motus secundarios ꝙ ꝓpter primos. Et licz sincopis possit causari ex ira: nō tm̄ subito. ⁊ ita mors non venit ex ira subito. nihilomin⁹ ⁊ magna generatio ⁊ subito cum ira sit ebulitio sanguinis in corde: ⁊ ita cor non cogit se constringere ꝓpter defectum. Sed in gaudio fit magna exalatio ⁊ continua deperditio: cū cōtinue

mittatur ꝛ nõ generatur. Et ideo cũ deficit natura credit se iuuare in con/stringendo ꝛ interficit se ꝑ accidẽs to taliter suffocando: ꝛ forte deficeret da to ꝙ se non cõstringeret: propter calo ris defectum ꝛ priuationem. Quarto notandũ ꝙ in magno corde fit citius sincopis ꝙ̃ in paruo: qm̃ velocius fit caloris amissio ꝛ exalatio. In paruo fit maior cõseruatio: ꝛ ideo in magnis animalibus timidis nã ordinauit os i medio cordis siue cartillaginẽ ad mo dum ossis: vt non cito deficeret ex ti/more: sicut patet in ceruo. Quinto no tandum ꝙ aqua frigida directe nõ cõ petit sicut dictum est in sincopi de cau sa frigida aut in sincopi de plenitudi/ne: quoniam poros habet claudere ꝛ infrigidare: ꝛ ita addit in causam. At tamen aliquo modo esset rõnabile nõ ꝓpter primam intentionem sed ꝓpter scđam. s. ꝙ excitat calorẽ sopitum ra/tione ictus: ꝛ qꝛ cadit ex alto: ꝛ qꝛ ꝓȳ citur impetuose. Inquantum igitur ex citat posset competere: attamen mihi videretur quãtũ est de presenti ꝙ me lius esset excitare cum fricationibus ꝛ sternutationibus ꝛ similibꝰ. Quid igi tur faciendũ conscientie medici operã tis particulariter derelinquo. Ultimo notandũ ꝙ fricatio valet in sincopi de inanitione. quoniam non desiccat nec consumit: sed excitat si fricatio fuerit temperata.

¶ Capl'm. x ij. de passiõibꝰ mãmillarum.

Mammilla est membrũ glãdulosũ al bum ex venis ꝛ arterijs contextũ: ad generatio nem lactis ordinatũ: vt baccalariꝰ no/uiter genitus nutriatur: donec cibũ gros/siorem sumere possit. Nunc aũt mã/millis superueniunt multe passiones. sicut est diminutio lactis: ꝛ nimia eius exuberãtia: ꝛ coagulationes: vnde ve niunt mãmille inflatiões: maiores do lores: ꝛ generantur in mãmilla aposte mata. ꝛ nodi. ꝛ glandule. ꝛ duricies ꝛ vlcera: corrosio: ꝛ fistula: ꝛ nimia mã millarum augmentatio. Et gratia hu/ius agitur hic de fetore assellarũ ꝛ to to corpore. De istis igit̃ breuiter per/tractemus.

¶ De multiplicatione lactis: ꝛ eius diminutione.

Lac enim multiplicatur pro/pter multitudinem sanguinis ꝛ bonitatem eius. Minora/tur igitur lac ꝓpter paucitatem sãgui/nis ꝛ malitiam eius: Cause igitur que paruificant lac sunt multe: sicut est di/stractio sanguinis ad aliã partem: ni/mius fluxus menstruorũ: ꝛ ita de alijs Paruificatur ꝛ propter ea que defic/cant sanguinem: sicut est paruitas cibi ꝛ potus. ꝛ labor nimius: ꝛ omnia con similia. Et fit etiã propter nimiã san guis abundantiam cũ eius mala qua litate qꝛ nã non potest illud regere. Et cũ hoc fit exabundãtia colere. ꝛ phle gmatis ꝛ melencolie.

Signa. Si fuerit ex fluxibus: aut ex abstinẽtia: aut la boribꝰ satis ẽ notũ idicio patiẽtis. Et si fuerit ex aq̃litate significat̃ ex ocio. ꝛ qꝛ vsus ẽ olerıbꝰ ꝛ fructibꝰ ꝛ pisci/bus. Et si ẽ ex multitudine sãguis ma le cõplexionati: cognoscitur ex caco/chima totius corporis: ꝛ quia sanguis est filosus. Et si fuerit ex colera cogno scitur ex citrinitate lactis: ꝛ ex alijs signis colere. Et si ex phlegmate co/gnoscitur: qꝛ lac ẽ multũ aquosũ: ꝛ ex

aliis signis phlegmatis. Et si ex melen
colia cognoscitur: q2 lac est multū gros
sum stipticum: ⁊ ex aliis signis melie.

Cura. Si fuerit ex nimio fluxu restringatur ⁊ trahat ad
partem oppositam. Et si ex priuatio/
ne cibi aut ex mala qualitate cibi aut
labore ⁊ similibus: inducatur contra/
rium. s. ꝙ exhibeatur cibus ⁊ rectifice
tur mala qualitas: ⁊ iniungatur quies
⁊ ocium ⁊ similia. Et si fuerit ex aquo
sitate cibus calidus ⁊ sicc⁹ iniūgatur ⁊
exercitiū. Et si fuerit ex multo sangui
ne male complexionato: rectificetur
mala complexio ⁊ mundificetur. Et
si fuerit propter coleram: alteretur ⁊
euacuet. ⁊ dentur sibi cibaria frigida
sicut lactu. cucurbite. ⁊ melones. Et si
fuerit ex phlegmate digeratur ⁊ eua/
cuetur. ⁊ dentur cibaria calida desicca
tiua temperate. Idem est de melenco/
lia ꝙ purgetur. ⁊ dentur cibaria calida
⁊ humida. Cibaria autem materialia
ex quibus generatur ⁊ multiplicatur ī
corporibus mundis: sunt sicut est deco
ctio tritici ⁊ farina eius ⁊ amigd. ⁊ cō
fectio que appellatur tri. ⁊ risi ⁊ ordeū
mundatum: ⁊ farina cic. ⁊ fabarum ⁊
sisamini: ⁊ amigd. dul. ⁊ oleum sisami
num: ⁊ carice ⁊ zinzi. al. ⁊ cinamomū
⁊ panis zuccha. Ex istis enim pōt fie/
ri cibus aut decoctio colata cum vino
aut potio: aut aliqua alia confectio. ⁊
ita de aliis iuxta industriam medici. ⁊
hic est intelligendum ꝙ ea que multi/
plicant lac multiplicant sperma: ⁊ ecō
uerso.

¶ De lactis exuberantia.

Sanguis enim naturaliter va
dit ad mamillas: ⁊ conuerti/
tur ad naturam lactis in tri/
bus casib⁹: aut q2 mulier concepit aut
q2 peperit: aut q2 menstrua sunt reten/
ta. Nunc autem cum exuberat lac in
mamilla inducit dolores tumores du/
riciem congestionem ⁊ caseationem.
Discernitur autem ista congestio seu
caseatio ab apostemate pro tanto: q2
iste tumor seu caseatio sunt equaliter ī
tota mamilla cum quadam lucididate:
apostema autē ē in altera parte tm̄.

Cura. In primis repercutiat ⁊ resoluatur cum aqua ca. ⁊
aceto embrocatis desuper ⁊ frequen/
ter. Minoratur autem lac altero. iiii.
modorum aut cum valde desiccatiuis
sicut sunt lentes fabe ⁊ cice. aut cū for
titer infrigidatiuis sicut est mucillago
psilii: ⁊ citoniorum ⁊ papaueris: aut
cum fortiter resolutiuis ⁊ calefactiuis
sicut est gūmi: ruthe: agrestis: aut cum
nimis humectatiuis sicut sunt folia co
riandri recentia ⁊ succus cucurbite.
Omnia igitur que paruificāt semē par
uificant lac. minuatur igitur nutrimen
tum ⁊ desiccetur san. ⁊ resoluatur ⁊ i/
frigidetur ⁊ humectetur: ⁊ ita necessa/
rio minorabitur lac cū eius multiplica
tio non fiat nisi ex san. bono ⁊ lauda/
bili. ¶ Ueniamus igitur ad caseatio
nem lactis in mamilla: hec autem ca/
seatio fit aliquando a nimio calore ꝙ
discernitur: q2 lac est citrinum: ⁊ tota
mamilla calida. Aliquando autem ca
seatur a frigido: ꝙ discernitur: q2 lac ē
valde aquosum: ⁊ tota mamilla frigi/
da. Si autem caseatio fiat a frigido re
soluatur cum calidis resolutiuis. Ista
autem sunt succus apii: suc. blete. suc.
ruthe. fenugre. anisum: ciminum: sisele
os: abrotanum: ⁊ suc. feñ. ¶ Accipia
mus igitur vnum ex istis aut multa ⁊
cum farina lupinorū: ⁊ myrrha: ⁊ cro
co: ⁊ vino al. faciamus emplastrum: ⁊

supra mamillam apponamus: vel imponatur panni intincti in predictis succis et desuper tepidi apponantur. Si autem caseatio fiat propter caliditatem. ℞. suc. caulium. suc. maurelle. suc. coriand. suc. portul. an. tunc ista cum oleo rosa. et aceto fortissimo et farina ordei misceantur et fiat emplastrum: et possumus addere modicam quantitatem myrrhe et croci: ut frigida melius valeant penetrare: et ponatur super actu calid. et illud quod in utraque causa solvit caseationem et dolorem et tumorem mamillarum supposito bono regimine sunt acetum: vinum al. et aqua: calefiant igitur ista et proiiciantur ex alto supra mamillam et fiet completa resolutio.

¶ De apostematibus mamillarum.

Mammille apostemantur sicut alia membra. Et si fuerit apostema de cau. ca. particularibus convenientibus fiat phlobotomia. et si plenitudo est magna fiat de parte opposita et si non. de eadem mundificetur corpus secundum exigentiam materie. hoc facto si materia est prope caput mamille ponantur pure repercussiva. et si non ponantur cum repercussivis resolutiva quoniam aliter esset timendum quod materia iret ad cor. In primis igitur fomentetur mamilla cum aqua ca. et aceto et oleo ro. et empletur cum farina fabarum et ordei et camomilla et aliqua parte sandalorum et misceantur cum aceto et vino al. debili. et fiat emplastrum. Deinde ponatur istud quod maturat et mitigat. ℞. medullam vituli et vitellum ovi fenugre. se. lini. farie volatil. molendini misceantur cum oleo sisamino et fiat empl'm. Si autem materia fuerit frigida corpore mundificato. in primis fomentetur cum aqua ca. et aceto et vino al. debili. Deinde fac tale empl'm. ℞. risi. ℥. ij. apii. ℥. j. conquassentur et buliant in vino al. debili: et postea exprimatur vinum et fiat empl'm: et desuper apponatur. Dein de maturetur sic. ℞. radic. lilii: apii: ana ℥. j. fenugre. farine tritici. se. lini. myrrhe. an. ℥. ß. croci. ʒ. j. misceatur cum melle et fiat empl'm. Et si volumus fortius operari ita quod non sit bene maturum maturabit. et si est maturum rumpet et aperiet fiat empl'm de foliis ruthe et psici recentibus cum felle bovis: vel pot. rumpi cum calce viva et sapone molli: vel aperiatur cum sagitella et est valde cavendum quod suaviter exprimatur propter dolorem. Et si essent apostemata venenosa sicut antrax et carbunculus curetur sicut dictum est in libro primo.

¶ De nodis et glandulis in mamillis.

Recipe igitur dragagantum: gummi arab. vitella ovorum: oleum viol. misceantur et fiat empl'm. Et si fortius operari volumus liquefiat cera et pix. in oleo ro. et addatur modicum fell. et stercoris columbini et fecis vini antiqui et fiat empl'm: et super duriciem et glandulas apponatur.

¶ De corrosione et ulcere et fistula in mammillis.

Recipe nucis cipressi: gallarum cassielignee. an. ʒ. ij. aloes: corticis thuris: an. ʒ. j. litargi. ʒ. iij. pulverizentur et temperentur in vino claro. subrubeo tribus diebus et tribus noctibus: et postea buliant simul usque quo veniant ad spissitudinem mell. et tunc ulcus seu corrosio illiniatur: et illud medicamen valet in omni ulcere seu corrosione et potissime in membro molli. si autem mamilla fuerit fistulata lavetur quotidie cum vino puro ca. ubi bulierit myrrha: et postea desiccetur: deinde. ℞. sarcocollam et aloe. et misceantur cum melle

⁊ inuoluatur tenta ⁊ in fistula itromittat: ⁊ est de secretis cōtra fistulā lʒ supi⁹ in p̄rio li. de oib⁹ istis sim⁹ locuti.

¶ De magnificatione mamillaꝝ.

Liquādo aūt mamille nimis magnificant vel nolum⁹ ꝙ in puis puellis augmentet. tunc igit̄ cōpetit ꝙ fomentēt frequēter cum aqua ⁊ aceto: deinde emplēnt cū cerusa. ⁊ chimolea. bolo armenico. ⁊ terra sigillata. Et si fortiora facere volum⁹ operemur cū narcoticis sicut ē opium mādragora iusquiam⁹ pap. al. mucillago psiliȷ̄. ⁊ qd̄ diximus de mamill' ita de testiculis intelligamus.

¶ De fetore assellarum.

Fetor assellaꝝ vel toti⁹ corporis si diu durauerit ⁊ sine cā manifestaʒ leprā futurā significat. Rectificet igit̄ dieta ⁊ regimē ⁊ purget corpus cuʒ phlobotomia ⁊ farmacia f̄m exigentiam hu. peccātis. deinde fiat balneū: deinde abluat̄ i exitu a balneo cū aqua decoctiōis yreos aluminis litargiȷ̄. myrrhe. spicenar. rosaꝝ. deinde aromatizentur asselle ⁊ totum corpus sic. resoluat̄ alipta muscata sādali pulverizati. ⁊ rose in aqua ro. vel in oleo laurino: ⁊ illiniātur aselle ⁊ totum corpus.

Clarificatio. Circa istā materiā mlta sūt cōsiderāda p̄rio qꝛ in viris ⁊ mulieribus mamille sūt in pectore ⁊ in q̄busdā aliȷ̄s aialibus sūt in pte posteriori: sicut in vaccis aut in vētre sicut in suibus ⁊ porcis. Dico ꝙ in viris ⁊ mulieribus sūt in pectore pro tanto: qꝛ ibi nullū nocumentū prestāt in motu. ⁊ si essent inferi⁹ ipedirēt motū. ⁊ nō eēnt in loco honesto ꝓpter lactationē. Secūda cā ē qꝛ lac ē sāguis bis coctus. ⁊ tō iuuat̄ in pectore ꝓpter caloreʒ cordis. In vaccis aūt ⁊ multis pecudib⁹ nō sūt in pectore qꝛ ipediret motus pedū anteriorū: sed sūt in pte posteriori: qꝛ versus illas ptes declinat epar: ⁊ nō ipedit̄ motus de quo sit curandū cum pedes posteriores sequāt̄ motū pedū anterioꝝ. scrophe aūt seu porce hn̄t p totū ventrē ꝓpter multitudinē fetuuʒ. Secundo aduertendū q̄re viri habēt mamillas cū nō lactēt ⁊ iuxta h̄ postq̄ hn̄t q̄re non hn̄t lac. qm̄ f̄m Aristo. de hystoriȷ̄s aīaliū iuētus ē yrcus: qui habuit lac ex quo case⁹ fuit factus ⁊ habuit fetū masculū ⁊ factū ē illud ideʒ. quare ergo nō sil'r in viris. Dico ꝙ viri ꝓprie nō habēt mamillas sʒ simulacrum mamillarum sicut mulieres non habēt testiculos sed simulacrum testiculoꝝ ab intus. hoc aūt habuerūt viri ꝓpter decorē tm̄ vt non viderent eē diminuti non propter operationem: sed ꝓpter decorē. De scd̄o dico ꝙ nō habent lac. qꝛ non habēt menstrua sed illi q̄ habēt mamillas carnosas hn̄ ē possibile ꝙ habeāt humiditatē quādā al. similē lacti: sed non ē verū lac. ⁊ ita fuit in vno capro ꝓpter bonitatem pascue non ꝙ esset verū lac. Tertio notādū q̄re mamille crescunt i tpe pubescētie in mulieribus ⁊ in viris nō. dico ꝙ in vtrisqʒ crescūt ⁊ indurant capita ⁊ habēt vtiliones sed paꝝ in viris qꝛ nō sunt nisi ad decorē: sed in mulierib⁹ fit multū augmētū vt possint satis recipe de lacte ꝓpter finem. Quarto cōsiderandum que mamille sūt meliores vel magne vel parue. dico ꝙ mediocres: qꝛ pue nō possūt satis recipe de lacte. In magnis aūt non fit bona digestio mediocres igit̄ in quantitate sunt meliores. Quinto itelligendū ꝙ aposte/

mata ⁊ morbi frequentius accidūt in mãmill' mulierum q̄ viroꝝ: ⁊ q̄ maio res ⁊ magis rare ⁊ plures accipiūt ſu/ perfluitates: ⁊ q̄ virtus debilior. Inui ris autem totum conſumitur: ⁊ iō non ita frequenter. Sexto notandū q̄ co/ agulatio lactis in mãmilla proprie lo/ quendo non fit a frigido: q̄ illud eſt magis coagulatio ſeu iduratio: ſ; a ca lido digerēte dealbante ⁊ aſſimilante. oportet enim digeſta eſſe groſſiora: ⁊ hoc fit a calido. Septimo notandum q̄ repercuſſiua mediocria in apoſte/ matibus mãmillaru; bene poſſunt ap plicari q̄ mammille approximantur emunctorijs membrorum nobilium. non tamen ſunt in emunctorio: ⁊ ideo foramina non ſunt ita larga. nec ſimili ter repercuſſiua debent eſſe nimis frigi da ſed ſemper cum quibuſdam reſolu tiuis. timendum enim eēt q̄ iret ad mē bra nobilia: mediocria igitur apponā tur. Octauo intelligendum q̄ lentes ⁊ fabe fracte poſſunt competere ad re/ ſoluendum lac: q̄ deſiccant ſi cū alijs fortioribus reſolutiuis admiſceantur ſicut ē fenugrecū ⁊ ſimilia. Nono ad/ uertendum q̄ fetor in aſſellis poteſt cauſari de melencolia ⁊ a quolibet hu more non proprie a putrefactione que eſt ebulitio ſed a putrefactione ꝓprie ſubſtantie que eſt corruptio. Decimo conſiderandum q̄ in fetore aſſellaru; poſſunt competere repercuſſiua ꝓ tā/ to quia non adminiſtrantur niſi corpo re mundificato. ⁊ tunc non aliud rep/ cutiunt ſed deſiccant. abſtergunt. ⁊ mū dificant cum ſint ſicca: ⁊ ſm hunc mo dum poteſt competere mirtus ⁊ ſimi/ lia. Undecimo aduertendum q̄ aſſel/ le in iuuenibus magis ferent q̄ in ſeni bus: quoniam ⁊ lic; materia corrupta abundet in ſenibus deficit tamen calor mouens ⁊ cum hoc q̄ iuuenes ſūt pe ioris regiminis vt plurimum. ⁊ calor eſt fortis ⁊c̄.

¶ Explicit quarta pars.

¶ Incipit quinta pars de paſſionib' nutritiuoꝝ: ⁊ ꝯtinet. xxj. capitula.

¶ Capitulum .j. de difficultate transglutiendi.

Transglutitio cibi est motus cōpositus ex virtute animali sensibili mouente voluntarie ⁊ ex motu nāli. Membrum aūt per qḋ fit ista operatio est meri. Deseruit .n. stomacho in trāsglutitione cibi. Meri aūt ē membrū cōpositum ex duabus tunicis ⁊ carne. tunica aūt iterior hȝ villos lōgitudinales cū quibus fit motus volūtarius: tunica aūt exterior habȝ villos trāsuersales cū quibꝰ fit motus nālis. Nunc aūt trāsglutitio fit primo ⁊ principaliter cū villis lōgitudinalibus interioribus qui mouentur nāliter: ⁊ ideo motus trāsglutiendi est facilis cū ista se habēt ꝭm nām. Uomitus āt fit cum vill' exterioribꝰ: ⁊ ideo fit cū difficultate. carnositas aūt abūdat circa tunicaȝ exteriorē. Nūc aūt sicut via anhelitus ē situata in pte anteriori: ita via cibi q̄ appellat meri seu ysophagus ē in pte posteriori versus collum ⁊ spondilia. nūc aūt actio trāsglutiēdi aliqñ aufert cū nō pōt transglutire: aliqñ minuit qñ fit cū difficultate. aliqñ corrūpit qñ fit cum tremore ⁊ titillatione.

Cause. Difficultas trāsglutiēdi aliqñ venit ꝓpter nocumēta que veniūt ipsi meri. aliqñ veniunt pp nocumēta q̄ veniūt mēbris vicinis. Si pp mēbra vicina sicut propter dislocationē spōdiliū. aut ꝓpter squinantiā: aut pp spasmum: aut maliciam rei que euomit: aut pp illud qḋ trāsglutit: ⁊ ita de aliꝯs. Si aūt venerit ꝓpter meri hoc accidit pp tria: aut pp maliciā complexionis: aut pp apostemata: aut propter vlcera. malicia aūt cōplexionis quedā ē ca. quedā frigida. q̄dā sicca: quedā humida. Apostemata q̄dā sunt ca. quedā frigida. aduenit ēt ꝓpter debilitatē virtutis sicut in illis q̄ patiuntur fortes egritudines aut passi sunt cronicas. aut sunt conualescentes aut senes.

Signa. Si fuerit ꝓpter dislocationē sentit dolor in collo ⁊ spondilibꝰ ⁊ spatulis ⁊ nō potest iacere supra dorsū. ⁊ si fuerit ꝓpter spasmū sentit dolor in māmilla ⁊ pectore ⁊ tenet os clausū. Et si fuerit ꝓpter sq̄nātiā ⁊ aliꝯs cognoscit ex illo. ⁊ si fuerit ex nocumēto euomēdi sicut sunt vermes ⁊ sil'ia cognoscit ex illis. Et sil'r si fuerit ꝓpter rē q̄e trāsglutit sicut est arista ⁊ sil'ia. ⁊ si fuerit ꝓpter debilitatē facile ē cognoscere: aut rōne se. aut rōne etatis. aut aliorum mēbrorū notoꝝ. ⁊ ita de aliꝯs. Et si fuerit ex mala cōplexione discernit q2 trāsglutitio fit paulatine ⁊ cū labore: sȝ sine dolore. Et si fuerit caliditas adest sitis ⁊ asꝑitas. ⁊ si fuerit ex frigiditate adest grauitas ⁊ extēsio: ⁊ pua sitis. Et si fuerit ex humiditate adest albedo ligue ⁊ saliua multa. Et si fuerit ex siccitate tūc est ariditas lingue: ⁊ sitis. Et si fuerit apostema: tūc est dolor in trāsglutiendo: ⁊ postq̄ trāsglutiuerit quiescit. ⁊ si apostema fuerit ca. discernit vt dictum ē de mala cōplexione ca. ⁊ rōne se. Et si apostema fuerit frigidū discernit vt dictū ē. Et si fuerit ex vlcere discernit: q2 cū comedit aliqua acuta sicut est sinapis ⁊ acetū ⁊ similia tunc patitur magnū dolorem. ⁊ si comedit dulcia ⁊ vnctuosa non.

Pronostica. Qñ aliq̄s patit apostema

in meri ꝛ subueñit tremoꝛ rupturã apo
stematis signat. Alia sũt oib⁹ manife/
sta cum aliquis non potest transgluti/
re. quare ꝛc.

Cura. Circa curationẽ passionũ meri debemus tres regu/
las notare. Primo ꝙ qñ dat aliqd paſ
sionib⁹ meri ab intus ꝙ diutissime te/
neat in oꝛe ꝛ ꝙ paulatine trãsglutiat.
Scdm ẽ ꝙ in illo tũc nullus sumat po
tus: qꝛ nimis cito faceret descẽdere me
dicamẽ. Tertiũ ẽ ꝙ qñ medicamia ap
plicant ab extra ꝙ applicent collo in
ter duas spatulas: qꝛ versus illas ptes
trãsit meri. Tũc veniam⁹ ad curatio/
nes pticulares reddẽdo singula singu/
lis. Si aũt fuerit ꝓpter dislocationez
apponãt vẽtose ꝛ fricatiões. fiãt ꝛ ali
qua que cõpetũt in dislocatiõib⁹. Et si
fuerit ꝓpter squinãtiã aut spasmũ cu/
rent vt dictũ est. ꝛ si ꝓpter ea q̃ attra/
hunt aut expellunt apponant lenitiua
sicut ficus: ꝛ liqri. ꝛ silia. ꝛ si fuerit ꝓ/
pter debilitatẽ virtutis dent resũptiua
ꝛ nutriẽtia. sicut sũt oua soꝛbilia. me/
dulla vituli. ꝛ bꝛodiũ carniũ. ꝛ carnes
volatiliũ. ꝛ pisces squamosi ꝛ inũgat
collũ cũ oleo sisamino. ꝛ oleo viol. ꝛ
oleo amigd. dul. ꝛ vtat elio resũptiuo
ꝛ diadragã. frigido ꝛ vtat lacte ꝛ bal
neis. Et si fuerit pp malã cõplexionẽ
sic fiat illud idẽ. Et si fiat pp malã cõ/
plexionem ca. vtat siru. ro. viol. nenu
pha. ꝛ emplastret collũ ex mucillagi/
ne psilij ꝛ citonioꝝ. ꝛ sandal. ꝛ rosis.
ꝛ spodio. ꝛ vtat istis pill. quas diu te
neat in oꝛe. ℞. iiij. se. frigidoꝝ mund.
maioꝛũ ꝛ minoꝛũ: añ. ℈. j. diũm san/
dal. añ. ℈. ij. liqri. mũd. ʒ. j. ꝯficiant cũ
mucillagine dꝛag. ꝛ aqua ro. ꝛ fiãt pil
lule. ꝛ vtant lacte acetoso ꝛ ptisana. ꝛ
lactu. ꝛ poꝛtul. ꝛ cuc. ꝛ similibus. Si
aũt fuerit ex mala cõplexiõe frigida.
tunc buliãt ista in oleo laurino ꝛ costi
no. s. myrrha: stoꝛax: calamita: spica/
nar. castoꝛeũ: armoniacũ: ꝛ intingatur
lana ꝛ ponat supꝛa collũ. ꝛ inter duas
spatulas. ꝛ vtat istis eliis. ℞. diayris.
diacalamẽti: rosate nouelle: pliris: dia
trion: pipeon: añ. ℥. ij. misceant: vel fi
at siru. de maioꝛana ꝛ betõica ꝛ vterq̃
calamento: asaro: ꝛ aniso: maratro: ꝛ
melle. Et si fuerit mala cõplexio hũi/
da buliat ysopus in oxill. diur. ꝛ vtat
eo. ꝛ purget cũ yerapi. ꝛ vtat vomitu.
ꝛ fiãt ea que dicta sũt in mala cõplexi
one frigida. Ex mãlib⁹ igit que dicta
sũt põt fieri gargarismus eplm ꝛ oleũ
ꝛ siru. elm: ꝛ cõditum ꝛ silia. Si igit
fiat ex mala cõplexiõe frigida ꝛ hũi/
da fiat sicut dictũ est. Si aũt fuerit pp
apostema ipsius meri ponat istud em
plm supꝛa collũ ꝛ inter spatulas qd ẽ
ptim maturatiuũ ꝛ ptim repcussiuũ.
℞. iiij. se. fri. se. malue. se. poꝛtul. se. lini
se. fenugre. añ. ℥. s. cõterant foꝛtiter ꝛ
misceant cũ mucillagine psilij ꝛ tepid.
supꝛa locũ apponat: ꝛ reliquũ regimẽ
sit sicut dictũ ẽ in mala cõplexione ca.
ꝛ si apostẽa fuerit frigidũ ponat istud
emplm supꝛa collũ ꝛ int spatulas. ℞.
galbani armoniaci: bdelij: resoluant i
oleo laurino: ꝛ cũ cera fiat emplm. Et
si esset difficilis maturatiõis valde ad
dant istis piretrũ: radix aristol: yreos
ꝛ reliqua fiãt sicut dictũ ẽ in cõplexio
ne frigida. Si aũt apostema fuerit ru/
ptũ fiat talis potio. ℞. yreos: ysopi:
rad. lilij. M. j. caricarũ: vuaꝝ pas. mũ.
abarti. liquir. mũ. marat. añ. ℥. j. mell.
lib. s. fiat decoctio. lib. j. ꝛ. s. ꝛ vtat isto
gargarizãdo soꝛbẽdo. Si aũt fuerit ꝓ
pter vlcera que sũt in meri vtatur ista
potiõe. ℞. ysopi: absinthij: añ. M. s.

liquir. mund. vuarum pas. iuiube. dra/gaganti: gummi arabi. ana. ℥. s. mirtillorum: semen citoniorum: ana. ʒ. j. mell. quar. iij. fiat decoctiones lib. j. et s. qua vtat gargarizādo diu et frequēter in ore tenēdo: paulatine sorbēdo: et cum hoc teneat istas pillulas in ore. ℞. sarcocolle: spodij: charabe: draga/gan. gūmi arabi. amigd. añ. ʒ. j. cōficiātur cum melle et fiant pillule: et pōt vti lacte: ita q sint partes. vij. lactis. et vna mell. Et si volumus mundificare magis extrahat butirū. et si volumus conglutinare non extrahatur.

Clarificatio. Intelligendū q in passioibus meri competit lac: vbi calculi fluuiales candentes sint proiecti. Et modo dubitaret aliquis q non. tuz qz lac acquirit malam complexionem frigidam et siccam. tum qz nimis desiccat. et ita exasperaret et similia. dico q cōpetit quando volumus abstergere. vnde ex hoc lac iuuamenta acquirit. primo qz non permittit lac casear in stomacho nec putrefieri nec corrumpi. pterea acquirit siccitatem temperatā cōsumendo butirositatem et ratione cuiusdam siccitatis abstergit et mundificat. ita nec alterationem frigidam acquirit: quia calidum ponitur: nec nimiam siccitatem: quia totiens non apponitur: quare etc.

¶ Capl'm. ij. de debilitate appetitus.

Desiderium cibi et potus est appetitus stomachi suā inanitionē sentiētis. Nūc autem fames ē appetitus ca. et sic in ratione cibi. et sitis est appetitus frigidi et humidi rōne pot°. Ista autem virtus desideratiua pprie ptinet orificio stomachi: sicut transglutitio ptinet meri. et digestio fūdo stomachi: componit aūt hec virtus ex naturali et aiali: et ideo quādo stomach° et alia se habent ƒm nām: tunc actio ē bona: et quando sunt preter naturam: tūc actio aut auferē: aut minoraē: aut corrumpiē. Nunc aūt de ablatione et minoratione agiē hic. qm cause non differunt nisi ƒm intensum et remissum.

Causa. Causa debilitatis appetitus: aut est extrinseca: aut intrinseca. Si extrinseca tūc est nimia caliditas resoluēs: aut frigiditas mortificās: aut nimius labor et exercitium. ista enī lz a principio intēdat appetitū: tñ postea diminuūt: et similiter diminuitur appetitus cū transit hora q consueuit comedere: et somnus superfluus: et aer venenosus appetitum diminuunt. et crapula cibaria fastidiosa et ocium et accidentia anime: et nimius potus aque frigide et similia. Si autē fuerit pter causas intrīsecas: tunc aut est pter stomachum: aut pter alia membra. si pter stomachum hoc est pter tria: aut propter ablationē virtutis sensitiue stomachi ex hoc qz spirit° non venit a cerebro: et ita nō sentit inanitionem suā: aut ē pter malaz complexionē frigidā stomachi ipsius: aut propter malum calorem: et ista cā euenit frequentius. Si autem auferat aut minuatur appetitus pter alia membra hoc est sicut in mania et melancolia: qz obliuiscuntur: aut non imaginantur: aut propter catarrum: aut propter fe. fortes aut pestilentiales: aut cronicas: aut propter fluxum ventris: aut qz splen non mittit melancoliam ad stomachum. aut qz nimis mittit: et fit etiā

propter nimium fluxum menstruorū: aut ꝑpter retentionem: aut cuȝ incipiunt fluere in quibusdam: aut propter vermes: aut propter conceptum: aut apostemata.

Signa. Signa sunt satis manifesta ex indicio: ꝛ quia cause sunt notabiles ꝑpter egritudies q̄ ꝓcedunt nisi qn̄ venit propter stomachum. Nūc aūt qn̄ venit ꝑpter ablationem sensus stomachi tria sūt signa. Primū ꝙ nihil appetit. scōm qꝛ cibū prius desideratū renuit. tertiū qꝛ si comedat acuta ꝛ mordicātia sicut est sinapis ꝛ pip. ꝛ postea potet vinū purū non grauat ex illis. Si aūt cā fuerit frigiditas tūc sentit idigestionē ꝛ vētositates: ꝛ ē priuatio sitis. Si aūt fuerit caliditas sentit calor ꝛ sitis. alia oīa sūt satis manifesta diligēter inquirēti.

Pronostica. Ablatio appetitus si diu durauerit mortis ē signū. minoratio appetitus si venerit pp frigiditatē malū ē valde: cū frigiditas acuat appetitū. Ois debilitas appetitus in oi morbo cronico pessimum est.

Cura. In curatiōe appetit⁹ debem⁹ vitare crocū ꝛ butirū: ꝛ oīa vnctuosa. Ea aūt que ꝓuocāt appetitū sūt oīa acuta ꝛ aromatica: sicut sunt cepe: ꝛ allea: ꝛ porri: ꝛ nasturtiū: ꝛ sinapis: ꝛ pip: ꝛ cinamomū: ꝛ gariofi. ꝛ spicanar. ꝛ nux muscata: ꝛ oīa stiptica sicut sūt mēta: absinthiuȝ: mastix: thus: storax: calamita: lignū aloes succus citonioꝝ: sumac: berberis: rose gallia muscata: sandali: ꝛ oīa acetosa: sicut acetū: vinū maloꝝ gra. succ⁹ acetose. acetositas cit. ꝛ citraguloꝝ: ꝛ limonū: ꝛ cortices eoꝝ cōdite: ꝛ oēs cōfectiōes q̄ fiūt ex eis: ꝛ valet tyriaca: ꝛ mitridatū. ꝛ potio muscata: ꝛ diacitonitē: diābra: diamēte. zucch. ro. mel. ro. ꝛ silia. In cā igit ca. dent frida aromatica stiptica. ꝛ in cā frida dent ca. stipti. aromatica. In oī igit defectu appetit⁹ lardet gallina cū lardo ꝛ gariofi. ꝛ asset. deinde aspgat aq̄ ro. ꝛ vino muscatellino: ꝛ odoret freqnter ꝛ multis vicib⁹: valēt ēt oliue cōdite: psica cōdita: sparagus cōditus: pisces salsi: zinzi. cōditū: auellane: castanee: cicera fabe: cū sūt torrefacte. His visis ad pticularia veniam⁹. Si malitia appetitus venit pp debilitatem sensus stomachi: tūc purget cerebrū ꝛ mūdificet ꝛ cōfortet cū aromatib⁹. deide vtat isto elīo. ℞. potiōis muscate diamēte: diābre: an̄. lib. 5. misceant: ꝛ postea fiant pillule de alipta muscata. ꝛ quotidie de mane transglutiat tres integras. deinde post hoc vtat tyriaca. ꝛ mitridato. Si aūt venerit ꝑpter malā cōplexionē fri. aut hu. aut vtrāqꝫ digeratur mā cū oxil. squill. vbi bulierit ysopus: absinth. ꝛ mēta. Deinde purget cū yerapi. acuata cū aloe: aut purget cū mirabol. chebul. deide vtat isto elīo. ℞. diatrion. pipeon. diacitonitē: diagalange: diamēte: diābre: an̄. lib. 5. misceant. Deide buliat absinth. mēta: nux mus. nux cipr. in oleo laurino. ꝛ lana intingatur: ꝛ supra stomachū apponat. Si āt fuerit pp cām ca. digerat mā cū oxizac. ꝛ siru. acetoso. ꝛ siru. limonuȝ: ꝛ siru. ro. vbi bulierit sandal. spodiū rose. cū pauca cāphora. ꝛ citonia. cuȝ quibusdam folijs absinthij. deinde purgetur cum māna. ꝛ cassiafi. aut cū mirabol. cit. aut cū trifera reubarbarata. deinde vtatur isto electuario. ℞. triasandal. zuc. ro. carniū cicōioꝝ cōditoꝝ cū zuccha. diadragā. fri. an̄. ℥. ij. misceant ro/

se sandali.citonia acetositas elt.i oleo ro.⁊ lana infundatur ⁊ stomacho ap/plicetur. Si aũt fuerit propter splenez deoppiletur.⁊ a melia mundet.⁊ si ꝓpter conceptum vtatur exercitio tēpato:⁊ vino antiquo odorifero:⁊ vtatur isto elio. ℞.diacitonitē.potionis muscate:añ.lib.5.conserue citrãgulorum. ℥.j.misceantur. Alie aũt cãe oēs curentur sicut dicetur in locis suis:⁊ per cõtrarium ad temperamentum reducantur. Si autem fuerit causa sic.⁊ humorum priuatio detur lac ⁊ brodium carnium cum aromatibus:⁊ oua sorbilia ⁊ dieta resumptiua.

Clarificatio. Notandũ etiaʒ ꝙ ablatio vel diminutio multum notabilis cibi in morbis cronicis est malũ signum ⁊ malum in se. cum nullus possit diu esse sine cibo ⁊ malum in cronicis cuʒ mala complexio videatur esse equata. Secundo notãdum ꝙ frequẽter accidit ꝙ aliquis nihil penitus appetit ⁊ accidit ꝙ quasi coactus incipit comedere:⁊ postea fortiter ⁊ multũ appetit ⁊ attrahit ⁊ comedit.⁊ hoc accidit aut qꝛ virtus appetitiua que sopita erat propter cibum acceptum excitatur:aut quia cibus acceptus destruit causam diminutionis appetitus : vt verbi gratia ponatur ꝙ aliquis amisit appetituʒ propter malam complexionem frigidam:⁊ ꝙ incipiat comedere cepas ⁊ allea.tunc enim augumentatur appetitus:qꝛ cibus destruit causaʒ aut si causa esset ca.⁊ ipse accipet acetum ⁊ similia.diminutionem igitur appetitus superueniens cibus augmẽtat. aut qꝛ suscitat:aut qꝛ rectificat. Tertio aduertendũ ꝙ nõ est incõueniens duo cõtraria concurrere ad effectum vnuʒ s.per se:⁊ aliud per accidens.ideo nõ est mirabile si virtus appetitiua seu attractiua:seu desideratiua:seu trãsglutitiua deficiat ꝓpter ca.⁊ propter frigidum cum excedunt:qm̃ lʒ ca.tẽperatũ valeat in hoc casu tñ cũ excedit:corrugat:⁊ desiccat:⁊ exalat.⁊ ita diminuit frigidũ ⁊ fac̃ hoc qꝛ mortificat. Quarto notandũ ꝙ virt⁹ attractiua directe ⁊ per se nõ cofortatur ex stipticis:nisi qꝛ desiccant:abstergũt ⁊ mũdificãt: vl' qꝛ virtutem coadunant si fuerit dissoluta. Quinto notãdũ ꝙ virtus desideratiua seu appetitiua seu attractiua stomachi.ē cõposita ex aiali ⁊ nãli.nãlis tñ est in toto corpe:sed stomacho addit aialis:⁊ qꝛ ab extra attrahit.⁊ qꝛ a remotis:⁊ qꝛ nõ solũ ꝓpter se:sed ēt ꝓpter totũ corpus : ⁊ iõ nã ordinauit vt stomachus sentiret ianitionē suã ⁊ ad hoc fuit sensus aialis.nihilomin⁹ aliqñ aialis supat nãlē:vt in canino appetitu.aliqñ aũt nãlis supat aialē:sicut videmus in famelicis:vbi attrahit ab epate anteꝙ in stomacho sit digestus cibus.⁊ sicut videm⁹ in iudeis cũ suspendũt p pedes.nihilomin⁹ cib⁹ attrahitur ad stomachum qđ non fieret nisi nãlis attractiua.supius graue faceret ascēdere. Sexto itelligēdũ qm̃ licʒ appetitiua epatis sit pp totũ corp⁹ sic̃ ⁊ stõachi.nihilomin⁹ tñ ē nãlis ⁊ nõ aialis:ꝓ tãto qꝛ attrahit ab intus ⁊ a ꝓximo:⁊ iõ ē simplex.sed illa stomachi ē cõposita:⁊ cã ē dicta. Septimo notandũ ꝙ stomach⁹ tripl'r nutrit̃ ẜm Auic. Uno modo ex sanguīe q̃ ē i venis suis exteriorib⁹ ⁊ i interiorib⁹.⁊ al'r frustra eēnt ibi. Scđo nutrit̃ ex chilo ẜʒ Gal. in de virtutibus naturalibus.⁊ in amphis supra illum amphm corũ qui nutriunt ⁊c. Tertio nutrit̃ in tpe famis

ex sanguine attracto a venis meseraicis ⁊ ab epate. nec in hoc est difficultas: sed ex quo istorum melius ⁊ perfectius nutriatur: ⁊ sunt de hoc longi sermones. quoniam quidam dicunt q ex chilo: sed mihi non videtur rationabile: melius enim videtur ex sanguine qui est in venis interioribus stomachi: sed non est locus ratiocinandi. q̄re ⁊c.

¶ Capl'm. iiij. de dolore stomachi ⁊ debilitate eius: ⁊ de indigestione ⁊ mala complexione ⁊ similibus.

Intelligendum q̄d ista habent magnam conuenientiam: ⁊ quasi vnū sine alio esse nō potest ⁊ curationes fere sūt eedem. Digestio igitur stomachi aliquando aufertur. Aliquando minoratur. aliquando corrumpitur: ⁊ hoc totum accidit s'm intensionem ⁊ remissionem ⁊ qualitatem causarum.

Cause. Quod autē digestio stomachi auferat aut mioretur. aut corrumpatur: hoc est aut ꝓpter causas extrinsecas: aut propter causas intrinsecas. Si propter causas extrinsecas: sicut sunt accidentia anime vt ira: tristicia: sollicitudo: ⁊ similia: ⁊ cum hoc euenerit propter quantitatem cibi ⁊ potus additam: aut diminutam: aut propter malam qualitatem: aut venenosam: aut frigidā: ⁊ ita de alijs sicut duricies ⁊ similia: aut q cibus inordinate sumptus est: aut quia grossum preponitur subtili: aut crudū ponitur supra semicoctum: aut q hora solita sumendi cibum transiuit: aut q somnus non fuit completus: aut ꝓpter motum nimiū cum digestiua vigeat per quietem. aut q aer est nimis distemperatus: aut propter crapulam ⁊ vomitum: ⁊ omnia alia similia. Si autem fuerint propter causas intrinsecas aut hoc est propter stomachum: aut ꝓpter membra alia: ⁊ si fuerit ꝓpter mēbra alia: hoc est propter passiones cerebri: sicut est reuma: ⁊ ita de alijs: aut propter passiones cordis: sicut est tremor ⁊ similia. Aut propter passiones epatis vt q mittitur sibi nimis deco. aut propter venas meseraicas ⁊ intestina: aut propter splenem: aut q mittit stomacho melencolie nimiam quantitatem ⁊ accidit etiā hoc propter passionē matricis: ⁊ ita de alijs mēbris q̄ possunt mittere suas superfluitates ad stomachum. Si autem indigestio fiat stomacho rōne stomachi tunc est propter tria: aut ratione male complexionis: aut male compositionis: aut solutionis continuitatis: ⁊ adueniet etiam indigestio ratione doloris ⁊ rōne debilitatis. ⁊ si fuerit propter malam cōplexionem hoc est q nimis ca. aut fri. licʒ frequentius accidit ex frigida: aut q nimis sicca: ⁊ ducit ad ethicam: aut q nimis hūida: ⁊ ducit ad ydropisim ⁊ accidit etiam indigestio nō solū ex mala complexione simplici: sed composita cum materia ⁊ sine materia sed etiam fit hoc propter ventositates ⁊ aquositates ⁊ humores ad stomachū delegatos: sicut est sang. aut co. phlegma: aut melencolia. adustis: aut non adustis. ⁊ sanies ⁊ similia: ⁊ aduenit etiam propter officialia sicut est apostema: aut nimia paruitas stomachi: aut nimia quantitas: aut peccatū in situ: ⁊ ita de alijs. aduenit etiā propter solutionem continuitatis intrinsecus

factam. siue ab extra: aut stomachus ē debilitatus propter longam abstinentiam ꝛ similia: aut q꞉ dolet in se. aut ꝑpter dolorem aliorum membrorum. propter eni ista ꝛ consilia stomachus patitur ablationem digestionis: sicut p꞉ i lienteria: aut minoratione sicut cū multum moratur cibus in stomacho: aut cū grauitate. aut patit corruptionē sic p꞉ in eructuatione acetosa: aut fumosa aut sapore alicuius male qualitatis: ꝛ ita de alijs.

hil poterit reſoluere. non eniȝ fuit ob/
iectum proportionale. Si autẽ agat ĩ
materiam ſubtilem tunc generabit vẽ/
tum: quoniaȝ reſoluit ex debilitate ma
terie. ſed non conſumit ex caloris pau
perie. ⁊ eſt ſimile de generatione nebu
larum ⁊c̃. qr non generatur in tempo/
ribus multum ca. aut frigidis ſed ĩ me
dijs ſm Gal. vj. de morbo ⁊ ex hoc pȝ
ſolutio ad duo prima. Ad tertium di/
co ꝙ frequentius fit ex phlegmate cũ
ſit humor citius reſolubilis ꝙ̃ melen/
colia. cum ventoſitas generata ex me
lencolia tardius reſoluatur ꝑpter ma/
iorem groſſiciem. Ad vltimuȝ dico ꝙ
proprium ſubiectum torture aliquan/
do eſt fundus ſtomachi. Aliquando

pars superior intestinorum aliquando vtrūq3 ꝑm ꝙ materia continetur h vel ibi ꝛ ē pas. difficilis quasi cardiaca vt dictum est propter sensibilitatem mē/brorum ꝛ magnitudinem cause.

¶ Capitulū.xiij. de lienteria.

Lienteria est fluxus vētris in quo co/mesta ꝛ bibita egerūtur in eisdem qualitatibꝰ in quibus intromissa sunt propter debili tatem contentiue stomachi ꝛ intestino rum superiorum ꝛ vlcera eorūdē. In/telligendum circa istam mām ꝙ fluxꝰ ventris est multiplex sicut aliquo mo do tactum est superius: ꝛ sicut perfe/ctius tanget in recapitulatione quā fa ciemus de fluxu ventris. quidam ē flu xus qui vocatur anastropha. ꝛ quidā catastropha. ꝛ quidam pas. colerica ꝛ quidam lienteria. ꝛ quidam diaria. ꝛ quidam tenasmon. Anastropha vt dictum est appellatur velox expulsio cibi per superiora. Catastropha autē dicitur velox expulsio cibi per inferio ra. Sed colerica passio appellatur an gustiosa cibi corrupti detētio ꝛ velox eius expulsio per superiora ꝛ inferio/ra. cuius cā est humor corruptus i sto/macho qui transit ad membra: ꝛ iterū reuertitur ad stomachū. ꝛ natura subi to ꝛ cum impetu expellit per superio ra ꝛ inferiora pro tanto q₂ ex illo sen/tit puncturam ꝛ mordicationem ꝛ do lorem ꝛ angustiam. Lienteria est fluxꝰ cibaris in qua natura non digerit ali/quid de quo sit curandum. ꝛ iō emittitꝛ sine amissione sue speciei. quia non est facta transmutatio nec ad chilum nec ad chimum ante ipsius expulsionem. Diaria autem est fluxus humoralis: ꝛ q₂ curatur sicut aliȷ̄ fluxus. ideo nos nō facimus caplm singulare. Disinte ria appellatur fluxus humoralis cum sanguīe. ꝛ saluo honore. Ga. bene po/test apparere fluxus san. cuȝ lienteria. Tenasmon autē appellatur nimia vo luntas assellandi sine effectu propter mordicationem longationis.

Cause. Cause autē omniū flu xuum: aut sunt extrinse/ce sicut sūt aer nimis hūidus austrinꝰ: aut corruptus: iordiatus. venenosus. pestil entialis. Aut fit pp cibum: quia assumptus est in nimia quātitate. aut in mala qualitate. aut ꝑm ineptum or/dinem. aut q₂ fuit ventosus. aut ꝓpter casum ꝛ percussionem. ꝛ similia. Si aūt venerit propter causas intrinsecas aut est propter stomachum ꝛ intesti/na. aut propter alia membra. Si pro/pter alia membra tunc aut prouenit a capite sicut in catarro. aut propter op pilationem venarum meseraicarū: aut prouenit ab epate mittente superflui/tates suas ad stomachum ꝛ intestina. Et silr hoc fit propter splenē: aut ma tricem: aut propter totum corpus: aut propter crisim. Et si veniat a stoma/cho ꝛ intestinis: tunc aut accidit ꝓpter malam complexionem: aut ꝓpter vl/cera. Et propter malam complexionē aut est cum materia: aut sine materia: ꝛ ideo aliquando debilitatur contētī/ua ꝛ fortificatur expulsiua aliquando vtrūq3 debilitatur: ꝛ cū hoc ēt digesti/ua: ꝛ hoc fit propter aliquam de ma lis complexionibus excedentem cum materia aut sine materia si fuerit frigi da siue ca. aut fit etiam propter parali sim istorum membrorum. Ulcera aūt fiūt propter humores ca. ꝛ acutos pū gentes ꝛ mordicantes ꝛ vlcerantes.

Signa. Cause aũt extrīsece manifestantur ex indicio. ꝛ si sint intrinsece. ꝛ si sint ab alijs mẽbris a stomacho ꝛ intestinis cognoscitur per passiones ꝛ grauitates illoꝝ. verbi gratia: si ꝓueniat a capite tũc apparent signa reumatis: ꝛ dolor capitis: ꝛ fluxus maior post somnum longum. ꝛ sic caput nimis īfrigidetur. aut calefiat: aut agitet̄: aut euentetur adest fluxus maior: ꝛ ita de alijs membris possumus intelligere per grauitatẽ ꝑtis: ꝛ sicut dicetur inferius caplo de recapitulatione: ꝛ si prouenerit a stomacho ꝛ cã sit frigida tunc est a pricipio cum eructuatione acetosa. ꝛ si fuerit ꝓpter paralisim tunc sentit dolorem. Et si fuerit ꝓpter vlcera tũc sentit calorẽ ꝛ mordicationẽ sitim ꝛ arsuram.

Pronostica. Colica passio si frequẽter aduenerit pessimum ꝛ mortale. Si lieteria venerit post dissinteriam mortale. Oxiremia que nõ fuit a principio in oĩ fluxu ventris bonũ est qꝛ contẽtiua incipit aliquo modo vigorari. ꝛ digestiua digerere. ꝛ ideo bonum.

Cura. Tria sunt que curant fere indifferẽter omnẽ fluxuꝫ. Primuꝫ est coagulũ leporis: ꝛ coagulum hedi. Secundũ ẽ caseus antiquus si decoquatur in multis aquis dulcib⁹ ꝛ postea desiccetur ꝛ exhibeat postꝙ tota salsedo buliendo recesserit. Tertium est lac vaccinum seu ouinũ a quo butirũ fuit abstractũ ꝛ post bullituꝫ. Quartũ est nasturciũ assum ꝛ exibitũ cũ lacte caprarũ vbi ferrũ ignitũ fuerit extinctũ aut calculi fluuiales cãdẽtes. Quintũ ẽt potest addi aqua pluuialis: qm̄ ratione calidi affixi vapori aqueo facit ad exalationem materie: aut facit penetrare ad epar: ꝛ ita ꝯstringit pro tãto ꝙ ad intestina venire non ꝑmittit. Et qꝛ de curatiõe oĩs flux⁹ nõ agim⁹ sꝫ ꝓprie de curatiõe lieterie. ĩo curationẽ breuiter lieterie ꝓsequemur. Si lieteria fuerit ex mala cõplexione sine materia solũ alteratiuis curat̄. Et si fuerit cũ mã opꝫ ꝙ mũdificet̄. Si igitur fuerit mã frigida in cã mũdificetur corpus cũ mirabol. chebul. Et si causa fuerit calida cũ mirabol. citri. Deinde vtat̄ isto medicamie. Si cã fuerit ca. ℞. boli armenici: terre sigillate: corralli: oĩum sandal. sumac. berberis. se. citonioꝝ. psidie: balaustie: gallaꝝ: acacie: ypoqstidos: mirabol. ro. siccaruꝫ. san. ora. añ. ʒ. j. pulueriꝫent̄ ꝛ misceantur cũ socco plãtagi. ꝛ succo absinthij ꝛ fiãt trocisci: ꝛ cũ vti volueris distẽpet̄ vn⁹ cũ lacte caprio vel ouino bullito ꝛ cocto vbi lapides cãdẽtes fuerit extincti. Si autẽ cã fuerit frigida fiat istud. ℞. anisi. cimini. nasturcij. assarũ. masti. thuris laudani: storacis: calamite: ãbre: myrte: nuc. cipssi. folioꝝ eius: añ. ʒ. j. misceant̄ cũ succo absinthij. ꝛ fiant trocisci ꝛ exibeat̄ cũ ꝓdicto lacte.

Clarificatio. Intelligendũ ꝙ lieteria p⁹ disinteriã est icurabilis vt dictũ est: cuius rõ est: qm̄ in disinteria villi qui sũt mẽbra radicalia ꝛ irrestaurabilia sũt cõsumpti rõne vlceris: ꝛ ideo qꝛ non possunt restaurari: ideo lieteria est incurabilis propter abrasionẽ ꝛ villorũ ꝺperditionẽ. Secũdo intelligẽdũ qm̄ licꝫ in ore sit aliqualis digestio ꝛ etiam in superioribus itestinis nihilominus crudus erit cibus in lieteria: qꝛ modica est illa digestio: ꝛ forte nõ est nisi quedaꝫ preparatio. ꝛ est intelligẽ-

dum iuxta hoc ꝙ exquiſite loquendo
non eſt omnimoda indigeſtio ſaltē q̇n
aliquod benignum tranſeat ad epar.
aliter enim non eſſet vita. ⁊ ideo quo/
tidie corpus conſumitur tamen quan
titas eſt ita modica ꝙ ſenſui non eſt be
ne perceptibilis: ⁊ pro tanto dicitur in
eiſdem quantitatibus ⁊ qualitatibus
in quibus intromiſſum eſt. licȝ omni/
no non eſſet verum ponderata menſu
ra ſed ꝙ ſenſū verū eſt. quare ⁊c̄. Ter
tio poſſet aliquis dubitare ſi error fa/
ctus in prima digeſtione corrigatur ꝑ
ſcd̄am ⁊ videtur ꝙ non. quoniaȝ in ha
bentibus ſe per ordinem corrupto pri
mo corrumpitur ⁊ ſcd̄m. ſed digeſtio
ſtomachi eſt prima. quare per aliq̇d
aliud corrigi nō poterit. Preterea cor
rupto fortiori corrumpitur ⁊ debilius
⁊ ita non poterit fieri correctio ſed ſto
machus eſt membrum fortius cū agat
ſupra indigeſtuȝ ⁊ indiſpoſituȝ ⁊ om/
nia alia ſupra diſpoſitum quare corri
gi non poterit. Oppoſitum arguit no
bilius corrigit ignobilius ſed epar eſt
membrum nobilius q̄ ſtomachus. q̄/
re epar errores ſtomachi corrigere po
terit. reſpondeo ⁊ dico ꝙ duplex ē er/
ror. quidaȝ magnus ⁊ quidam paruꝰ.
⁊ quedem erit correctio completa. ⁊
quedam incompleta: tunc dico ꝙ ſi in
prima digeſtione aut in primis digeſti
onibꝰ accidat error ⁊ ſit paruus ſicut
eſt minoratio digeſtionis bene poteſt
corrigi per ſecūdas digeſtiuas. ſuppo
ſita ſanitate illorum membrorum. ⁊ ꝙ
non accipiatur cibus in longo tp̄e ⁊ ꝙ
error non intercedat in aliqua de. vj. re
bus non naturalibus. imo omnia faci
ant ad correctionem. Si autē eſſet er/
ror magnus ſicut eſſet ablatio vel cor
ruptio. tunc rectificari non poteſt com
plete. licȝ omnes res non naturales ad
iuuarent: ſed aliquo modo incomple/
te poteſt rectificari. ita. ſ. ꝙ nullus er/
ror intercadat. ſed potius adiuuetur
ex debita applicatione ſex rerum non
naturalium: quoniaȝ in vnoquoqȝ mē
bro eſt propria virtus in aliis non exi
ſtens: ſm̄ Gal. vij. de ingenio. ⁊ cū hoc
omne agens agit in materiam ſibi pro
portionatam. ⁊ cum hoc forma nō in/
troducitur in qualibet materia. ſed in
parata ⁊ diſpoſita. cum igitur ſtoma/
chus ⁊ epar ſint duo membra diuiſa
alia eſt virtus vnius ⁊ alia alterius. ⁊
ita vnum non poterit complere defe/
ctum alterius. Preterea alia eſt mate/
ria ⁊ obiectuȝ ſupra q̇d agit ſtomachꝰ
⁊ aliud eſt illud ſupra q̇d agit epar.
Si igitur alia ⁊ alia ſunt ſubiecta q̇d
deficit in vno non poterit compleri ꝑ
aliud. Preterea alia eſt forma que in/
troducitur ex virtute epatis. ⁊ alia q̄
introducitur ex virtute ſtomachi. ſicut
igit̄ alia ⁊ alia ē virtꝰ ⁊ forma ita alia
⁊ alia erit materia ⁊ ſubiectuȝ. ⁊ ideo
q̇d derelictū eſt a ſtomacho non pote
rit rectificari per epar. qꝛ materia non
eſt conueniens. ⁊ ita forma non intro/
ducitur cuȝ virtus ſit alia ⁊ alia. ⁊ ma
teria. ⁊ forma. quare ſi cibus totaliter
crudus veniat ad epar modica aut nul
la fiet correctio: ⁊ ita dico de cibo cor
rupto: ⁊ per eandem rōnem dico ꝙ ſi
cibus corrumpatur in epate nō poteſt
poſtea rectificari per membra. ⁊ ideo
cūm hu. corrupti generentur in epate
generantur multe egritudines in toto
corpore ſicut eſt ſcabies: puſtule: lepra
morphea. ſe. apoſtema. ⁊ ſimilia. Si
igitur fuerit modicus error in primis
corrigi poteſt in ſecundis. ⁊ ſi magnus
non corrigetur. ⁊ ſi aliquo modo cor/

rigatur nō tamē ēt semi cōplete. ꝛ cum arguis ꝙ nobiliꝰ corrigit ignobiliꝰ. verum esset si equalr̄ ꝛ eodem modo agerent supra idē. Nunc aūt nō est ita. alia que sunt ꝑ alia ꝑte concedo ꝑ modum tñ dictum. Ultimo notādū ꝙ subm̄ huius passionis primo ꝛ principaliter est stomachus. secundo possunt esse intestina ꝛ potissime superiora ꝛc.

¶ Capitulum. xiiij. de dissinteria.

Dissinteria est fluxus sanguineus cū excoriatiōe ꝛ vlceratiōe itestinoꝝ.

Cause. Cause āt dissinterie ꝛ alioꝝ fluxuū aut sunt exteriores aut interiores. Si exteriores sic est aer corruptus aut cibaria acuta sic sunt allea cepe ꝛ acetū. ꝛ silia. aut medicine vbi sunt diagrediū. aut elleborꝰ aut pulpa coll̄. ꝛ silia. Et si fuerit ꝑpē cās intrinsecas tūc aut sūt imediate aut remote. si imediate sic est co. acuta vlcerans ꝛ pūgens ꝛ mordicans. aut phlegma salsū. aut aliqs hūor acutꝰ adustꝰ aut ruptura vene aut aptio. aut corrosio: ꝛ ita de aliꝭ cāis imediatis. Si āt cause sunt magis remote. ꝛ ꝑpē passionem alioꝝ mēbroꝝ tūc aūt prouenit a capite ꝑ modū reumatismi. aut a stō. aut ab intestinis tribꝰ gracilibus superioribꝰ. aut a tribꝰ grossis inferioribꝰ. aut venit ꝑpter venas meseraicas. aut propter oppilatiōes epatis aut ꝑpter duriciē ꝛ oppilationē splenis. aut ꝑꝑ apostema istoꝝ mēbroꝝ. aut prouenit fluxus ꝑꝑ matr. cē. aut ꝑpter emoroi. aut ꝑpter mutilatos. aut ꝑꝑ totū corpus. aut ꝑꝑ crisim. aut ꝑꝑ egritudines liquefactiuas. aut causon ꝛ ethicā: ꝛ si qua sunt silia. ꝛ iō s̄m diuersitatē cāꝝ ꝛ mēbroꝝ diuersi sunt fluxꝰ. qm̄ qdā ē chilosus: ꝛ quidā aqsus. ꝛ qdā colericꝰ niger. ꝛ qdā virulentus saniosus ꝛ qdā sanguineus. ꝛ qdā al. viscosus: ꝛ qdaꝫ sicut carnis frustra. ꝛ quidā fetidꝰ ꝛ qdam nō. ꝛ si fuerit chilosus tunc stōus intus nō patit: sed vene meseraice non poterūt chilū trahere. ꝛ si ē aqsus hoc est ꝑꝑ maliciā stōi. ꝛ si ē colericꝰ hoc ē propter colerā. ꝛ nigra ꝑpter meliam. ꝛ albꝰ ꝑpter phlegma. ꝛ sanguineꝰ ꝑꝑ san. ꝛ virulentꝰ saniosus. ꝛ fetidus ꝑꝑ corruptionē hu. ꝛ apostema. ꝛ si assimilatur carni ꝑuenit ꝑpter san. cōgelationem ꝛ dissinteria. ꝑuenit aliquādo propter vlcerationē factā in intestinis superioribus. ꝛ aliqñ in inferioribꝰ. ꝛ aliquādo in mediꝭ. Et fluxꝰ vētris habꝫ quatuor tpa que distinguūt penes ea q̄ egrediunt vel penes sinthomata.

Signa. Cū aūt dissinteria ꝑuenit a ptibꝰ superioribꝰ: tc̄ est ibi dolor aut grauitas. ꝛ egō nō est sicut qdā rasura aut lotura ꝛ san. ē fortius mixtus cū egōne. ꝛ si fuerit ꝑpter intestina inferiora est ibi dolor ꝛ grauedo. ꝛ egō ē cū quibusdā contentis squamosis ꝛ furfureis. ꝛ san. non est admixtus cū egōe. Et si fuerit a mediꝭ oia medio mō se hñt. ꝛ hꝫ dolorē v̄sus vmbilicū. ꝛ si fuerit ꝑpter oppilationem epatis tūc fluxus maior est de nocte ꝙ̄ de die ꝛ ita piodicus ꝛ egō ē q̄si a san. sepata ꝛ cū modico aut nullo dolore. Et qꝛ in aliꝭ ptibus nō ē grauedo nec dolor ꝛ egō est multoꝝ coloꝝ. Signa aūt alia ꝛ aliaꝝ cāꝝ tacebo: aut qꝛ dicta sunt. aut qꝛ cōplete dicent caplo de recapitulatione oiuꝫ fluxuū: aut qꝛ pn̄t haberi ꝑ dolorē ꝛ grauedinē ꝛ passionē ꝑticule patiētis. aut ꝑ colorē ꝛ odorē coꝝ q̄ egrediūt a corpe: aut ꝑ idicia

ꝛ potissime cũ sit ex cãis primitiuis.

Pronostica. Omnis fluxꝰ ventris ꝛ oīs egõ puenies a co. adusta ꝛ melia adusta q̃ proiecta sup terrã bulit sic acetũ. ita ꝙ musce fugiant eã: si in principijs morboꝝ venerit mortalis ē. in latitudine aũt sanitatis aut in declinationibus morboꝝ posset venire per viã mũdificationis qđ discernit ex alleuiatiōe ꝛ bona tollerantia. oīs ēt fluxꝰ cũ pulsu vermiculoso ꝛ formicãte q̃ nõ confortatur per cibos assumptos ꝛ medicamina mortalis est. oīs fluxꝰ post egritudinem veniens: ꝛ cũ adhuc manet egritudo ꝛ nõ minuit vel ē cum mala tollerantia mortalis est. Preterea fluxꝰ sanguinolentus in ydropisi malus. fluxus cum vomitu ꝛ singultu ꝛ alienatione mortalis ē. Preterea si in dissinteria pꝰ aurē sinistrã appareat pustula similis orobo cũ magna siti infra diē vigesimũ morietur. Preterea si retētio supfluitatum molesta est. ꝛ eiꝰ expulsio nõ ē alleuiatiua nisi ad modicũ tp̄s. inquãtum perturbat itestina ꝛ diu durauerit mortalis ē. Itē oīs fluxus plixus in senibꝰ est mortalis. oīs etiã fluxus stõi ꝛ intestinoꝝ cũ nausea ꝛ vomitu ē malꝰ. oīs fluxus qui puenit ab epate ꝛ toto corpore cõturbatiuus ē nisi puenerit p viã crisis salue. In oī fluxu vētris casus appetitus ē malus. Fluxus ventris ppter stomachũ ē magis diurnus. ecõtrario ē de epate. Egestio nigra causata a melēcolia p viã adustiōis differt ab egestione nigra sanguinea. ꝛ causata a colera adusta: qm̃ talis dispositio venit ppter meliam que tũc piecta supra terrã bullit sicut acetũ. ꝛ vermes si desup pijciatur moriunt: in alijs non est sic ꝛ co. nõ venit ad tantã nigredinē: sꝫ ad quandã luciditatem. Mutatio coloꝝ in dissinteria malũ: sed in forma bonũ: si de intētione fuerit artificis: si in fluxibꝰ appareant pustule ꝛ subito delitescãt malũ. In principio dissinterie cũ fluxus ē ad modũ loture carnis. ꝛ postea sicut rasure pergamenoꝝ. ꝛ postea sic quedaꝫ frustule carnis ꝛ villoꝝ. Et si fuerit pter intestina superiora expeditꝰ ē. Et si fuerit ppter inferiora carnosa saluari posset. In ventris fluxibꝰ cũ dolor aduenit circa vmbilicũ ꝛ partes iferiores ꝛ statim sequit egestio: pculdubio ibi est particula patiēs. ꝛ si nõ venerit fluxus statim sed tarde proculdubio causa ē in superioribus intestinis.

Cura. In primis si pticularia conueniãt fiat phloia. deinde purgetur ẜm exigentiã humoris. Et si co. ē in causa purget cũ mirab. citri. ꝛ si phlegma salsum cũ mirab. cheb. et si melia cũ indis. et conficiant cũ aq̃ plu. vbi fuerit dragagantũ. et gumi arab. et vue pas. Et si ē phlegma salsũ det acetum multum ca. et in alijs causis det frigidum. deinde mundificet vlcus cũ aq̃ ordei et brodio cicerum vel cũ aqua piscium salsoꝝ et melle: et aleo ro. deide ponatur ventosa sine scarificatione supra ventrē: deinde dentur constrictiua et conglutinatiua et cõsolidatiua et carnis regeneratiua p modũ vnguentoꝝ: aut emplastroꝝ: aut puluerum. aut potionum: aut clioꝝum. aut trociscoꝝ. et similium. Et si cã fuerit in intestinis superioribꝰ dentur medicamina p os: et ab exterius supra pticulã patientē applicentur. Et si fuerit ppter viciũ inferiorum fiant clisteria vbi sit pinguedo renum capraꝝ sine sale et similia. Et si fuerit in medijs apponãtur medicamina p superius et p inferiꝰ et ab extra: et

ante et post. Si aũt cã vergat ad calidi tatẽ tunc mẽlia que cõpetunt sunt ista. plantago. quinqȝ neruia. portulac. suc/ cus mororum imaturorum. succ⁹ caude eq̃ ne. succ⁹ pedis cornini. suc. coriãd. ypo quistidos. acacia bolus armenic⁹. terra sigillata. ro. sicce sandal. corallus ema/ tites sumac. balaustia. galla. mirtilli. ꝛ extremitates. ꝛ fruct⁹ arborum stipticarum sicut sunt pira coctana. nespila. corna. prunella. ꝛ multa consilia. cortex mali grana. ꝛ flores eius. cerusa lota. cupu/ le glandiũ ꝛ multa consilia. Fiant igit potationes aut trocisci. aut clisteria. ꝛ exhibeant cum aqua pluuiali: aut cum lacte recenter mulso vbi ceciderint la/ pides fluuiales candẽtes. vel fiat istud quod ẽ probatũ in dissinteria cronica. ℞. ossa oiuȝ mira. ꝛ assent. deide. ℞. reu. ꝛ assef. deide. ℞. bolũ ar. ꝛ carab. ꝛ ista puluerizẽt. deide cõficiãt cũ muci lagine dragagan. ꝛ gumi arab. infusorum in succo plantagi. ꝛ fiant trocisci. ꝛ cuȝ vti volueris distemperent in lacto pa/ rato sicut dictũ ẽ: ꝛ sine dubio multum valet. Si aũt cã vergat ad frigiditateȝ tũc accipiant ista scȝ cortices castanea rum. ꝛ assentur valet ꝛ myrrha. casto/ reum. cortex thuris. storax. calamita. anisum assum. ciminũ assum. ꝛ similia. Et addantur aliqua frigida: sicut est sumac. mirtilli. cupule glandiũ. bol⁹ ar menicus. Et est hoc notandum q̃ coa gulũ leporis cũ succo plãtagi. sumptũ curat oẽm fluxũ. Clistere contra dissin teriam. ℞. suc. portul. suc. plantagi. suc. virge pastoris. aã. ℥. ij. sumac. mirtillo/ rum. cupullarum glãdiũ. acacie carte cõ buste. aluminis vsti. aã. ʒ. ij. sepi renuȝ caprarum. vitellorum ouorum coctorum. aã. ℥. iij. fiat decoctio in aqua pluuiali ꝛ fiat clistere multis vicib⁹. Si aũt nõ possit dormire fiat suppositoriũ quod indu/ cit somnum ꝛ constringit: ꝛ hoc ẽ ma/ gnum remedium. Fiat igitur de myr/ rha ꝛ storace calamita. croco ꝛ opio ꝛ succo plantaginis. ꝛ albumine ouorum ꝛ ingeniet q̃ sit solidũ vel per se vel cũ pannis vel bombace ꝛ similib⁹.

Clarificatio. Uniuersali/ ter parum de bent accipere de cibis ꝛ potib⁹ in vna vice. ꝛ potissime cum fluxus aduenit propter oppilationem epatis. Accipi/ at igitur cibaria que in parua quanti/ tate multũ nutriunt: sicut sunt testiculi gallorũ ꝛ epar galline pinguis. ꝛ vitel la ouorũm quasi indurata ꝛ assata. pa nis de tritico quasi azimus ꝛ risi torre/ factũ cum lacte butiro extracto. ꝛ vi/ num grossum ponticum cũ aqua pluui ali frigida. ꝛ extrema animalium. ꝛ pi/ sces parui assi. valẽt etiaȝ galline. per/ dices. turtures. ꝛ assentũr si non sit fe/ bris. Et si esset febris coquant cũ aqua pluuiali vbi sint semina citoniorũm su/ mac. valet etiam milium coctum cum lacte vbi fuit butirum extractum: va/ lent etiam fabe fracte. ꝛ lentes excoria te cocte cum aqua pluuiali ꝛ lacte pa/ rato. ꝛ modico aceti. Intelligendũm q̃ tiriaca multum valet in fluxibus. ꝛ potissime si causa fuerit frigida: ꝛ mul te alie opiate valent: sicut est requies philonium rubea trociscata. ꝛ similia. Preterea valent electuaria ꝛ potissi/ me cũm causa est calida. Recipe diaco dion. triasandalis. carnium citonioruȝ cũ zuccharo sine speciebus. zucc. facti de rosis siccis micl̃ete. aã. ℥. ij. misceant ꝛ dentur cũm aqua pluuiali. ꝛ si causa fuerit frigida detũr istud. ℞. diaoliba/ ni diamente: diacitoniten: diacodion. aã. ℥. iij. misceantur.

De fluxu vētris ꝑpter catarrum.

o Ormiat quāto nimis poterit: ⁊ cū surrexerit a somno ꝓuocet vomitū ⁊ si nō posset euomere detur yerap . deinde radat caput ⁊ ponant vētose circūquaqꝫ ⁊ fiat fortis fricatio: ⁊ inūgat caput cū vnguēto facto de succo apij. ⁊ stercore colūbino. ⁊ oleo laurino ⁊ cera sacellet caput frequēter cū milio ⁊ sale: suffumigetur cū nigella. ⁊ fiāt cauteria in collo ⁊ teneat pillas istas in ore ⁊ de die ⁊ de nocte. ℞. myrrhe castorei. thuris alo. storacis calamite. an̄. ʒ. j. opij. dragagan. gūmi arabici. an̄. ʒ. j. conficiantur cū oximel. ⁊ fiant pulle.

De fluxu vētris ꝑꝑ oppilatōēꝫ epatis.

i N fluxu ꝑꝑ oppilationē nihil stipticū det nec panis det si est possibile ⁊ si nō est possibile det in parua quātitate: aut panis de spelta. Dent ficus vue pas. pinee sistici. sed dactili nō q2 sunt dure digōnis aqua ordei ⁊ aqua ciceꝝ cōpetit. vtat volatilib⁹ quātū erit possibile: sicut sūt pulli. galline. ꝑdices. fasiani. ⁊ silia. ⁊ sint elixata ⁊ det cibus quater in die: sed in ꝑua quātitate: vinū sit albū oīa cibaria sint facilis digestiōis ⁊ subtilia penetrātia vtat vomitu cū succo mediani corticis sambuci ⁊ ponant deoppilatiua supra epar cū spodio: ⁊ fiant trocisci de lacca ⁊ eupatorio ⁊ absinthio. ⁊ spicanar. ⁊ se. melonis. ⁊ vtat eis cū brodio ciceꝝ.

De fluxu spleneтico.

m Undificetur melācolia cū folijs sene. ⁊ epithi. ⁊ sero caprino. ⁊ cū modica quātitate mirabo. indoꝝ ⁊ deoppilet splen sicut dicetur inferi⁹. ⁊ fiat ꝑbloia de saluatella sinistre manus. Et si melis ē multa purget cū theodoricon ⁊ emperiston.

De fluxu ⁊ colirica passione.

i Ste fluxus est multū cōturbatiuus ⁊ idō nullus cib⁹ det quātū erit possibile ⁊ ꝓuocet vomitus cū aqua ⁊ oleo. ⁊ ponat vētosa supra stomachū. ⁊ fiat sacellatio cum sale ⁊ milio assis ⁊ det brodiū galline ⁊ oua cū incipiūt indurari. ⁊ epar galline: ⁊ q2 in tali fluxu veniūt terribilia accn̄tia sic̄ spasm⁹ ⁊ silia. sis igit sollicitus circa ista. Et si cā est ca. inūgat spina dorsi ⁊ ascelle ⁊ iūcturalia cū vnguēto facto de oleo ro. ⁊ viol. ⁊ cera ⁊ cāphora. Et si cā est frigida fiat vnguētū de resina. ⁊ oleo laurino. ⁊ cera ⁊c.

De fluxu liquefactiuo.

t Ales fluxus veniūt in ethicis ⁊ ptisicis ⁊ febribus acutis: ⁊ si morbus est curabilis vtatur isto electuario. ℞. diadragāti fri. elaꝛij resūptiui. triasandal. zucc. ro. facto cū rosis siccis. an̄. ℥. iij. misceant.

De fluxu ꝑpter poroꝝ clausionē.

f Iant fricationes per totū corpus ⁊ inungatur cum oleo de camomilla ⁊ vino albo. ⁊ fiat balneum simplex aque dulcis.

De fluxu ꝑpter poroꝝ cutis aptionē.

r Ecipe myrrhe sarcocolles. cinamo. aloes loti. mastic. thuris. an̄. ℥. iij. puluerizent ⁊ cōficiantur cū melle ⁊ succo plātagi. ⁊ fiant trocisci. ⁊ cū vti volueris distēperentur cum aqua ordei ⁊ vino albo ⁊ exhibeantur.

De fluxu ꝑpter medicinas laxatiuas.

f Iant mucillagines de nasturcio. ⁊ se. lini. ⁊ psilio dragaganto ⁊ gūmi arabici. ⁊ iste mucillagines misceant cū coagulo leporis: aut edi: aut cū succo plantagi. ⁊

dentur cū modico vino. tiriaca etiā va
let: ⁊ balneū aque dul. ⁊ semen nastur/
cij assi: ⁊ cū lacte cocto administratū.

¶ De diarria.

In primis ꝓuocet vomitus si sponte non venerit. ⁊ dietetur dieta subtili ⁊ ꝯuenienti. ⁊ po
natur in balneo aq̄ dul. ⁊ vtat isto elio.
℞. zucc. ro. facti cū ro. siccis. triasan/
dal. carniū citonioꝝ ꝯditoꝝ cūꝫ zucc.
sine specieb⁹, añ. ℥. iiij. misceantur.

Clarificatio. Intelligendū ꝙ q̄cūqꝫ co.
vel alter humor q̄cunqꝫ acut⁹ ⁊ pūgi/
tiuus nō vlcerāt intestina: sed q̄n hūor
est mult⁹ salsus ⁊ maliciosus ⁊ ꝑter na
turam: ⁊ frequenter aduenit. Secūdo
querit vtrū suba epatis in fluxu vētris
per egōnes emitti possit. ⁊ videt ꝙ sic:
q̄m si aliquid īpediret hoc esset strictu
re venaꝝ meseraicaꝝ: sed hoc nō pōt
impedire: sicut pōt declinari per tria ex
empla. Primū ē q̄m non obstantibus
suis stricturis hu. grossi mittūt a stō ad
epar. igit ex suba epatis ad intestina.
Secūdum exemplū ē q̄m san. coagula
tus mittitur ab epate ad intestina. q̄re
⁊ suba epatis. Tertiū ē q̄m per venas
capillares veniūt cōtenta que attestant
supra dissolutionē mēbroꝝ sicut sūt cō
tenta petaloydalia furfurea crinoyda
lia. ⁊ tñ vene meseraice nō sūt ita stricte
⁊ minute sicut capillares: q̄re relinq̄tur
vt videt ꝙ sba epatis ꝑ venas meserai
cas possit mitti ⁊ eliquari. Oppositum
videt q̄m nullus pōit hoc. Dico ꝙ sba
epatis aut dissoluit in ꝑtes paruas aut
magnas. Si in magnas nō pōt fieri ita
perceptibiliter ⁊ ꝓpter stricturā vena
rum meseraicaꝝ ⁊ propter nobilitatē
epatis: q̄m nō pōt pati tātā dissolutio
nem vita manente. cēties eni ante fieret
mors. Si aūt dissolutio fiat in ꝑua fru
stra forte: tūc eēt possibile: q̄m talia ꝑ/
ua contenta bñ possunt transire per ve
nas meseraicas. Et etiā aliqui dicunt:
q̄m q̄n apparet san. coagulat⁹ ⁊ dubita
tur vtꝝ fuerit san. vel suba epatis: tūc
pōatur ī aqua ca. ⁊ si dissoluat san. ē. si
aūt nō liquefiat epar ē: ⁊ ita cōcedo si
fuerit in ꝑua quātitate. Nūc aūt docto/
res nō intromittūt se q̄m raro accidit:
aut veniret mors citius. Tertio querit
vtꝝ vlceratio intestinorū possit causari
a phlegmate cū sit humidū ⁊ habeat
qualitates ita obtusas. Dico ꝙ nō vl/
cerat rōne accidentis nisi esset salsū aut
acetosū. sed rōne cōtinuationis. sicut in
stillicidio ⁊ reumatico q̄m: Gutta ca/
uat lapidem non vi sed sepe cadendo:
Et durum lapidem gutta cadendo ca
uat. Quarto querit quare fluxus epa/
ticus ⁊ cerebellaris sunt periodales ⁊
nocturni: sꝫ stomachalis ⁊ intestinalis:
sunt magis diurni ⁊ nō sūt cōperiodis.
Respondēdo dico ꝙ epatic⁹ ⁊ cerebel
laris sūt magis ꝑꝑ fluxū hūorū sꝫ flu
xus magis mouet de nocte ꝓpt reuoca
tionē caloris ⁊ clausionē poroꝝ: ⁊ iō
tāto plus in hyeme ꝓpt lōgitudinē no/
ctis. quare magis de nocte ⁊ magis pe/
riodaliter: q: cā nō ē continua. In alijs
āt mēbris ñ ē sic: q̄re ⁊c̄. Et iuxta h̄ no/
tandū ꝙ si flux⁹ ventris eēt cū fe. ⁊ vnū
alteri ꝯriet ī magis ꝑiculoso ꝑri⁹ reme
diū apponat: ⁊ pri⁹ in fe. si fe. eēt cā flu
xus. Quinto q̄ritur si in dissinteria cō/
petit medicīa euacuatiua. ⁊ videt ꝙ nō
q̄m inanitis ꝯpetit repletio nō igit eua
cuatio quare ⁊c̄. Preterea ꝙ addit ī flu
xu nō videat cōpetere sed medicina la
xatiua est hui⁹. quare ⁊c̄. Oppositū vo
lunt auctores. dico ꝙ cōpetit ꝓpter ma
teriā. aliter nō fieret curatio cā manēte.

Et tũc ad primũ dico. ꝙ immo ẽ reple
tio illius mali hu. ex q̃ fiebat flux⁹. Ad
secũdũ dico ꝙ addit sed aliter nõ põt
fieri curatio. ⁊ sic curat: q̃re ⁊c̃. Sexto
intelligendũ ꝙ carnes cõpetũt nõ ob/
stante sua hũiditate lubricãte rõne de/
bilitatis ṽtutis. Septimo notãdũ ꝙ si
virtus ẽ fortis carnes siluestres dure di
gestiõis ⁊ pãis azim⁹ ⁊ vinũ grossũ cõ
petunt vt diu stẽt in stõ. Octauo aduer
tenduꝫ ꝙ carnes asse plus cõpetunt q̃
elixe. vñ assa pl⁹ hñt de hũiditate nãli:
sꝫ elixa de acq̃sita. Nono notãdum ꝙ
dissinteria p⁹ lõgas egritudines ẽ ma/
la: qm̃ cronica egritudo ẽ de mã frã. ⁊
significat ꝙ mala cõplo ẽ adeq̃ta ⁊ nã/
lis victa. ⁊ hoc ẽ malũ. Decio notãdũ
ꝙ dissinteria distinguit trib⁹ mõis. primo
quo ad ea q̃ egrediunt a corpe. ⁊ sic est
triplex. qm̃ qñqꝫ egredit san. silis lotu/
re carnis. ⁊ tũc ꝓuenit a debilitate epa
tis. qñqꝫ ẽ sic̃ rasura pgamenoꝝ. qñqꝫ
est sic̃ frustꝝ carnis. Scõa diuisio tal̃ ẽ
qm̃ dissinteria q̃dã ẽ epatica: q̃dã itesti
nalis. ⁊ q̃dã cerebralis. Tertia diuisio
talis ẽ dissinteria ẽ q̃druplex: qm̃ q̃dã ẽ
ex multitudine mãe. ⁊ tũc cõpetit eua/
cuatio. ⁊ q̃dã ẽ ex acumine. ⁊ tali debe
tur alteratio ⁊ rep̃ssio. ⁊ q̃dã ẽ ex vlce
re ⁊ tali debetur consolidatio. ⁊ fluxui
debetur constrictio.

¶ Capitulũ. xv. de tenasmone.

Tenasmon est ap/
petit⁹ ⁊ volũtas nimia
egerendi cum modico:
aut nullo effectu.

Cause. Aut eni ꝓuenit ab iterio
rib⁹ aut ab exteriorib⁹.
Si ab exteriorib⁹ tc̃ ẽ aut ꝓpt sessionẽ
sup lapidẽ frigidũ. aut ꝓpter balneum
frigidũ. aut ꝓpter vnguenta frida. aut
propt expositionem ani nudi aeri frõ ⁊
silib⁹. Si at venerit ꝓpt cãs intrisecas
hoc accidit. aut q2 feces sũt dure sq̃ba/
lee. aut q2 hu. calid⁹ ẽ ibibit⁹ i lõgaõe.
aut hũor frigid⁹ ẽ inuiscat⁹. aut accidit
pp emoꝝ. aut pp apostẽmata: aut pp vl
cera: aut pp medicĩe laxatĩe susceptõeꝫ

Signa. Signa tenasmõis sunt.
qm̃ dolor ñ ascẽdit vsqꝫ
ad vmbilicũ. ⁊ ẽ dolor circa lõgaonẽ ⁊
ancas ⁊ peritoneõ: cũ pũctura. ⁊ p⁹ ege
stionẽ exeũt q̃dã gutte sãguĩee. Et si fu
erit pp apostẽata ẽ magn⁹ dolor aggra
uatiu⁹. Et si cã ẽ ca. ẽ ibi calor ⁊ ardor
⁊ pũctura. Et si cã ẽ frã sentitũr frũs: ⁊
iuuat a calidis. Et si ẽ pp vlcera est ibi
magn⁹ dolor cũ aliq̃d intromittit. Et
si ꝓpter emoꝝ. appet tumor ⁊ inflatio
⁊ dolor in venis q̃ sũt circa circulũ ani.
Et si fuerit ꝓpter feces q2 diu ẽ ꝙ nõ as
sellauit. Et si ꝓpter medicinã laxatiuã
designat ꝙ ibi fuit diagredium aut sca
monea: aut pulpa coll̃. aut aloes. Et si
fuerit propter causas extrinsecas desi/
gnantur ex indicio.

Pronostica. Si diu durа/
uerit ducit ad
colicã ⁊ iliacã: ad insõnietatẽ: ad debi/
litatẽ virtutis ⁊ sincopim: ⁊ maliciã to
lerãdi: ⁊ ad pas. capitis. ⁊ causa oium
istorum est dolor continuus.

Cura. Si fuerit pp cãs extrinse/
cas sedeat i bal. aq̃ dul. ca.
⁊ inungat cũ oleo laurino ⁊ silib⁹ ca.
aperitiuis. Et si fuerit ꝓpter apostẽata
⁊ corp⁹ fuerit plectoricũ fiat phloĩa de
basilica. ⁊ si apostẽa fuerit ca. fiãt cliste
ria aut suppositoria aut inũctiões cum
succo end. scar. coriãd. oleo ro. albumi
ne oui. postea postq̃ egritudo ꝓcesserit
addat istis assungia gallinacea re. fari/
na volatilis molẽdini: ⁊ modicũ mel/

lis. ⁊ oīa ista dentur actu tepida. Si aūt
apostēa fuerit frigidum a pricipio fiat
vnguentum de succo apij. ⁊ oleo ro. ⁊
oleo de camomilla. ⁊ furfure. ⁊ suc. cau
lium. postq̄ egritudo ꝓcessit addant
istis fenugrecū ⁊ se. lini. ⁊ administren
tur semꝑ ca. Si aūt fuerit hūor frigid⁹
inuiscat⁹ sedeat i balneo vbi sit ysopus
origanū. calamentū: anthos: vtriusq̄
sticados. Et postq̄ exiuerit terant ista
⁊ fiat emplm̄: vel inūgat cū oleo lauri
no: castoreo: ⁊ ruthaceo. vel fiāt sacel/
latiōes de sale ⁊ milio tostis: vel de fur
fure bulito in vino rubeo puro: vel fiat
cū aniso ⁊ maratro: vel buliat silꝫ bla
uū i vino puro: ⁊ aspgat puluere ruthe
isopi: anisi: maratri. ⁊ ponātur iter cru/
ra ita q̄ ꝯprehēdat anchas ⁊ vētrem ⁊
peritoneō. deinde suffumiget cū pinea
cōfracta ⁊ ponat supra carbones: ⁊ re
cipiat fumū. Si aūt fuerit hūor ca. im/
bibitus tūc fiāt suppositoria: aut cliste
ria: aut empl'a: aut vnguenta: aūt olea:
aut sacellatiōes de fris actū ca. ne fiat
infrigidatio ⁊ resolutio. Mālia aūt sūt
hmōi oleū ro. oleū viol. oleū nenuphi.
oleū salicis. assūgia por. recēs. se. end.
se. scar. se. meloñ. acetū: aq̄ ro. Ex istis
igit fiāt p̄dicta: vel istud qd̄ ē ꝓbatum.
buliat silꝫ blauū in aceto al. ⁊ expri/
mat fortiter ⁊ postea calid. hincinde
particule patienti applicet. Et si calor
nō est tātus buliat in aq̄ ⁊ aceto ⁊ vino
albo eq̄lib⁹ ptibus: ⁊ exprimat ⁊ desu
per apponat. vel fiat sacellatio cū fur/
fure ⁊ milio torrefactis. Vel inungatur
cū oleo ro. axūgia gallinacea ⁊c. vl' po
natur in balneo vbi fiāt rose. camomil/
la in oībus istis debēt actu ca. apponi.
vt fiat resolutio nō coartatio. ⁊ si fuerit
propter vlcera inungat cū vnguēto fa/
cto de dragagāte: gumi arabi. aloe loto
mastice. thure. ⁊ oleo ro. ⁊ oleo de ca/
momilla. ⁊ cera noua. ⁊ abluat cū vi/
no vbi sit modicum mellis. Et si fuerit
propter medicinas laxatiuas inūgatur
loc⁹ cū oleo ro. ⁊ oleo de camomilla. ⁊
mucillagine dragagāti. ⁊ gumi arabi. ⁊
ponat in balneo. ⁊ sacellet cū spongia
posita in aq̄ ca. Et si fuerit ꝑpt emorꝫ.
⁊ fistulā fiat sicut dictū ē in loco suo. ⁊
si fiat ꝑꝑ duriciē fecuꝫ fiat prio clistere
mollificatiuū de malua. bismalua. viol
⁊ oleo viol. ⁊ silib⁹ ⁊ postea clisteri ad
dat suc. blete. yerap̄. ⁊ silia. Remediū
in tenasmōe quecūq̄ fuerit cā. ℞. fenu
greci. se. lini. malue. melliloti. camomil
le. sumitatū cauliū. añ. ℥. iij. cōquassent
⁊ buliant in aq̄ ⁊ spōgia intingat in illa
aq̄ ⁊ exprimat ⁊ supra locū applicet.
⁊ hoc fiat freqūēter ⁊ multis vicibus.
deinde allea bulita ꝑ modū empl'i desu
per apponant. ⁊ ligent ⁊ desuꝑ dormi/
ant. deinde iterꝫ cū spōgia fiat fomen/
tatio: vl' teneat anchas totas i illa aq̄ ⁊
materialia apponant in bona quātita/
te. ⁊ fere curat quecūq̄ fuerit cā nisi ple
nitudo corporis impediat.

Clarificatio.

Intelligēdūꝫ q̄ tenasmō ē
difficltas egerēdi sine effcū ꝓpterea q̄
mā i diuersis ptib⁹ ꝯtinet. h. n. qd̄ fac dif
ficultatē ē ibibitū i lōgaōe ⁊ villis ei⁹.
⁊ qd̄ fac fluxū ē i itestis. q̄re ⁊c. Scd̄o
notādū q̄ stiptica bñ pñt ꝯpetē i tenas/
mōe ⁊ h dico cū corp⁹ ē mūdificatū q̄n
tūc accit hūor acut⁹ pūgitiu⁹ iuiscat⁹.
Notādū circa istas mās p̄dcās q̄ mlte
st cāe ⁊ occasiōes. q̄r hu. melic⁹ mltipli
cat i corpe. q̄rꝫ q̄dā st itrisece: ⁊ q̄dā ex
trisece. Extrisece st iste. pria cā ē nimi⁹
vs⁹ ⁊ ꝯtinu⁹ ciborꝫ melicorꝫ. sic sūt car/
nes bouie. ⁊ potissime ātiq̄ salue. ⁊ vs⁹
legūinū. ⁊ cauliū ⁊ casei antiq. ⁊ aialiū

ſilueſtriū potiſſime antiquoꝝ: ꝛ oium ſale induratoꝝ ꝛ ſilium. Cauſe aūt in/ trinſece ſūt iſte. mala diſcraſia epatis in exceſſu: ſiue ca. ſiue frigida ꝛ oppi/ latio ſplenis. ꝛ cōſtipatio vētris ꝛ ex/ ceſſus frigoris aut caloris ꝛ egritudo diuturna. ꝛ generat ex aduſtione ſan. ꝛ co. ꝛ oibus ſpēbus eius: ꝛ ex melāco/ lia ſiue nāli ſiue innaturali cū adurunt ꝛ etiā ex chilo ſꝫ quoſdā cū aduritur.

¶ Caplm. xvj. de recapitulatiōe oiuꝫ fluxuū vētris ꝛ cōtinet. xij. capla.

Fluxus ventris ꝓuenit: aut propter cauſas extrin/ ſecas: aut ꝓpter intrin/ ſecas. Intriſece ſūt mul te valde qm̄ venit a ca/ pite ꝑ viā reumatiſmi. Aliqn̄ a ſtoma cho: qn̄qꝫ ab inteſtinis ſuꝑiorib⁹: qn̄qꝫ a medijs: qn̄qꝫ ab īfimis: qn̄qꝫ a venis meſeraicis: qn̄qꝫ ab epate: qn̄qꝫ a ſple/ ne: qn̄qꝫ a toto corꝑe: qn̄qꝫ ꝑ viā criſis: qn̄qꝫ ꝑ viā ſinthomatis: qn̄qꝫ in reple/ tis: qn̄qꝫ in inanitis ꝛ ptiſi: qn̄qꝫ in fe. peſtilētialib⁹: qn̄qꝫ etiā ꝓuenit ꝑꝑ cau ſas extrinſecas: aut ꝑꝑ nām ciboꝝ: aut ꝑꝑ malas q̄litates ꝛ venenoſas ꝛ ꝓpt ordinē: aut ꝑꝑ nām tēpoꝝ ꝛ ꝑꝑ cōſilia. Et venit ēt rōne etatis ſeu ꝯplexiōis vt intraulis vel aliqn̄ ꝑꝑ nāles diſpōnes iuxta illud Ypo. quibus iuuenib⁹ ꝛc. De iſtis igit ꝑ ordinē ꝓſequamur. Un̄ intelligēdū ē ꝙ q̄dā fluxus eſt ex cibo rū cruditate ꝛ pōt dici liēteria. Et q̄dā eſt fluxus ſimplex hūoralis. ꝛ appella tur diarria: ꝛ ē aliqn̄ ſan. admixtio: ꝛ appellat diſſinteria: ꝛ aliqn̄ ē cū pūctu ra lōgaonis ꝛ magno appetitu ad aſſel lādū ꝛ conatu ꝓprie. Et ē maior cona/ tus q̄ ſit effect⁹ ꝛ vocat tenaſmon: ſic igit nā aliqn̄ mouet ad īferiora: ita mo uet ad ſuꝑiora: ꝛ alio noie vocabit. In egeſtionibus aūt apparēt multa ꝛ di/ uerſa: ſicut ē pinguedo ꝛ vnctuoſitas: ꝛ cortices ꝛ ſilia: raſuris pargamēoꝝ aliqn̄ magna: aliqn̄ ꝑūa ꝛ ſanies ꝛ vi/ rulētia ꝛ ſan. ꝛ ſilia. Aliqn̄ ēt eſt cū fe/ tore: aliqn̄ ſine: ꝛ aliqn̄ ē cū periodis: ꝛ aliqn̄ ſine periodis: ꝛ alia multa que apparebūt in executione ꝑticulari.

De fluxu cerebrali.

Fluxus vētris ꝓuenit aliqn̄ ꝓ pter hu. reumatizātes a capi/ te ad ſtomachum: ꝛ inteſtina deſcēdētes. Signa āt hui⁹ ſūt qm̄ venit vt plurimū poſt ſomnū longū ꝛ ſeruat paroxiſmos: ꝛ apparent ſigna catarri: ꝛ corruptiones cerebri.

De fluxu ſtomachali.

Cauſe āt fluxus vētris ꝑꝑ ſto machū ſūt multe valde ſicut eſt debilitas digeſtiue ꝛ cōtē tiue: fortitudo expulſiue: ꝛ mala cōple xio fri. ꝛ hu. vt plurimū: ꝛ cū h̄ lubrici tas ſtomachi ꝛ vuln⁹ ſtomachi: ꝛ vēro ſitas: ſtomachi ꝛ fluxus hūorū ad ſto machū: ꝛ medicina laxatiua q̄ reman ſit in ſtomacho: ꝛ nimia quātitas cibi ꝛ potus ꝛ etiā eorūdē mala q̄litas: ꝛ dolor ꝛ cum hoc mala cōuerſio cali/ da vel ſicca. vl' vtrūqꝫ licꝫ raro vl' apo ſtemata ſtomachi ꝛ ſilia.

Signa. Signa aūt fluxus ven/ tris q̄ venit ꝑꝑ ſtōachū ſūt. q: nō ſeruat ordinē nec horam nec paroxiſmū certū ꝛ ſi fuerit ex debilita te cōtētiue ꝛ expulſiue: q̄ q̄dē debilitas accidit vt plimū ex frigiditate nō egre ditur vt plurimū ſubito ſꝫ frequēter: ꝛ ſi fuerit ex debilitate digeſtiue nō ē oi/ no priuatū a digeſtione. Et ſi fuerit ex hūiditate lubricāte exit q̄dā hūiditas lubrica viſcoſa: ꝛ ſi fuerit ex hūiditate

lubrica vlcerosa: sunt ibi dolor ꝛ tor/tiones. ꝛ dicit Auic. auctoritate ypo. ꝙ si in tali fluxu accidit vomit⁹ est ma lus ꝛ cā ignorat. Et si fluxus vētris ve nerit pp stomachū signū ē ꝙ maior est fluxus de die ꝙ̄ de nocte. Et si ab epa te plus de nocte ꝙ̄ de die: ꝛ potissime in tempore hyemali.

De fluxu intestinali.

Si fluxus vētris venerit pp in testina tūc venit aut ab itesti nis supioribus aut iferiorib⁹ aut medijs ꝛ cāe hui⁹ sunt multiplices valde sicut sūt vlcerationes. excoria/tiones. apostemata. fluxus san. multū ca. aut co. acuta. aut sanies. aut virulē tia. aut humor salsus: aut bauracalis: aut paralisis: aut isensibilitas: aut retē tio cōsueti: aut mēbrorum truncatio: aut humor melīcus adustus cū vlcerat in/testina: aut pp medicinā aliquā vlcerā tē: vel orificia venarum aperiētē: sicut est pulpa coll. aut diagrediū nimis tritum: aut aloes nō bn̄ repressū ꝛ silia: ꝛ ad/uenit etiā in fe. acutis ꝛ tertianis ꝛ si/milib⁹. ꝛ aduenit pp aptionē venarum meseraicarum ꝛ pp epar: ꝛ pp chistim fel lis ꝛ pp splenē ꝛ pp totū corp⁹ ꝛ pp su bitā mutationē tēporum: sicut ē dispō au stralis ꝛ boreal' ꝛ accidit ēt pp fe. pesti lētiales s; spāliter oꝫ nos venire ad flu xū vētris pp lōgaonē: cui⁹ cā est multi plex: qm̄ aliqn̄ ē cum dolore: aliqn̄ sine dolore: ꝛ aliqn̄ ē ibi apostema ca. ali/qn̄ frigidū durum: aliqn̄ mollificatio ꝛ in sensibilitas ꝛ paralisis sicut in illis qui sedēt in locis multū frigidis: aliqn̄ cau sa fluxus est spasm⁹: qꝛ lacertus nō pōt retinere. Aliqn̄ ē cā fluxus hūor colic⁹ aut salsus: aut bauracal': ita ꝙ videtur homini ꝙ hēat sal in ano: aut aliquam rē cōtinue pūgētem ꝛ mordicātē. Et si gna hmōi patēt pp dolorē q̄ ē i ptib⁹ in ferioribus. Preterea fluxus vētris ve nit aliqn̄ pp oppilatiōes qꝛ cib⁹ pp op pilationē venarum meseraicarum aut epa/tis: nō pōt p epar penetrare ad mēbra ꝛ iō coadunat ibidē. ꝛ ē cū periodis: ꝛ alijs signis q̄ dicent iferius caplo de cura. Preterea fluxus vētris aliqn̄ est cū san. ꝛ aliqn̄ sine sā. Et signū qd̄ pue nit ab intestinis ē qꝛ nō ē cū periodis si cut ille q̄ puenit ab epate: ꝛ si ē cū vlce re ē in itestinis pūctura ꝛ dolor ꝛ mor dicatio: ꝛ qꝛ signū sumit ex loco: qꝛ si ē ex ptibus supiorib⁹ vētris ē dolor in su perioribus: ꝛ si ē in iferiorib⁹ ē dolor ī inferiorib⁹: ꝛ si in medijs dolor ē in me dijs: iuxta illud: Ubi dolor ibi ē egritu do: ꝛ ista ēt sūt signa qn̄ est sine san. Et si ē ex cāis primitiuis scił ex vētis ꝛ tē poribus ꝛ multis alijs dictis. Cāe sūt p se māifeste aut ex idicio patiētis: ꝛ p ea que apparēt in egestione vt p odo/rē ꝛ colorē ꝛ cōtēta ꝛ silia. Ita ꝙ si ve nerit ex venis meseraicis ꝛ fuerit apo stematio ꝛ vlceratio ē fluxus san. puri cū admixtiōe quadā. Et si fluxus ve/nerit pp vlcera significat ꝙ sūt ibi tor/tiōes ꝛ fetor. Et si appareat signa me/lācolie ē timēdū de cacro. Et si corti/ces sint pui graciles ꝛ subtiles attestā tur supra vlcerationē itestinorum supio/rū. Et si fuerint grossi iferiorum ꝛ si me/dij mediorum ꝛ quāto plus ē ex supiori bus: tāto magis ē pmixtus: ꝛ quanto plus ex iferiorib⁹ tāto min⁹: ꝛ si ex su/perioribus ē magis chilosū sile loture carnis. Et qꝛ vlcera fiūt ex hu. colicis ꝛ salsis. melācolicis iō signa erunt ꝓm hūorum diuersitatē: ꝛ qꝛ aliqn̄ vlcera p/fūdant plus ꝛ min⁹ iō cortices ꝛ viru lētia ꝛ sanies ꝛ color erūt ꝓm diuersi/tatem illius: ꝛ si ē ex causis primitiuis

signa habent ex indicio patientis ꝛ si ē ex fe. pestilētialibus cognoscit ex illis. cognitio aūt illoꝝ que h posita nō sunt medici industrie relinquatur.

De fluxu epatico.

Fluxus āt vētris pp epar ē multiplex: qnqꝫ ē chimosus huōralis qnqꝫ ē chilosus: ꝛ qnqꝫ aquosus: ꝛ qnqꝫ san. purus: ꝛ qnqꝫ sic lotura carnis: ꝛ qnqꝫ ē colericus virulētus ꝛ qnqꝫ ē niger subtilis ꝛ qnqꝫ fluxus ē sicut fex ꝛ melia ꝛ qnqꝫ ē cū dolore ꝛ qnqꝫ sine dolore ꝛ qnqꝫ erit suba epatis ꝛ qnqꝫ expellunt ista p vomitū ꝛ est sine dolore ꝛ qnqꝫ expellit suba stomachi. Jsta aūt pueniūt aliqn p viā crisis ex apostemate rupto ꝛ silib⁹: aut ppter nām ciboꝝ ꝛ eoꝝ q̄ pueniunt ab extrinsecis: aut ēt cause sūt intrinsece sicut est morb⁹ cōsilis officialis ꝛ cōis. ꝛ hoc ē qꝛ ista sūt in suba epatis aut in toto corpe aut in chisti fellis aut in splene aut in venis meseraicis. Signa autē distinctiua sūt ista: qn eni fluxus vētris est ab epate sūt qdā signa cōia gnālia: qm ois fluxus epaticus vt plurimū ē periodalis ꝛ potissime si ē ex oppilatione qꝛ de isto magis intēdim⁹ cū frequētius deludat medicos. Secūdū signū ē coloꝝ varietas. Tertiū signū est cū talis flux⁹ plus aduenit de nocte q̄ de die: ꝛ potissime i hyeme. Quartū signum ē fedus color in facie. Quintum signū ē grauedo in pte dextra versus ypocōdria. Signa aūt spālia sūt hec: qnqꝫ eni venit fluxus sanguineus ꝛ dubitatur vtrū sit ab epate vel ab intestinis ꝛ distinguit qꝛ cū puenit ab intestinis: tūc ē cū rasura ꝛ pūctura ꝛ dolore ꝛ venit paulatine ꝛ cōtinuat ꝛ pmiscetur cū egestionib⁹ ꝛ aliqn nō aliqn ante cedit aliqn post: ꝛ aliqn simul. Siue nerit ab epate ē sine dolore ꝛ ē plurimus ꝛ nō ē semp cōtinu⁹ ꝛ venit post egestionē cū modica pmixtione. Si āt egestio fuerit chilosa ꝛ venerit ab epate ē vniformis ꝛ sine dolore ꝛ ē digestiua: ꝛ si pcedat a stōacho ē indigā ꝛ cū grauedine ꝛ dolore stōachi: ꝛ modica mora in eadē. Egestio āt chilosa sanguinea puenit: aliqn ab epate. aliqn a vena meseraica: ꝛ si ab epate vrina est tenuis ꝛ remissa. Qn aūt ē egestio virulēta ab vlcerib⁹ epatis ꝛ desudationibus ꝛ apostematib⁹: qnqꝫ venit a vena meseraica qnqꝫ puenit ab aliis ptibus p viā crisis ꝛ mūdificatiōis: ꝛ tūc venit cū alleuiatiōe ꝛ multitudine coloꝝ. Et si ab epate ē cū fe. lenta. ꝛ color vergit ad albedinē ꝛ rubedinē i egestionibus. Et si a meseraica vergit ad albedinē ꝛ citrinitatē ꝛ si ab aliis ē sine fe. ꝛ declarat ex apostematib⁹ ꝛ doloribus ꝛ vlcerib⁹ ꝛ fetulētiis ꝛ silib⁹. Et qnqꝫ venit fluxus sanguine⁹ ex frigiditate ꝛ quadā mortificatione: ꝛ tūc san. ē niger sicut sanguisuga cū modico fetore: qnqꝫ ē san. subtilis niger nō coagulatus ꝛ cum modica siti ꝛ appetitu multo cibi ꝛ pducit ad fe. ꝛ ydropisim ꝛ qnqꝫ ē virulēta ꝛ saniosa pp apostema ꝛ qnqꝫ ē vlceratio cā fluxus ꝛ ē cū dolore ꝛ qnqꝫ exit suba epatis ꝛ ē nigra grossa ꝛ cū debilitate ꝛ ppe mortē Et si venerit pp exercitiū soliti dimissionē: ꝛ pp mēbroꝝ trūcationē ē multus ꝛ subditus ꝛ venit aliqn fluxus vētris pp splenē ꝛ ē cum duricie splenis ꝛ dolore ꝛ vergit ad nigredinem: ꝛ apparent signa melancolie ꝛc.

De fluxu vētris pp cibaria.

Et si est in colerico dat cib⁹ facilis digōnis aut pue quātitatis ꝛ corrumpit ꝛ festinat ad

exitū aut pp grauitatē cibi ⁊ pōderosi
tatē aut ꝓpter inordinationē sicut in ce
pis ⁊ porris: aut ꝓpter venenositatē si
cut in fungis. Aut ꝓpter velocitatem
corruptionis sicut in lacte aut ꝓpter ve
hemētiā subtilitatis: aut eorꝫ hūidita/
tē ⁊ viscositatē. Aut qꝛ velociter mo/
uetur sup cibū aut ꝓpter multitudinē
aque sup cibū aut qꝛ cibus ibi inuenit
corpus paratū vtpote plenū humori/
bus colericis acutis aut phlegmaticis
lubricātibus aut qꝛ cibus ē pauci nutri
mēti sicut olera. aut qꝛ cib⁹ lubricus p̄/
cesserit ⁊ secutus ē stipticus aut qꝛ seq̄
tur cibus velocis corruptionis post ci
bum ⁊ corrūpit se ⁊ aliū ⁊ egredietᷣ to
tum velociter sicut forte sūt persica.

De fluxu ventris pp aerē.

l

Axat eni vētrē vētus australꝭ
⁊ regio meridionalꝭ ⁊ vētosi/
tas corrūpens digestionē.

De fluxu ventris in balbutienti/
bus ⁊ traulis.

i

Lli qui totū corpus humidū
habent ⁊ cerebrū ⁊ linguam:
sicut sunt trauli ⁊ blesi ⁊ litte/
ras corrūpentes ꝓpter nimiam humi/
ditatem: tales inquam de facili incur/
runt fluxum ventris.

De fluxu vētris ꝓpter dispositio/
nes naturales.

i

Lli eni qui hn̄t ventrē laxum
in iuuentute: hn̄t vt plurimū
siccū in senectute ⁊ ecōuerso.
Et qꝛ tres sūt cause laxitatis ⁊ tres cō
stipationis comparando ad etates in
qualibet fallit in vno casu: ⁊ ideo dici
tur vt plurimum.

De fluxu vētris pp totū corpus.

e

T ꝓuenit sicut in bona crisi ⁊
laudabili cū vtus eius expul
siua expellit nociua. Aliqñ ē
ꝓpter malā crisim ⁊ sinthomata: quo/
niam natura īpellit humores cū īpetu
⁊ qꝛ cōtentiua cōtinere nō pōt: aut pro
pter summā debilitatē vtutis cōtentiue
aut in approximantib⁹ ad mortē ⁊ in
ptisi ⁊ in febribus mortalib⁹ ⁊ ꝓuenit
pp nimiā crapulā ⁊ repletionē cibi ⁊
potus ⁊ pp retētionem alicui⁹ cōsueti
euacuari: aut ꝓpter mutilationē alicu/
ius mēbri: aut qꝛ modica fit resolutio
a corpore: aut ꝓpter puitatē exercitij:
aut ꝓpter coliricā passionē. Qui autē
plus de ista mā scire voluerit vadat
ad librū nostrum de ꝓnosticatione.

De ꝓnosticatiōe in fluxu ventris.

c

Um scientia ꝓnosticationis p̄
cedat sciam curationis: iō pri
mo de ꝓnosticatiōe videam⁹.
Primo igit intelligēdū ꝙ vniuersalis
fluxus creticus nō ē restringendus: ꝙ
cognoscitur qꝛ cōfert ⁊ bene fert: qm̄ si
restringatur ē periculū mortis: ⁊ iō cō
muniter ⁊ vt plurimū nō debet restrin/
gi fluxus vētris nisi vsq3 ad tres dies.
Signa aūt mortalia sunt ista. Omnis
fluxus veniēs subito ⁊ repēte post lon
gā egritudinē ē mortalis: qm̄ significat
corruptionē magnā ⁊ subitā. Ois flu/
xus ducēs ad ydropisim ē mortalis.
Omnis flux⁹ cū admixtione san. post
ydropisim ē mortalis: qꝛ ex h aquosi/
tas nō expellit: q̄ h3 dissinteriā ⁊ appa
reat post aurē eius sinistrā res nigra si
milis orobo ⁊ cū h ē sitis vehemēs mo
ritur in. xx. die ⁊ nō euadit. Qui h3 so
lutionē vētris melācolicā grossam nō
sanat. Ois fluxus vētris q̄ ē primo sic
aqua ⁊ postea sicut vnguētū ē malum.
Ois fluxus vētris qui aduenit post vl
cus melicū est mortalis: qꝛ cancrū pu/
trefactū significat. Et ois fluxus q̄ ē in
fine fe. ē mortalꝭ dato ꝙ cēt solo melica

Omnis fluxꝰ melicꝰ: ⁊ ex illa. s. q̄ posi/ta sup terrā ebulit ⁊ hꝫ odorē acetosū est mortal. lꝫ sit virtus fortis. ⁊ ex alijs aūt spēbus nō sic. Oīs fluxꝰ vlceratiuꝰ ꝑ forās itestina vt plurimū ē mortalis: fluxꝰ vētris ꝑꝑ vlcera intestinoꝝ. ⁊ maxīe supioꝝ. ⁊ maxie ieiunij ē vt plˡimū īcurabilˡ: ꝑꝑ mltitudinē vēaꝝ meseraicaꝝ

De curatiōe fluxꝰ vētris i gn̄ali.

i

Ntelligēdū p̄io ꝙ fere in oī fluxu vētris valet vomitꝰ. nisi esset ꝓpter vlcera stōi: q2 duc māam ad oppositū. ⁊ sōnꝰ ē multū iuuatiuꝰ p̄terq̄ in fluxu vētris a capite p vīā reumatismi ⁊ iā exptū ē ꝺ vētosa si pōatur supra vētrē ⁊ stet ibi p. iiij. horas ꝙ valet. De cibis āt ꝯpetūt vitella ouoꝝ coctoꝝ i aceto cū testa sua. cōpetit etiā lac bulitū in q̄ lapides fluuiales cādentes sint positi. ⁊ silˡr valet coagulū leporis: ⁊ edi: ⁊ caseꝰ recēs sine sale: ⁊ antiquus: dū tn̄ fuerit bulitꝰ in multis aq̄s dul. doec salsedo recesserit: ⁊ nasturciū agreste integꝝ torrefactū ⁊ cū lacte bulito mixtū: ⁊ risi torrefactū: ⁊ cuꝫ lacte decoctū. ⁊ silˡr fiat de milio; ⁊ fabe cocte cū aceto: ⁊ lētes cocte in duabꝰ aq̄s ⁊ postea cū aceto: ⁊ panis azimꝰ. ⁊ panis pastatꝰ cū aceto ⁊ aq̄ plu. q2 penetrat ad epar: ⁊ q2 ē facilis resolutionis. sic. d. Auic. ⁊ ꝯfert adeps renū capraꝝ ⁊ oīa volatilia magna seu pua vsualia p̄terq̄ degētia in aq̄s. ⁊ pisces cocti in aceto. ⁊ extremitates aīaliū coctaꝝ in aceto. Et dicꝰ Auic. ꝙ fructꝰ debēt vitari ⁊ stiptica nisi eēnt ꝑꝑ stōm. ⁊ nō multiplicent cibi diuersi in eadem mensa.

Nūc aūt intelligendū ē ꝙ si fluxꝰ ventris fuerit ex cāis ca. ⁊ calor. ⁊ fe: coīcētur: tūc oꝫ dari medicamina frā stiptica. q̄re oꝫ illa ponere tā simplicia q̄ cōposita. Cōposita aūt sunt ista. zucc. ro. factū cū ro. siccis. triasan. diacodiō. carnes citonioꝝ cōditoꝝ cū zucc. sine speciebꝰ rubea trociscata ⁊ silˡia. Simplicia āt sunt ista galla. sumac. psidia. balaustia. berberis. se. citōioꝝ. acacia. suc. plantagi. ⁊ coriand. ypoq̄stidos. bursa pastoris. rose rubee sicce. terra sigillata bolus armenicꝰ. chimolea. spodiū. se: acetose. ⁊ portulace. ⁊ suc. herbe ircine. cāphora. Fructus aūt stiptici sunt satis oībꝰ noti quare nō pono. Ex istis igit vnū vel multa ponere interiꝰ vel exterius: supiꝰ vel inferiꝰ īdustrie medici operantis particulariter relinq̄uatur. Si āt fluxus fuerit ex causis frigidis opꝫ ca. stiptica ministrare. Istoꝝ q̄dā sūt simplicia ⁊ quedā cōposita. Et primo de simplicibus videamꝰ nux muscata: poma cypressi: ⁊ folia eiꝰ. thus. myrrha. mastix. laudanū. storax. calamita. ambra. reuponticū. ciminū assuꝫ: assaruꝫ. anisum assum: ⁊ ameos. Cōposita sunt ista diaolibanū. tyriaca: ⁊ silˡia. Utatur igit istis medicus iuxta ꝯuenientiā ꝑticularium. Si aūt fluxus ventris venerit propter stomachum ⁊ hu. ca. sunt in causa: tunc euacuetur colera in estate ꝑ vomitum. ⁊ dētur frigida stiptica sicut coriandrum: ⁊ acacia. ⁊ ypoquistidos ⁊ similia. superius dicta cum ponebantur curationes vniuersales. Et sicut vinum albū cōpetit stomacho ita grossū iuuat intestina. ⁊ minoretur potus aq̄: ⁊ istis medicaminibꝰ potest vti ab intus vel ab extra vel in conditis: vel in potionibus aut electuarijs. aut pillulis iuxta industriam medici: ⁊ conuenientiam particularium. Et si materia fuerit phlegmatica purgetur in hyeme cū medicinis vel clisteribus. ⁊ dentur calida stiptica: sicut est tyriaca: ⁊ aurea alexandrina. ⁊ diaolibanum: ⁊ anisuꝫ

assum ꝛ auellane asse. ꝛ castanee asse. ꝛ carnes asse ꝛ frixe. ꝛ fugiat aquā: ꝛ vtat vino antiquo puro fortissimo: sed in pua quātitate: ꝛ vtat medicaminibꝰ intus vel extra vel vtroqꝫ mō iuxta cōuenientiā pticulariū. Emplastrū cōfortās stōachū fri. ℞. se. lini assi. cimini as si. dactiloꝝ. nucis mus. pomoꝝ cipssi. masticis. thuris. laudani. mente sicce. asare baccarie. añ. ℥. j. conficiant cum oleo ro. ꝛ ceca. q. s. ꝛ modicū piscis naualis ꝛ fiat emplastrū. posset ēt fieri remoto oleo ꝛ cera ꝛ pice nauali cōditū cū melle ro. aut zucc. ꝛ ꝙ vtat co mane ꝛ sero. ꝛ silr de fri. poterūt silia fieri qñ cā est ca. vel sirup. vel trocisci. vel multa cōsilia. Et est vlteriꝰ itelligēdū in fluxu vētris: pp stōachū ꝛ itestina ꝗ est cū lubricitate hūida qsi si eēt cibus crudus: sicut dicit in lienteria ꝙ tūc h̄ accidit pp co. mordicātē aut phl'a lubricās. ꝛ tūc sanū cōsiliū ē ꝙ si co. sit i cā ꝙ tēperet epar ꝛ chistis fellis. ꝛ ꝙ euacuetur co. cū mirabo. citri. ꝗ euacuādo cōstringūt. Et si phl'a sit in cā euacuet cū mirabo. cheb. In cā āt ca. vtat isto electuario. ℞. triasandal'. diacodion. diadragāti fri. añ. lib. s. misceant. In cā aūt fri. vtat isto electuario. ℞. diatriton. pipereō. diābre. diamēte. añ. ℥. iiij. misceant: vel fiat istud tale. ℞. anisi. cimini. maratri. se. ruthe. ameos. ziziḃ. añ. ℥. j. assent ꝛ in aceto fortissimo extinguātur. Tūc. ℞. gariof. pipis lon. nucis mus. pomoꝝ ꝛ folioꝝ cipressi. storacis calamite. ligni alo. blacce bisācie cardamomi. calami aromatici. ciperi. añ. ℥. s. alipte muscate. ℥. j. panis zucc. q. s. ꝛ fiat electuariū: ꝛ ē valde pciosū in fluxu vētris lubricatiuo ppter cāsaz frigidā corpe mūdificato. Et si fuerit paup vtat mēta ꝛ absinth. ꝛ rutha.

De fluxu ventris pp oppilationē epatis ꝛ venaꝝ meseraicaꝝ.

Tunc sūme nocet dare stiptica. sz aperitiua ꝛ deoppilatiua: ꝛ h̄ est cura q̄ frequēter deludit medicos: ꝛ licꝫ signa sint posita: nihilominꝰ iteꝝ repetamꝰ pp occultationes huiꝰ cāe. Iste fluxus plus venit de nocte ꝙ de die: ꝛ est cū multis coloribus ꝛ grauedine ptis dextre: ꝛ sine dolore: ꝛ est periodal'. imo stat aliqñ p. x. dies. ꝛ videt patiēti in tēpore medio ꝙ sit curatus: ꝛ quāto plus datur stiptica tāto plus assellat. Et iō itelligēdū ꝙ fluxus vētris pp oppilationeꝫ epatis ꝛ venaꝝ est chilosus pp h̄ quia stōachus nō patit: ꝛ iō stat ibi cibꝰ tribus horis vel plus donec sit digestus. Et postea cū vadat ad epar nō pōt penetrare: q̄re pp oppilatiōes: ꝛ iō descēdit iferiꝰ velociter: ꝛ qꝛ ieiuniū ꝛ alia intestina hn̄t quādā virtutē sanguificā. ſm Gal'. in de iuuamētis: iō fluxui chiloso aliq̄ portio san. est admixta. Curetur igit cū de oppilatiuis: ꝛ cū his que trahūt ad ptē oppositā: sic est vomitꝰ. fiat igit vomitꝰ añ cibū ꝛ post cū se. atriplicis: aut raphani. ꝛ cum oleo ꝛ aq̄ ca. ꝛ si nō pōt ex his euomere: det succus mediani corticis sābuci vsqꝫ ad. ℥. j. ꝛ. s. p se vel cū ouo sorbili. Deinde fiāt fricatiōes lateꝝ. ꝛ vētris: ꝛ spine dorsi: quasi sine iterpolatiōe cū panno aspero: vel cū vino albo ꝛ oleo de camomilla: vel cū isto vnguēto. ℞. scolopēdrie. corticū capparis spicenardi. spice celtice. sq̄nanti. capill' ve. re. se. endi. se. scariole. se. melonis. poliȷ̄ mōtani. lupinoꝝ. fenugreci. absinth. camedreos. añ. ℥. j. armoniaci. lacce. mastic. añ. ℥. j. ꝛ. s. tēperent ista tria in vino ꝛ resoluātur: ꝛ oīa simul pistata bulliāt in oleo

de camomilla ⁊ coletur ⁊ addat cera ⁊ oleū ⁊ fiat vnguētū: deinde fiat talis potio qua vtat mane ⁊ sero qualibet vice vsq; ad. ℥. ij. ℞. radicis feni. petro sil. brusci. sparagi. graminis. mediani corticis ebuli ⁊ sambuci. añ. M. j. tem perētur p diē ⁊ noctē in aceto fortissi/ mo: tūc. ℞. capill. ve. re. M. iij. lupuli scolopēdrie. absinthij. cētauree. came/ piteos. añ. M. j. corticis capparis. ℥. ij. mell' ⁊ zucc. añ. lib. j. fiat sirup. lib. ij. ⁊ . ʒ. ⁊ vtat eo cū brodio cicer.

Regimen ex cibo ⁊ potu.

C Omedat in die frequēter ⁊ pa rū ⁊ nō potet iter duas come stiones: ⁊ panis sit de tritico ⁊ furfure suo: ⁊ sit bene coct⁹: ⁊ bene fermētat⁹ ⁊ cū tēperata quātitate salis ⁊ accipiat quāto min⁹ poterit: q² triti/ cū oppilat: vinū sit clar subtile forte antiquū: ⁊ vtat brodio cicer ⁊ caulíū. vtat feniculo. petros l. sparago recēti. Carnes sint quāto plus poterit volati lia vsualia preterq̄ illa q̄ degūt in aq̄s ⁊ pōt vti carnib⁹ edulinis: ⁊ extremita tibus aīaliū: vtat piscib⁹ squamosis de aq̄s mūdis ⁊ ouis sorbilib⁹: balneetur añ cibum ⁊ in balneo sit camomilla ⁊ mellilotū: ⁊ exeunti a bal. qualibet vi ce accipiat tyriace. ℈. ij. aduertendū tñ diligēter q̄ digestiua celebret in stoma cho multū iuuat ad h̄ puitas cibi ⁊ po tus. Itē aduertēdū q̄ si opus fuerit vtē dū ē diureticis fri. ⁊ aliqñ ca. iuxta cō/ ueniētiā causar. Intelligēdū q̄ diuersi mode est opandū f̄m diuersitatē acci/ dētiū supuenientiū sicut ē fe. ⁊ tussis: ⁊ silia q̄ medicāda sūt quātū ē possibile. Si igit tussis supueniat dimittāt nimis stiptica ⁊ accetosa. Spodiū ē plus pp fluxū san. nariū ⁊ se. assa pp stoachū: ⁊ psiliū: ⁊ arnoglosa pp sitiz ⁊ pūcturā.

⁊ q̄dā supposuerūt sibi aliqñ opium ⁊ mortui sī. Nō accipiat acetosa nec sal sa nec acuta. ⁊ caules cocte in duabus aq̄s cōpetūt: ⁊ lepores ⁊ cuniculi. Ine briatio multū cōpetit: q² facit cibū pe netrare. ⁊ facit sudare et iducit vomi/ tū. Si aūt appetitus sit fortis et digesti ua debilis dētur carnes asse et frixe cū cinamomo pulterizato: et valet siru/ pus de citonijs et similia.

De fluxu virulēto cū excoriatōe et sī.

S I aūt fuerit sine excoriatione tūc aliqñ venit a toto corpe: aliqñ a stomacho: aliqñ ab epate: aliqñ ab itestinis: corpe aūt mū/ dificato iuxta cōueniētiā pticularīū: si fuerit pp mēbra supiora det medicina p os. Si aūt pp itestina det p clistere: Si aūt in medijs fiat vtrūq;. ℞. igitur carabe. coralli albi. et ru. oīum sandal. se. canab. se. acetose. alumis. margari/ tar. añ. ℥. ʒ. mel ro. q. s. et fiat conditū: Si aūt fuerit pp viciū inferior fiat cli stē. ℞. succi plātag. suc. barbe hircine. añ. ℥. iij. acatie. gallar. boli arme. ba/ laustie sumac. añ. ℥. ij. adipis. renū ca/ prar. ℥. j. decoquant in aqua plu. et fi/ at clistere. Si aūt fluxus vētris fuerit cū excoriatiōe tūc intelligēdū ē q̄ me/ dicine frigide stiptice cōpetūt maxime cōglutinatiue: sz qñ ē corrosio indige/ mus ptim abstersiuis et fortasse caute/ rizatiuis. Secūdo itelligēdum est q̄ si venerit pp intestina supiora detur p os et si p inferiora p clistere: et si in medio fiat vtrūq;. Et si indigeat purgatiōe nō fiat nisi cū mirabo. paratis sicut decet. De cibis: cōpetit āt ex eis dare lac bul litū vbi ceciderit lapides fluuiales cā dētes: et epar galline pinguis: et oua et testiculi gallor: et pedes cocti in lacte dulci: et panis de simula vergēs ad azi

mitatem: et risi assum: et si indigeat sale sit salgema assum: nō bibat vinuz in causa ca. sed in frigida bibat paꝝ: ꝛ sit grossum nigrum stipticū ꝛ valēt pisces assi recētes calidi: ꝛ ea q̄ cōpetunt ex sua ꝓprietate sicut dicit Aui: est reub. assum cum suc. plantag. Medicine aūt que multum cōpetūt sunt glandes asse rose. ꝛ terra sigillata. ꝛ bolus armenicus: ꝛ portul' ꝛ succus eius cū semine: ꝛ ita est de plantagine ꝛ coagulu₃ leporis ꝛ caseus sine sale: aut ꝙ sal auferatur. Et si esset vlceratio propter medicinā tūc fiat clistere cū butiro in magna quantitate ꝛ san. dra. paꝝ ꝛ competit panis bis coctus ꝛ puluerizatus ꝛ ꝙ puluis misceat cū aqua ꝛ valent galle ꝛ sumac ꝛ acacia. Adeps aūt capraꝝ valet i sedatiōe doloris si iniꝗcia tur p clistere. Si aūt appareat sanies mundificetur cum aqua mell': aut cum aqua piscium salitoꝝ: aut cu₃ aqua oliuarum salitaꝝ. Et si est magnus calor detur succus cucurbite portul' plātag. virge pastoris: ꝛ addat galla sumac. balaustia. Si aūt volumꝰ cauterizare fiat sic: accipiat myrrha. thus ꝛ crocꝰ. sandaraca. alumē. storax. opiū. castoreum. liciū. carta cōbusta. san. dra. cornu ceruinū cōbustū: chimolea. lutū armenicum. Et si ē dolor nimiꝰ possumus facere clistera cū adipibꝰ vbi sit opium ꝛ alia narcotica. mucillago ēt psiliꝗ. altee se. lini. multū valet. Nūc aūt medicus qui cognoscit morbū ꝛ habet noticiaz materialiū potest eis vti modo exterius modo interius modo supius modo inferius: ꝛ sirupos potest conficere aut elia: aut cōdita: aut trociscos: aut clisteria: aut ēplastra: aut vnguēta: aut bal. ꝛ multa consimilia que medici industrie relinquamus.

De curatione fluxus ventris melīca.

P Urgetur humor melācolicus cum decoctione epithimi: ꝛ foliorum sene. ꝛ mirabo. indis vel cū diasene. diabore. ꝛ modica portione yeraruffi. ꝛ postea vtat isto condito. ℞. zedoarie. charabe. spodiꝗ. asari. beniru. rutbe. risi. aā. ℥. j. assent cū mell' ro. fiat conditū.

De fluxu ventris ratione crapule.

T Unc enim competit rōne crapule fames ꝛ abstinētia ꝛ postea dentur stomachi confortantia sicut sunt pira coctana. vue pas. munde ꝛ similia.

De curatiōe fluxus vētris ex reumate.

E T tūc cura posita est supius caplo de reumate. s. ꝙ reuma restrigat. ꝛ ꝙ cerebrū cōforte tur: ꝛ mā cū tēperamēto ingrosset: ꝛ fiant fricationes in capite: ꝛ olea ꝛ vnguēta: ꝛ empl'a: ꝛ ea q̄ dcā sūt: ꝛ final'r cauteriū: vñ stiptica nō ꝯpetūt ₃ Aui. sed potius vomitus pp hoc ꝙ aggregatū est: vñ totā cura cōsistit in curatione reumatis ꝛ catarri.

De fluxu ventris in ptisicis ꝛ ethicis ꝛ consumptis.

E T licz approximentur morti tamen bonū est vitā plongare quātū est possibile: sumat igitur dragagā. assum ꝛ gūmi arab. assuz ꝛ spodiū ꝛ mucillago psiliꝗ colata: ꝛ assa: ꝛ luť. armenic. ꝛ terra sigillata: ꝛ cāphora: ꝛ succꝰ liquir. ꝛ fiant trocisci ꝛ exhibeātur. ꝛ trocisci de camphora ꝛ de spodio cōpetūt.

De fluxu vē. pp nimiā repletionē totiꝰ

E T tunc cōpetit phloia: ꝛ fricatiōes. ꝛ bal. ꝛ in bal. ponanť camomilla mellilotū ꝛ silia.

¶ De fluxu ventris cretico.

Et est cura q nõ restringatur.
& si nimis excederet coriand.
preparatũ & ea que dicta sunt
in ɔfortatiõe stõi cũ stipticis & potissi/
me fridis rõne fe. ¶ De tenasmõe.
Si aũt fuerit tenasmon aut est
ppter feces duras. aut propt
hu.ca. & frigidos imbibitos i
longaone: aut propter apostema. aut
emoꝝ. & similia. Et si fuerit feces mol
lificet venter ab extra cum emplastris
frigidis de malua & mercurial. & oleo
viol. & cum siru: vioꝝ. per os & inferius
per clistere cum istis eisdem. Et si esset
bu.ca. addat cassief. tamarindi. pruna.
& manna. & similia. Et si esset dolor ni/
mius de causa calida apponant frigi/
da narcotica: sicut opium. iusquiamus:
mandragora. & similia. & filtrum bla/
uum intinctum & bulitũ in aceto & ex/
pressum & ante & retro desuper apposi
tum multuz valet. Et si causa fuerit fri
gida apponant euaporatoria cũ furfu/
re & vino: aut camomilla: aut sale & mi
lio: & fiat suffumigatio cũ furfure & si/
milibus. Balnea aũt & suffumigatiões
& encatismata frigida valent in causis
ca. & ca. in frigidis. & similia. Et si fue/
rit ibi apostema curet sicut apostema
debet curari: & ita de aliis causis.

¶ De fluxu ventris propter colicam.

Et nõ est melior via nisi q cu
retur colica. & ita curabit flu/
xus. Ista. xxii. capitła siue tra
ctatus recapitulatiõis sunt terminata.

¶ Capitulum. xvii. de passiõe iliaca.

ILiaca est pas
sio intestinoꝝ gracilium
cum constipatione ven/
tris & frequenti vomitu
& dolore vehemẽti tãq
si intestina terebello perforentur. Intel
ligendum circa istam materiaz: qm co/
lica & iliaca ɔueniũt in causis & i signis
& pronosticatione & curatione. & cum
hoc differunt. Primo qm in iliaca ẽ ma
ior dolor & citius interficit propter sen
sibilitatem intestinoꝝ: Secundo diffe/
runt qm dolor in iliaca magis est deam
bulatiuus versus dextrum & sinistruz.
Tertio differunt qm iliaca magis pro/
uenit ab aere pestilentiali. Quarto dif/
ferũt qm iliaca magis ẽ ab vmbilico su
perius. Quinto quoniam sicut colica
magis remediat ex clisteriis ita iliaca
ex his que ingrediuntur per superiora:
Ex alia parte ista differunt a dolore re
num: quoniam dolor renum magis ẽ fi
xus i vno loco quietus: & cum hoc do/
lor maior circa posteriora & anchas &
crura. Et cum hoc paꝝ alleuiat cũ cli
steri sicut iuuat colica & discernitur po
stea ea que apparent in vrina.

Cause. Cause istorum sunt aut
intrinsece: aut extrinsece.
Si extrinsece tũc sunt sicut nimius po
tus aque frigide aut ciborum grosso
rum venenosorum. stipticorum. sicut ẽ
caseus durus: aut cõchilia: aut carnes
bouine antique. aũt legumina. aut fun/
gi. aut nespila. sorbe. pira. coctana. & si
milia. & breuiter omnia que coartant
& corrugant & oppilant intestina. Fit ẽt
ex casu & ruptura. Si ab intus aut hoc
est propter intestina; aut ppter alia mẽ
bra. Si ppter alia membra hoc ẽ ppt
apostemata epatis. aut venarum mese
raicarum: aut propter apostemata re/
nuz. aũt vesice. Si aũt venerit propter
intestina hoc est ppter. vii. causas. Pri
ma. s. apostema ilioꝝ calidũ vel frigi/
dum. Secunda causa est hu.ca. imbibi
tus. Tertia causa est humor inuiscat⁹.

Quarta causa est debilitas virtutis sensitiue intestinorum: ⁊ debilitas expulsiue. Quinta causa est ventositas grossa inclusa. Sexta causa est fex indurata in intestinis. Septima causa est vermes inuoluti in intestinis: ⁊ breuiter omne illud qđ claudit ⁊ constringit. ⁊ oppilat itestia. Et si alie sint cause ad istas possunt reduci.

Signa. Cause primitiue discernuntur indicio. Et cause aliorum membrorum discernuntur per dolores locorum: ⁊ per ea que egrediuntur a corpore. Signa autem apostematis sunt ista fe. cal. do. sitis. grauitas. ⁊ potissime si apostema ē ca. Et si apostema est frigiduz omnia sunt remissiora cum inflatione. ⁊ mollicie: ⁊ qr precesserunt cibaria frigida ⁊ hu. sicut sunt lac ⁊ pisces: ⁊ fructus: ⁊ olea. Et si fuerit ex fecibus induratis est dolor grauis: ⁊ videtur sibi q̄ scindantur intestina. Et si fuerit ex vētositate mutatur dolor de loco ad locum ⁊ cum torsione ⁊ rugitu. ⁊ videt sibi q̄ acus sint incluse in itestinis ⁊ q̄ intestina perforentur cum terrebello. Et si ex phlegmate inuiscato est cum grauitate ⁊ frigiditate: ⁊ qr p̄cesserunt ea que multiplicant phlegma. ⁊ rōne dol. Aliquando est ibi calor ⁊ rubedo ⁊ sitis. ⁊ homines indicant q̄ causa sit calida ⁊ non est. Et si fuerit ex ruptura tunc precessit casus ⁊ percussio. Et si sit ex vermibus dicentur signa in locis suis. Et si fuerit ex debilitate sēsus tunc longe egritudines precesserunt.

Pronostica. Ista passio ē horribilis ex eo q̄ stercora mittunt per supiora. ⁊ superueniunt accidentia detestabilia isti egritudini. sicut est sincopis. spasmus. frigiditas. extremitatum. desipiētia: stercus fetiduz per superiora. fetor totius corporis: ⁊ ista omia sunt mortalia: ⁊ cuz hoc est vomitus continu⁹. Et si accidentia minorentur ⁊ medicina sumpta per os descendat per inferiora bonum signum est.

Cura. Aut enim nos intedimus curare accidens aut morbum. ⁊ si accidens propter eius maliciam fomentemus locuz cum aqua ca. ⁊ ponamus euaporatoria facta de sale ⁊ milio. ⁊ camomilla. Et inungatur cum axungia porci ⁊ gallinacea recentibus ⁊ opio ⁊ castoreo. Contra morbum procedamus sic. Si aūt apostema sit calidum fiat in principio phlobotomia. deide fiat talis decoctio. ℞. malue: bismalue: mercurial. viol. volubil. medie. an̄. M. ij. floruz boragi. florum viol. an̄. lib. s. prunoruz. lx. fiat decoctio vsq; ad lib. j. ⁊. s. ⁊ immediate apponātur olei viol. ℥. iij. mell. ℥. s. cassiefi. mundate. ℥. ij. ⁊ fiat clistere. Et cū clistere suam operationem fecerit. accipiatur alia medietas ⁊ apponatur ibi olei amig. dul. ℥. ij. cassiefi. mund. ℥. j. ⁊ s. ⁊ masti. diagredij. an̄. ℈. s. ⁊ istud detur per os. Et si videatur medico expedire reiterentur. Deinde accipiant herbe predicte ⁊ conterantur fortiter ⁊ pistētur cum oleo viol. ⁊ apponatur modica quantitas sandaloruz: ⁊ farine ordei: vt fiat repcussio: ⁊ fiat emplastruz supra locum dolorosum. Si autez sit apostema frigidum tunc accipiantur herbe predicte ⁊ addantur ista. ℞. ruthe: origani: calamēti: ysopi: radi. lilij. an̄. M. j. anisi: maratri: se. ruthe: an̄. ℥. j. turbith. polipod. an̄. ʒ. ij. fiat decoctiones: li. j. ⁊. 4. j. ⁊ accipiat medietas ⁊ apponatur succi blete. 4. j. salis gēme.

ʒ.ij.mell.ʒ.ſ.olei de rutha.ʒ.ij. yerep.
ʒ.j.⁊ fiat cliſtere. Et in alia medietate
reſoluatur yerapi.ʒ.ſ.⁊ detur ad potā
dum. Deinde accipiantur herbe predi
cte ⁊ addantur iſta.ſ.camomille:fenu
greci:ſe.lini:⁊ cōterant fortiter:poſtq̄
bulierint ⁊ ante ſimiliter ⁊ paſtentur
cum oleo de rutha:⁊ fiat emplaſtrum:
⁊ extendat ſupra ventrē. Si aūt fuerit
pp humores inuiſcatos tunc detur ſi/
bi yerapi.conſtantini acuata cuȝ aloe:
⁊ maſtice:⁊ ſerapino:⁊ caſtoreo. Si
aūt fuerit propter feces induratas tūc
fiat cliſtere:⁊ emplaſtrum ⁊ potatio
que dicta eſt in apoſtemate ca.ſed ad/
dat in cliſteri ſapo mollis iudaicus di
ctus. Et ſi fuerit propter cibaria ſtipti
ca detur caſſiafi.⁊ manna:reſoluta in
vino. Si aūt fuerit propter venena tūc
fiat vomitus cum aqua decoctiōis tur
bith:⁊ raphani:⁊ oleo.deīde detur ty
riaca:⁊ licȝ vomitus non conferat in
iſta paſ.tamen rōne veneni eſt expedi
ens. In iliaca igitur corpore mundō.ap
ponātur reſolutiua cū camomilla:ani/
ſo:⁊ rutha:⁊ vino:⁊ ſimilibus. Et ſi
deficiat aliquid de curatione ſupplebi
tur caplo ſequenti de colica paſ.

Clarificatio. Poſſet aliqs dubitare ſatis
rōnabiliter vtrū ſtercora poſſint expel
li per ſuperiora.⁊ videt q̄ nō.qm̄ mul
ta ſunt repugnātia. Primo ex ordine
nature:quoniam nā ordinata ⁊ regula
ta expellit per inferiora ⁊ non per ſu/
periora. Scdm impedimentū eſt q̄ di
ſtantia magna eſt ab inteſtinis vſq̄ ad
ſuperiora. Tertiū eſt anfractus ⁊ tor/
tuoſitas inteſtinorū. Quartum eſt debi
litas virtutis expulſiue cum ſint mem
bra nāliter debilia ⁊ pāniculoſa. Qui
tum eſt groſſicies fecum que cum dif/
ficultate ad ſuperiora mouentur:⁊ iō
ex iſtis.v.impedimentis non videtur
poſſibile q̄ ſtercora aſcendant ad ſu/
periora. Oppoſitum dicunt auctores.
⁊ oppoſitum pȝ ad ſenſum q̄ eſt digni
us omni rōne. Dicendum q̄ poſſibile
eſt.hoc enim negare non audemus ſed
cauſa eſt magna valde:ſicut eſt fortis
oppilatio aut apoſtema ⁊ ſimilia. Cū
enim inteſtina habeant virtuteȝ expel
lendi:⁊ motus expulſionis non poſſit
ire verſus inferiora:tunc mouetur ver
ſus ſuperiora ⁊ iſta ſūt que docet Ga.
ad litteram ſupra illum amphm qui/
buſcunq̄ ex ſtranguria ileos inaſcitur
⁊ ſupra illum in ileos vomitus ſingul/
tus ⁊c. Et cum arguitur q̄ eſt difficile
non tamen eſt impoſſibile.cum virtus
expulſiua incipiat expellere verſus ſu
periora.

¶ Caplm.xviij.de colica paſſione.

Colica eſt paſ/
ſio pēultimi iteſtini qd
colon appellat:cū diffi
cultate exitus ſtercoris
per inferiora:cum dolo
re magno ⁊ punctura. Circa iſtā mām
eſt intelligendum q̄ licȝ inteſtinū non
ſit niſi vnum continuum:nihilominus
ſm ſui reuolutiones ⁊ replicatiōes ⁊
groſſiciem ⁊ ſubtilitateȝ diuerſa nomi
na ſortitur. Ita q̄ primū appellat duo
denū. Scdm ieiunium. Tertiuȝ longū
ſeu gracile ſeu ileon:⁊ ibi cauſatur ilia
ca paſſio. Quartū eſt colon:⁊ ibi cau
ſatur colica paſſio de qua intendimus.
Quintum ⁊ vltimuȝ vocatur longaon.

Cauſe. Huius autem paſſionis
cauſe ſunt multe ſicut di/
ctum eſt capitulo de iliaca. tamen di/
camus cauſarum quedam ſunt extrin

fece quedã intrinsece. Extrinsece sicut est nimius calor aeris desiccans feces resoluendo qd est subtilius ꝛ cum hoc nimia frigiditas aeris comprimendo ꝛ constringendo. ꝛ ſm hoc generatur aliquãdo in flatuventi borrealis. Causatur etiam ex nimio exercitio: ꝛ labore nimio: ꝛ coitu superfluo: ꝛ ex fructibus stipticis: ꝛ ex omnibus cibis grossis ꝛ indigestibilibus difficilis descensus. ꝛ accidit ex ruptura ꝛ corrugatione ꝛ relaxatione sifach. ꝛ ex ruptura ꝛ casu intestinorum in bursam testiculorum. ꝛ similibus. Si autem venerit ex causis intrinsecis tũc accidit ex mala complexione ca. resoluente partes subtiliores. aut ex mala complexione frigida comprimente: aut ex nimia siccitate corrugante: aut ex humiditate non de se sed ratione materie ibi inuiscate. Accidit etiam ex humoribus calidis existentibus in locis vicinis aut imbibitis in substantia intestinorum: aut mixtis cum aliquo humore grosso viscoso ꝛ bene est rationabile ꝙ colica in loco vicino intestinorum faciat frequentius ad retentionem ꝙ̃ quando substantialiter est in intestinis: qꝛ tunc pungit ꝛ mordicat: ꝛ ita secessum prouocat: fit etiam ex apostematibus ꝛ fecibus induratis ꝛ ex passionibus mẽbrorum vicinorum sicut sunt renes: ꝛ vesica: ꝛ omnia alia que dicta sunt superius capitulo de iliaca sicut sunt vermes ꝛ debilitas sensus intestinorum. ꝛ alia consimilia sicut est conceptus. ꝛ ventositas ꝛ similia.

Signa. Aduentus colice significatur ex retentione fecum ꝛ prostratione appetitus: ꝛ appetitu aque frigide. cum aũt adest dolor torsio ꝛ punctura. ꝛ vrina tincta tunc est colica. tingitur aũt rõne doloris: ꝛ qꝛ colica non mundificat per intestina ꝛ ideo resudat ad vias vrinales. Signa aũt specialia habent per res nãles ꝛ nõ nãles: ꝛ contra nãm. ꝛ per iuuãtia ꝛ ledentia. ꝛ ꝑ ea que egrediunt a corpore: qꝛ cũ ẽ a phlegmate tũc qd egreditur est mucilaginosum albuȝ. ꝛ si a melãa est nigrũ siccũ valde. Et si fuerit ex debilitate sensitiue tũc est tumor in vẽtre cum modico dolore. ꝛ si ẽ ex apostemate ca. ẽ cũ pulsatiõe. ꝛ magnꝰ dolor sitis ꝛ pũctura. ꝛ si fuerit apostema frigidũ oĩa sũt remissiora: ꝛ nõ ẽ pulsatio. Intelligẽdũ ꝙ frequẽter decipit medicus idicãs passione renũ colicã ꝛ econuerso. ꝛ iõ opꝫ subĳcere signa distictiua. Colica ẽ cũ maiori dolore ꝛ pũctura: ꝛ extẽdit se supra vmbilicũ ꝛ sub versus pectinẽ ꝛ pitoneõ. ꝛ in ꝓfũdo corpis sub vmbilico. ꝛ extẽdit se in dextrũ ꝛ sinistrũ. ꝛ occupat magnã ptẽ vẽtris ꝛ iuuatur ex clisteri. Passio aũt renũ nõ hꝫ ita sꝫ ẽ dolor ĩ pte posteriori affixus ꝛ ꝑmanẽs: ꝛ in vrina appet in pricipio q̃dam cõtenta pilosa. aut arenosa: ꝛ vrina tenuis: ꝛ alleuiat ex vomitu. Signa aũt aliarũ causaꝝ habent vel ex idicio vel a mã aliorũ morborũ ꝛ suaꝝ causaꝝ: vel ꝑ ea que dicta sunt capitulo de iliaca.

Pronostica. Intelligendũ ꝙ colica mutatur aliqñ vel ex cã ydropisis: artetice: eplie: manie: palisis. Accidẽtia aũt cõsueuerũt venire in colica ꝛ cũ appent sunt mortalia. s. desipiẽtia: spasmus: sincopis: frigiditas extremitatum: sudor frigidus: vomitus continuus. oĩmoda retentio fecum. ꝛ si pustula nigra sicut faba apparet supra ventrem sequenti die morietur.

Cura. Quia egritudines doloro se sunt multum periculose ideo circa curationē huius morbi multi canones sunt considerandi. Primus talis est sicut si accidentia sint multū intensa. Primo mitigemus cum anodis ꝛ mitigatiuis resolutiuis. ꝛ finaliter cum narcoticis. Secundus canon erit talis ꝙ narcotica non apponantur nisi in magna necessitate ꝛ ꝙ non administrentur in magna quantitate ꝛ ꝙ sint bene repressa: ꝛ ꝙ modico tempore moreñt. Tertius erit talis ꝙ nullo modo potet aquam frigidam nec aliquam aquam quanto erit possibile. Quartus erit ꝙ non satisfaciat siti: ꝛ ideo debet potare quanto minus erit possibile. Quintus erit ꝙ si dolor fuerit ex mala complexione ꝙ vtatur alteratiuis tam in cibis ꝛ potibus ꝙ̄ in medicinalibus. Et si fuerit mala complexio cū materia ꝙ euacuetur iuxta formam hu. peccantis. Sextus canon erit talis ꝙ a principio applicentur resolutiua ꝛ calefactoria debilia: ꝛ paulati fiat ascensus ad fortiora. Et si dolor augmētaretur a calefactorio ꝙ statim dimittantur. Septimus erit talis si ventositas fuerit sola calefactoria applicentur. Et si fuerit cum materia digeratur mā phlegmatica: ꝛ postea euacuetur. Et si fuerit cum stercoribus duris ꝙ mollificentur: ꝛ postea cū clisteri euacuētur. Deinde ad calefactoria ꝛ balnea reuertamur. Octauus erit talis ꝙ cum calefactoria applicamus ꝙ regionē epatis conseruemus ne eparrone calefactorū dissoluatur. Nonus erit talis cerebrum confortemus: ꝛ cū oleo ro. inungamus: ne propter ascensionem vaporum ledatur. Decim⁹ erit talis ꝛ est canon mirifice consideratio nis in omni agibili. ꝙ quanto min⁹ poterimus medicinas laxatiuas exhibeamus. Uisis vlibus ad curam colice accedamus. Quidam curant colicam cū medicinis a tota specie sicut est sterc⁹ lupinum. stercus enim lupinū quocūqȝ modo sumptum curat colicam. Sicut enim stercus caninum valet in squinantia ita lupinum in iliaca: ꝛ colica. Distemperetur igitur stercus lupinum cū bono vino ꝛ exibeatur ꝛ misceat cū melle ꝛ sumatur. Deide gratia sinthomatis fomentetur cum aqua decoctionis malue. viol. nenuphar. corianō. ordei: papaueris alb. foliorum salicis ꝛ canne. Si causa fuerit ca. ꝛ deinde fiat sacellatio cum milio: ꝛ furfure torrefactis sine liquore. Et si causa fuerit frigida fomentetur cum aqua decoctionis camomille: melliloti: āthos: sticados: anisi: cimini: ruthe: ꝛ postea fiat sacellatio cum sale tosto: vel cum aniso: ꝛ maratro: ꝛ cimino: ꝛ simibus. Si autē colica fuerit propter apostema ca. In primis fiat phlobotomia de basilica. Deinde si particularia conueniant fiat phlobotoīa de saphenis. deinde fiat clistere de malua: viol. braucha vrsina. mercuriali. oleo viol. ꝛ furfure. ꝛ cassiefi. ꝛ similibus mollificatiuis. Deinde digeratur mā cum sirup. facto de enō. scar. lactuca. liḡ. se. frigidis: ꝛ vino malorum gra. ꝛ zucchαro: deinde purgetur cū prunis ꝛ cassiefi. māna: ꝛ tamarinō. ꝛ modico diagredio. ꝛ mastice: vel fiat cum diaprunis: oxilaxatiuo: trifera sarracenica: reubarbarata: catartico imperiali: electuario de succo ro. vel simplicibus vel acuatis cum diagredio ꝛ mastice: ꝛ hoc cum vno vel cum pluribus. Et si fuerit ex mala complexione alteretur cum iaȝ dictis

ꝛ nutriatur cum pullis: lactu. cucur/
bi. ꝛ aqua ordei: ꝛ vino bñ limphato
ꝛ similibus. Et si fuerit ex mala com/
plexione ca. cum mã fiat sicut dictum
est in apostemate ca. Et si fuerit ex re/
tentione secum: tunc fiat clistere predi
ctum. ꝛ ex istis herbis fiat emplm̃ su/
pra ventrem: ꝛ vtatur prunis: ꝛ cassie
fi. ꝛ silibus. ꝛ si fuerit apostema frigi
dum fiat clistere predictum. sed adda
mus succum blete: camomillã: vel ole
um amigđ. dul. anisum: maratrũ: se. ru
the. yerapi. Deinde digerat mã ꝑ hũc
modum. ℞. rad. feni. petro. brusci. spa
ragi. apij: añ. M. j. conquassent ꝛ tem
perent in aceto. Deinde. ℞. calamenti
origani: ruthe: añ. ʒ. ij. anisi. maratri. se.
ruthe: añ. ʒ. j. mell. lib. j. ꝛ. s. ꝛ abijcia
tur acetum. Deinde purget sic. ℞. flo
res bora. flores viol. vtriusqꝫ sticá/
dos: liquiri. munde. vuaꝝ pas. munda
tarum abaril. polipođ. añ. ʒ. j. fiat de/
coctio: ꝛ in decoctione resoluatur tur/
bith. ʒ. s. coletur ꝛ exibeatur: vel pur/
get cum benedicta ꝛ theodoricõ: empi
ston: acuatis cũ aloe: ꝛ masti. ꝛ turbith
ꝛ zinzib. Et si fuerit delicatus decoq̃/
tur gallus antiquus cum polipođ. ani
so: turbith: folliculis sene. ꝛ postea det
brodiũ eius. Sed in principio ponat
tanta aqua ꝙ sufficiat toti decoctioni.
ꝛ decoquat vsqꝫ ad ossium sepatioñe.
Et si fuerit ex mala complexione frigi
da vtatur alterantibus predictis ꝛ vta
tur pullis assis ꝛ columbis: ꝛ vino for
ti: ꝛ similibus. ꝛ si fuerit mala cõple/
xio frigida cum mã fiat sicut dictũ est
in apostemate frigido. ꝛ in pane ꝛ i ci
bis ponat turbith. ꝛ etiam in vino. Et
si fuerit ex ventositate fiat clistere di/
ctũ in apostemate frigido: ꝛ sacelletur
cuꝫ pane: ꝛ milio: ꝛ furfure: ꝛ se. ruthe
ꝛ aniso: ꝛ cimino: ꝛ calamento: ꝛ sili/
bus: ꝛ vitetur menta qm̃ inflat: ꝛ acci/
piat de cibo quãtominus poterit: ꝛ vi
num sit parũ. ꝛ intret balneũ vbi sit ca
momilla: rutha. anthos. Et si fuerit cũ
retentione secũ fiat clistere predictum
in apostemate frigido. Et si fuerit ex
debilitate intestinorũ ꝛ palisi vtat dia
mẽta diatrion: pipeon: diagalãga: diã
thos cum musco. pliris cũ musco: diã
bra: diamargariton: dianison. Itẽ vtat
tyriaca: mitridato. Notandũ ꝙ in bal
neis debet esse cautela ꝙ nõ sedeat in
aqua nisi vsqꝫ ad diafragma: ꝛ custo/
diamus cerebrũ ꝛ cor ꝛ membra prin
cipalia: vt dictum est. Balnea aũt salsa
nãlia sunt valde bona. ꝛ si nõ habeant
fiant per artificiũ de betonica: german
dria: calamento. origano: maiorana: ꝛ
sulphure. Si aũt colica fuerit propter
rupturã aut vermes hoc dicet in locis
suis. Et si fuerit ꝓpter causas primiti/
uas aut ꝓpter alias causas nõ ad vn/
guem executas reducant ad tẽperamẽ
tum per contrarium: ꝛ ita fiet curatio.

Clarificatio. Notandũ ꝙ bal. aq̃ dul. i
magno dolore plus cõpetit ꝙ̃ bal. aq̃
salse. qm̃ aqua salsa mordicat. ꝛ pun/
git. ꝛ ita augmentat dolorẽ. aqua autẽ
dul. non. ꝛ lꝫ aqua salsa magis consu/
mat ventũ. nihilominus cũ dulci appo
nitur camomilla: anthos. ꝛ silia. quare
ꝛc. Scđo intelligenduꝫ ꝙ colica pas.
bene põt causari ex lapide in intestinis
sed hoc est de raro contingentibus: ꝛ
ideo auctores nõ faciunt mentionẽ qꝛ
raro ibidem generant: ꝓpter latitudi/
nẽ meatuũ: ꝛ qꝛ calor ẽ debilis cũ sint
mẽbra pãniculosa. ꝛ ideo non indurat
mãm: vt inde lapis generet. In renib⁹
aũt ꝛ vesica ꝛ pulmone frequentius

generantur: in renibus et vesica propter stricturam meatuum: et quia superfluitates currunt ad illum locum. Et quia ratione etatis in vesica potest esse calor fortis. In pulmone autem materia est multa: et licet meatus sint lati. tamen calor est fortis quare potest lapis generari: in intestinis autem raro propter causas dictas. aliquando tamen est possibile: et quia materia est multum viscosa et ratione alicuius particularis calor potest esse fortis. calor autem fortis agens in materiam viscosam resoluit quod est subtilius et reliquum indurat: et ita generat lapidem. lapis igitur causatus in intestinis potest esse colice causa passionis sed hoc est de raro contingentibus. Tertio notandum quod medicina laxatiua licet laxet: per accidens tamen potest replere et ita colicam inducere scilicet quando corpus est multum plectoricum et virtus expulsiua debilis et medicina laxatiua habet virtutem attrahendi: licet igitur inaniat replere: tamen potest per accidens. Quarto intelligendum quod licet colica et iliaca sint passiones male et repletionales. nihilominus possunt causari a mala complexione sine materia. sine materia inquantum illa complexio fundat. et iste est modus quia mala complexio calida indurat subtilius exalando. et frigidum constringendo. et siccum indurando et corrugando et humidum oppilando: et ita mala complexio sine materia vel quasi sine materia potest colicam et iliacam inducere vt dictum est in sententia. Quinto aduertendum quod colica frequentius generat ex phlegmate quam ex colera. et quia magis aduenit et quia frigidius et licet colera mittat naturaliter ad intestina et phlegma non mittat: nihilominus non mittitur colera ad intestina: vt ibidem maneat: sed vt feces stimulet et expellat: et ideo colera vna cum fecibus expellat: et licet phlegma mittat ad iuncturas. non tamen mittitur vt abiat et recedat: sed quod remaneat et lubricando iuuamentum afferat. et ita non est simile de phlegmate in iuncturis. et de colera in intestinis. ad aliam enim et aliam intentionem mittunt a natura. Sexto notandum quoniam licet colica causetur ex humoribus frigidis. et vrina deberet esse remissa. nihilominus tingit ratione doloris vt dictum est. quoniam aliis ex modis tingit: et ratione accidentis. et ratione oppilationis. et ratione debilitatis virtutis: et ideo in istis passionibus frequenter decipit medicus. credens propter tincturam vrine quod materia sit calida. cum non sit: quare etc. Septimo intelligendum quod vomitus est malum signum semper in colica quia significat quod pars inferior est oppilata et ita stercora non possunt exire per inferiora. timendum est igitur quod expellant per superiora: et hoc esset pessimum et mortale: licet igitur vomitus non competat in colica. nihilominus vomitus humoralis bene competit in passione renum cum materiam expellat ad partem oppositam: vt dictum est in sententia. Octauo intelligendum quod si colica fuerit ex causa calida et corpus fuerit plectoricum quod bene potest competere phlobotomia al[...]s particularibus concurrentibus. Ultimo intelligendum quod in iliaca et colica cum sunt de causa calida. colica bene possunt competere narcotica modo debito administrata. nec nocent in isto casu. imo directe videtur competere et ratione morbi et ratione accidentium etc.

¶ Capitulum. xix. de melia miracbia.

Miracbia est passio ypocundriata cum terribilitate accidentium. Intelligendum est quod mirach est quidam paniculus circa intestina sic siphac est. alter ita quod paniculo mirach

accidūt morbi cōsimiles. officiales ꝛ cōmunes. ꝛ qꝛ mēbrū est multū sensibile. ideo sequunt mlta accidētia. ꝛ pas. multe. qñ ex hoc aliqñ ypocūdria eleuantur. aliqñ deprimuntur. aliqū venit vel sequit epilia. aliqñ mania. de qua dictū est ꝙ appellabatur mania mirachia. aliqñ sincopis. aliqñ ydropisis. propter dolorem ꝛ torsionē ꝛ puncturam ypocūdriorū: ꝛ ideo appellatur pas. ypocūdriata. Sꝫ mirachia a mirach dicta. colica aūt pas. appellatur dolor ypocōdrioꝝ cū punctura ꝛ mordicatione ꝛ expulsione materie p superiora ꝛ inferiora. cū maximo dolore ꝛ inquietudine sicut dictū est. De causis āt ꝛ signis ꝛ curis satis dictū est superi⁹ capitulo de tortura intestinoꝝ. ꝛ capitulo de iliaca. ꝛ caplo de fluxu ven. ꝛ ideo supersedeo. Sed dei gratia dictū est qđ dictū ē. Intelligēdū tñ circa istā mām ꝙ mirach est pinguedo zirbosa tenuis ad modū retis imediate inuoluens intestina. deinde venit alia pellicula que magis approximat cuti ꝛ appellat siphac. ꝛ hoc ēt dictū est in. Rx. ꝛ dicetur caplo de ydropisi.

¶ Caplm. xx. de vermibus.

Vermes et serpētes ꝛ scarabei generātur ex putredine i corpore humano sicut generant extra in mūdo vermes ꝛ musce ꝛ similia.

Cause. Cā remota vermiū ē omne illud qđ gnāt hu. cruđ. sicut est repletio nauseatiua: ꝛ coitus post repletionez: multiplicatio fructuū ꝛ frumenti cocti: ꝛ ita de aliis que generant hu. cru. phlegmaticum. qñ ex san. non generantur vermes qꝛ corpus eo indiget. nec ex co. qꝛ nullū aīal nutritur nec generatur ex co. ſm Gal. iiij. de simplici medicina. nec ex melia: qꝛ remota est a principiis vite. Restat igitur ꝙ generentur ex phlegmate cū teneat dispositionem mediam inter hu. cum igitur putrefit phlegma in intestinis. tunc illa materia suscipit spiritum vite: ꝛ generantur inde vermes ꝛ similia: ꝛ generantur diuersi ſm diuersitatem putrefactionis ꝛ particule patientis. ꝛ ideo quando putrefit mā phlegmatica in intestinis superioribus: tūc generantur ibi vermes longi ꝛ rotundi. ꝛ appellantur lumbrici. Et si putrefiat in longaone generantur quidam vermes parui rotundi sicut sunt vermes qui inueniuntur in caseo. parui. n. sunt quia diu ibi manere non possunt. ꝛ si morentur magnificantur ꝛ sūt mali valde. Si autem materia putrefiat in intestinis mediis tūc generantur vermes curti ꝛ lati. ꝛ appellantur ascarides seu cucurbitini qđ idez est.

Signa. Quedaz sunt signa vermium que sumuntur a somno: ꝛ quedam a vigiliis. a somno quoniam garriunt in somno. ꝛ patiuntur stridorem dentium ꝛ masticant sicut si haberent cibum in ore. ꝛ habent somnia terribilia. ꝛ excitantur terribiliter. ꝛ cum inquietudine ꝛ ira. Si in vigilijs tunc patiuntur pruritum in naribus ꝛ aliqui eructuationem: dolorez: clamorez: remissionē saliue: ꝛ egredit lingua. ꝛ desiccat os de die plus ꝙ de nocte. ꝛ efficiunt amētes. Sꝫ festucas nō colligūt nec magnū dolorē in capite patiuntur: ꝛ eijciūtur aliqñ vermes

per nares ⁊ per os ⁊ inferiora. imo di
citur ꝙ aliquando perforant intestina
⁊ exeūt extra: ⁊ est stupor audire si ve
rum est. ⁊ ꝙ consueuerunt sequi terri/
bilia accidentia. sicut est mania: epilēia
caninus appetitus: bolismus: sincopis
iliaca pas. ⁊ colica: ⁊ etiam epatis pas
sio: ⁊ sunt vt plurimum cum constipa/
tione ventris: ⁊ illi qui sunt iferius pū
gunt ⁊ mordicant: ⁊ quasi quēdaꝫ pru
ritum continuum: sicut si formice mul
te essent in ano. Et si sint in itestinis su
perioribꝰ ascendit dolor ad stomachū
⁊ ita de mediꝭs causatur dolor in me/
dio loco.

Pronostica. Uermes. n. in febribus quā/
tum est de nā sui semp sunt malū signū
⁊ qꝛ signāt lesionem ptis ⁊ corruptio/
nē mā e peccātis: ⁊ qꝛ sūt ex toto ge/
nere preter nām: ideo nullo mō possūt
esse bonū: nec per se nec ꝑ accn̄s inquā
tum vermes: cōparatiue tñ possumus
loqui de vermibus sic. vermes in febri
bus aut sunt in principio aut in medio
aut in fine. Si in principio aut sunt vi
ui: aut mortui. si viui malū signū est. si
gnificat. n. ꝙ fe. est pestilentialis: ⁊ iō
fugiūt magnā corruptionē. Si mortui
bonū signū est qꝛ significat ꝙ fit ex mū
dificatione. In pricipio. n. non videtur
ꝙ malitia sit tanta ꝙ possint esse ma/
gni rōne malicie morbi. Si aūt in fine
appareāt ⁊ sint viui bonū est: qm̄ tunc
veniunt rōne mundificatiōis: ⁊ ita vi/
detur dicere Auicen. si aūt sint mortui
malū est: qm̄ ex malicia materie videt
esse. Si aūt appeant in medio morbi
sp est malū: siue sint viui siue mortui:
febris eni concomitās vermes sp ma/
lū: pro tanto qꝛ cōsumit nutrimentum
vermibus. Scōo est malū qꝛ augmen
tant putredineꝫ: ex qua generantur ver
mes. Tertio malū ē qm̄ iflāmantur ⁊
calefiūt vermes: ⁊ ita angustiantur. ⁊
magis mouentur. ⁊ ita patientes ma/
gis molestant: generant igit frequentiꝰ
in pueris ⁊ gulosis: ⁊ circa autūnum:
⁊ breuiter in oi eo in quo materia cru
da multiplicatur.

Cura. In primis rectificet dieta ⁊ totum regimē vt phle/
gma non multiplicet in corpe. Deinde
digerat materia cuꝫ oxill' diur. Et pur
get materia cū yerapi. acuata cū agari
co. ⁊ pulpa coll'. Deinde si materia cō
tinet i itestinis superioribus dentur po
tationes p os. ⁊ si in inferioribus fiant
suppositoria ⁊ clisteria. ⁊ si in mediꝭs
fiant vtrūꝗ. Uermes aūt iterficiantur
per hunc modū. detur lac ad potandū
duobus diebus vel tribus: ⁊ post in il
la hora det acetum vel aliquod ama/
rū mixtū cū lacte sicut aloes: vel mel
cum aloe. ⁊ velociter interficiuntur. vl'
detur se. centauree. Ecce ꝙ fit mō com
muniter de nouo. detur semen zedoa/
rie tritum ad potandū cum brodio vl'
cū vino: ⁊ proculdubio interficit oēs.
Si aūt magis particulariter volumus
procedere procedamus sic. vermes. n.
aut sunt cum fe. aut sine fe. Si sine fe.
tūc ꝓculdubio amara iterficiunt. Ista
igit sunt mālia enula. psiccaria. menta/
strū: rutha: aloes folia persici. ⁊ cortex
eius: absinthiū: fella: lupinus. amigd.
amara. nucleus persici: costus amarus
cētaurea: ⁊ multa cōsimilia. Accipiant
igit aliqua ex istis ⁊ fiat potio: ⁊ aliq
per os: ⁊ accipiat aliqua ꝓportio: ⁊ fi
at clistere: ⁊ ex istis pōt fieri emplm̄ ⁊
desup apponi quolibet istoꝝ modoꝝ
pn̄t interfici vermes. Pro vermibꝰ aūt
minutis qui sunt in longaone fiat sup/

positorium de sale gēma: vel de lardo
ne: ⁊ ꝙ stet ibi aliquibus horis: ⁊ po/
stea ꝙ extrahat subito ⁊ lardo īueni
tur plenum de illis vermiculis. Aqua
salsa potata interficit vermes. cū autē
mortui sunt ⁊ nā non euacuat extrahā
tur ⁊ euacuentur. Aliter illud cadauer
magna induceret nocumenta. Illa aūt
que euacuunt ⁊ interficiūt sunt ista. s.
aloes: succus yreos. ⁊ succus cucume/
ris asinini: agaric⁹: turbith: pulpa coll.
⁊ cartam⁹ qđ est se. croci hortensis. su
periores aūt euacuant per ea que su/
munt per superiora. ⁊ inferiores ꝑ cli
steria facta ex his dictis. medū vtroqꝫ
modo: yerapi. ⁊ tiriaca interficiūt ver
mes: sapo mollis si ꝓiciatur per cliste
re: vel si apponatur supra vmbilicum
interficit vermes. Utantur pullis colū
barum ⁊ vtant in brodijs ⁊ salsamen
tis pipe: gariofi. zedoaria: galanga vi
tet atriplices: ⁊ fructus: ⁊ caseū recen/
tem: ⁊ oīa que generant mām crudam
phlegmaticā vt dictum est. Si aūt ver
mes sint cum fe. tunc ista calida essent
multum nociua. tunc igitur detur siru/
pus acetosus. ⁊ mala granata: ⁊ pur/
getur cum electuario de succo ro. ⁊ tri
fera sarracenica: ⁊ yerapi. ⁊ empletur
cum succo lactuce: ⁊ vermiculari ⁊ fa
rina ordei: ⁊ aceto: ⁊ vtat brodio cau/
lium ⁊ cicerū: ⁊ lentiū: ⁊ aqua ordei: ⁊
vtat coriandro in salsamētis: ⁊ fiāt cli
steria de cartamo. ⁊ alchitrā qđ ē pix
liquida. semē cētonice: vel semē zedoa
rie: vt dictuꝫ est interficit oēs vermes.
Silr interficiantur oēs serpentes si i
grediant corpus humanū aut si ibidē
generentur per modum dictum.

Cura. Intelligenduꝫ ꝙ vermes
generant suo modo sicut
generantur lapides in renibus ⁊ vesica
qm̄ materia est grossa ⁊ viscosa in re/
nibus ⁊ vesica: ⁊ calor est fortis gene/
rat lapidem: qm̄ calor fortis intēdit di
gerere: ⁊ ita exalat subtile ⁊ remanet
qđ est grossius: ⁊ ita mā petrificat. qm̄
ex inobedientia materie ad plenū dige
ri non pōt nisi sicut dictū est: ⁊ ita acci
dit nature ꝑ accidens lapides genera/
re. Si aūt virtus esset debilis nūꝗ̄ ge
neraretur. ita est de vermibus qm̄ qn̄
materia ē grossa cruda crapulosa ⁊ ca
lor fortis tūc intendit digerē ⁊ assimila
re quantū erit possibile ⁊ nō pōt pro/
pter ineptitudinem materie: ⁊ qꝛ mate
ria recipit quādam indigestionē ⁊ acq
rit caliditatem ⁊ humiditatē: ideo mā
suscipit spūm vite: ⁊ ita facit nā qđ est
sibi possibile. quare ex hac mā suo mo
do putrefacta ⁊ ebullita generant ver
mes: ⁊ ita suo modo pediculi: ⁊ serpē
tes: ⁊ scarabei: ⁊ multa cōsimilia. ⁊ ge
nerant intra corpus humanū. ⁊ ita nō
venit putredo ex parte agentis sed ex
pte materie: ⁊ licꝫ si virtus fortis in se
non tamen in tantū per compationem
ad mām ꝙ ipsam vincere possit. Secū
do notandum ꝙ postꝗ̄ sumpta sunt
amara propter vermes corpus cōtur/
batur propter duo: quoniam vermes
mouentur ⁊ agitant cum non possunt
sustinere fortitudinem amarorū. Se/
cundo quoniaꝫ amara interficiunt ver
mes ⁊ putrefiunt vermes ⁊ inde gene
rantur cadauera: ⁊ ita suntvenenosi ꝙ
conturbant corpus. amara igitur con/
turbant ⁊ hoc est per accidēs. Tertio
notandum ꝙ vermes magis generant
in iuuentute ꝗ̄ in senectute. Primo ꝓ/
pter malum regimen qđ cōmuniter est
magis in iuuenibus ꝗ̄ in senibus: ⁊ ita
hu. crudi generant qui sūt mā vermiū.
⁊ cum hoc calor fortior est qui est cā

efficiens: ꝛ licȝ in senibus materia fue niatur non tamen est causa efficiens. Quarto notandum ꝙ vermes plus ge nerantur in autũno: quoniam ibi sunt plures fructus: ꝛ tẽpus est magis inor dinatuȝ. digestio peior. ꝛ hu. crudi plu res propter debilitatem caloris: ꝛ ita plures vermes generantur. licȝ tempꝰ sit frigidum ꝛ siccuȝ. ꝛ ver accedat ad calidum ꝛ humidum: quoniam cause que occurrunt magis excedunt. Quin to notandum ꝙ vermes non generanť in qualibet concauitate corporis: sed in stomacho ꝛ intestinis: qꝛ ibi abun/ dat plus materia phlegmatica ꝛ calor remissus. in pectore autem ꝛ in venis non sic. quare ꝛc̃. Et si alibi generẽtur hoc est de raro contingentibus. Sexto intelligendum quoniam licȝ vermes generentur a calore innaturali cuȝ sint preter naturam. vermibus tamen ẽ na turalis. Septimo notandum ꝙ ver/ mes qui sunt circa longaoneȝ inducũt stridorem dentiũ. ꝛ stuporeȝ ꝛ abomi nationeȝ: qꝛ lacertus ani qui claudit ꝛ aperit habet colligantiam cũ cerebro ꝛ stomacho: sed vermes superiores ĩ/ ducunt appetitum cum sugant ꝛ cibuȝ consumant qui ad totum corpus dele/ gari dȝ. Ultimo notandum ꝙ amara competunt non vt nutriant sed vt ver/ mes interficiant: qꝛ nullum animal nec nutritur nec generatur ex amaris ꝺm doctrinam Gal. iiij. de simplici medici na. ꝛ aliquando ex vermibus genera/ tur fe. ꝓpter approximationẽ ad cor.

¶ Caplm. xxj. de passionibus ani. ꝛ primo de emorroydibus.

Passiones ani quantũ est de presen/ ti sunt. x. sicut emoꝛ. apostema: condilomata: cicatrices fi cus: ragadie: paralisis: fistula: exitꝰ ani pruritus. Sȝ primo agamꝰ de emoꝛ. Emorroydes est fluxus san. ꝑ venas que sunt in ano. Intelligendum ꝙ ave na chili ꝓcedunt. v. vene: que multipli cantur ad circulũ nature. que replenť aliquando san. melico. ꝛ aperiunť ve/ ne que fluunt: ꝛ talis fluxus appellať fluxus emoꝛ. ꝛ quando fluxus ẽ tẽpe ratus facit multa iuuamẽta ꝛ ꝓseruat a multis egritudinibus melicis adu/ stis ꝛ corruptis: sicut est mania: melia pleuresis: lepra: morphea: ydropisis: ꝛ ptisis: malũ mortuuȝ. quartana pas. splenis: ꝛ ita de aliis oĩbus consilibꝰ. Et sicut preseruat ab istis cũ tempate fluunt. ꝛ ita cum consueuerũt fluere: ꝛ oino cessant oẽs predicte egritudines generanť. Silr si fluant vltra tẽpamen tum tunc sunt cause ydropisis ꝛ ptisis. In illis igitur in quibꝰ hu. melici mul tiplicanť tempatus vsus earũ confert. tempatus aũt vsus appellať cũ senti/ unt se alleuiatos ꝛ melius comedẽtes ꝛ cũ sentiũt se grauiores ꝛ cũ malicia appetitus ꝛ cum fedo colore tunc iaȝ superfluit fluxus. quare statim cõstrin gende sunt.

Cause. Quedam sunt extrinse/ ce. ꝛ quedã intrisece. Ex trinsece sicut est acceptio medicine la/ xatiue: acute: pungitiue ꝛ similia. Si intrinsece sicut sunt hu. adusti q̃ multi plicati ad inferiora rumpunt venas ꝛ faciunt fluxum: ꝛ ꝺm diuersitatem hu. peccantis diuerse species emoꝛ. inue/ niuntur. Quedam enim fiunt de san. ꝛ vocantur vuee: ꝛ quedaȝ fiunt de san. ꝛ co. ꝛ vocãtur morales sicut emoꝛ. cum incipit rubificari. ꝛ quedam vocã tur verrucales ꝛ ille sũt de melia. ꝛ q̃/

dam sunt de phlegmate: sz raro: et ta-
les sunt sicut vesice al.

Signa. Si emorr. sunt ex hu-
midis frigidis tunc sen-
titur coturbatio et dolor et grauitas in
ventre. et si sint ex hu. ca. sentitur pun-
ctura et mordicatio circa anum sicut si
pateretur tenasmon. et cosueuerunt ista
accidentia sequi. discoloratio faciei: et
grauitas coxarum: et hoc dico quan-
do fluunt vltra temperamentum. et est
vtile habere signa quoniam frequen-
ter accidit quod aliqs credit habere emor-
roydes et non habet: sed erit tenasmon
aut ragadie et simil a. et aliquando no
credit habere et habet: et hoc non cre-
dit: quia nullus tumor apparet extra:
sed sunt intus intra anuz. Confert etia
scire propter hu. peccanté: vt sciamus
per quem modum euacuare debem9.

Pronostica. Hypo. docuit
nos pronosti-
care: quoniam postq consueuerut flue-
re si omnes subito restringantur ma-
gnum periculum est quoniam pessime
egritudines generatur. potissime si flu-
xus esset antiquus: vna igitur remane-
at aperta. Secundo debemus prono-
sticare quod omnes vniuersaliter sut diffi-
cilis curationis: et qz pars illa est enor-
mis et rugosa. et non potest perscruta-
ri causa sicut decet: nisi fiat per restau-
ratores: et illi vt plurimum sunt igno-
rantes. Secundo est difficilis curatio-
nis: qz illa pars est multum sensibilis.
Tertio qz est cali. et semita multarum
superfluitatum et quasi continuarum.
Quarto qz est membrum frigidum et
non habet virtutem fortem. Quinto
quia in decliuiori est parte corporis.
Sexto quia verecundatur coiter
detergere: et si detegant non sunt obedi-
entes: et ita de aliis causis conformi-
bus. Tertio possumus pronosticare
quod si in retentione emorr. superueniat
fluxus sang. narium: aut fluxus men-
struorum bonum est et maximu iuua-
mentum consequuntur.

Cura. Circa regimen emorroy-
darum tria sunt necessa-
ria. Primo scz quod si nimis fluant quod re-
stringantur. Secundo quod si preter soli-
tum restringantur quod aperiantur. Ter-
tio. s. quod ad ista consueuit magnus do-
lor sequi quare oportet quod mitigetur et
blandiatur. De primo procedam9 sic.
si emorr. fluant nimis quod designatur per
ea que dicta sunt si particularia conue-
niant fiat primo phlobotomia de epa-
tica: deinde mundificetur corpus sm
exigentiam hu. peccantis. Si igit san.
dominetur mundificetur corpus cum
cassiafi. et tamarindis. Et si co. cuz mi-
rabol. citri. Et si melia cum indis. Et
si phlegma cum chebul. et ista omnia
parent sicut opz. Deinde ponat vento-
sa cu scarificatione iter spatulas. dein-
de ponant empla restrictiua: seu vn-
guéta supra anu. ℞. acacie: masti. thu-
ris: san. ora. tele arance. pilor lepo ris
minutissime incisor. glutis piscium: glu-
tis carpentariorum: gallar sumac: mirti-
lor: an. ʒ. j. fiat empl̄m aut vnguentum
et desup apponat. Et si aptio fuerit i-
tra anu fiat stuell9 et intigat et itromit-
tat. tn oz ee cautela quod si nimis fluxerit
quod vna dimittatur aperta: et hoc pot fie-
ri qz pistent ficus cu aloe et desup illa
qua volumus apponamus. vel aliud
consimile aperitiuum vtatur isto ele-
ctuario. ℞. triasano. diacodio. carniu
citoniorum conditorum cum zuccha.
sine speciebus: an. ʒ. iiij. misceant. Itez
emplastretur locus cuz micleta. et atha

nasia: vel vtatur ista potione. ℞. ossa mirabol. ⁊ assentur: gũmi arabi. masti. ro. añ. ʒ. ij. anisi: cimini: assorum: ligni aloes: gariofi. epithimi: añ. ℥. j. conficiã tur cum sirupo mirtino. ⁊ fiant trocisci ⁊ exibeant cum aqua pluuiali. Et si cã fluxus esset frigiditas: ventositas: ⁊ si milia. addamus cinamomum: galangã zinzi. aristol. añ. ʒ. j. ⁊ ß. Si aũt emor/ roydes. restricte fuerint preter solitum: ⁊ fluxus precesserat antiquus: tũc ape/ riende sunt: qr nouum fluxum restrictũ nõ opz aperire. Tunc igitur in primis fiat phlobotomia de saphena. Dein/ de mundificetur corpus. Si causa est ca. cum trifera sarracenica reubarba/ rata. Et si causa est frigida cum bene/ dicta: ⁊ theodoricon. emperiston. Dei de fomẽtetur ⁊ sedeat in aqua vbi ista fuerint decocta. s. prasium: origanũ: ca lamẽtũ: porri: bletc: abrotanũ: ⁊ silia. Deinde inungat cum oleo amig. ama rarũ: vel cum aliquo felle: vel cũ lacte ficus vel fiat emplastrum de stercore columbino: nucleis persicorum: galba no: bdellio: staphisa. aspalto: medulla cerui: succo titimali: pulpa coloquinti de: sale nitro: centaurea maiori: alumi ne zuccharino: vel fiat vnguentum: Et si fuerint intus posite fiat stuellus ⁊ il/ liniat ⁊ intromittatur. Et si ista nõ va leant aperiantur cum sanguisugis vel cum phlobotomo. Et si emorrois eẽt magnificata posset remoueri cum no/ uacula vel cum aliqua medicina cau/ stica. sicut est calx viua: atramentum: vitriolum: auripigmentum: vel scinda tur paulatine cum pilo caude equine: vel abluantur frequenter cum aqua de coctionis istorum. ℞. porros: caules: frumentum: alumen: calcem viuaz: bu liant in aqua: ⁊ fomentetur frequenter locus ⁊ proculdubio facit ipsas cade re. Ultimo cauterizentur cũ ferro ca. ⁊ tunc restauratoribus relinquamus. Si aũt dolor sit magnus mitigetur sic. se/ deat in aqua camomille: melliloti: ro/ sarum: corianð. sumitatuz papaueris. Deinde inungatur cum oleo sisamino ⁊ oleo amigdali. dul. ⁊ cum medulla cerui: ⁊ vituli: ⁊ sepo ircino recenti ⁊ cũ pinguedine anatis: galline. Istud etiam sedat dolorem emorroy. ℞. ce/ paz ⁊ coquatur inter prunas: ⁊ postea pistetur cum sepo ircino re. ⁊ fiat em/ plastrũ ⁊ desuper apponatur. Et dicit ꝙ apium emorroydum multum valet licz aũt spẽs habet radicem rotundaz compressam ad modũ sicilij ⁊ ex me/ dio inferioris partis exit vnica radix. Si aũt dolor sit in intestinis potet mu cillago psilij cum siru. ro. ⁊ ex istis eis/ dem cũ oleo ro. ⁊ albumine oui. ⁊ dra gaganto: ⁊ cũ gũmi arabi. fiat empl'z. Et est intelligendũ ꝙ anteꝙ ista loca/ lia remedia applicent. corpus dz pri/ mo mundificari cum phlobotomia ⁊ farmacia. aliter mitigatiua parum va/ lẽt. Itẽ radix lilij decocta ⁊ pistata cũ oleo mirtino: ⁊ desuper apposita mul tum valet. Lana succida cũ oleo ro. su pposita multum valet. Similiter diaq lõ desup appositũ multũ valet cũ mo dico opio ⁊ croco. sedat eniz dolorem emorroydarum.

De apostemate ani.

i

N primis mũdificet corpus ⁊ purget ⁊ dieta ⁊ regimen exibeant ßz diuersitatẽ pticu lariũ. B fctõ fiat tale remediũ: decoqnt lentes ⁊ terantur cum rosis: ⁊ folijs so latri. ⁊ oleo rosa. ⁊ fiat emplastrum. Deinde fiat istud. ℞. sumitates papa ueris al. iusquiamus: portul. vitellum

oui.micam panis: ꝛ oleum rosa. ꝛ fiat emplastrum. Et si materia est frigida apponantur ista. s. se. lini: fenugre. gū/ mi arabi. folia caulium: oleum de ca/ momilla ꝛ similia. Et est hic intelligē dum ꝙ apostemata ani ante tempus debent rumpi ꝛ aperiri ꝛ mundificari ne profundenter quia timendū est de fistula.

¶ De condilomatibus ꝛ cicatricibꝰ.

Condilomata ꝛ cicatrices sūt quedā excrescentie circa anū panniculose molles rugate ꝛ quando sunt plene ꝛ inflate appellant condilomata: ꝛ quando sūt vacue ap pellantur cicatrices. quare curationē restauratoribus derelinquo.

¶ De ficu ani.

Ficus sunt quedam excrescen tie ad modum ficus habētes quedam granula alba minu/ ta ab intus: quorum curationē restau ratoribus derelinquo. Ista enim pos/ sunt curari sicut dictū est de abscisio/ ne emorroydarum.

¶ De ragadijs ani.

Ragadie sunt apertiones ve/ narum que sunt in ano dolo/ rose sine tūore: ꝛ ꝑ hoc diffe runt ab emorroydibus: q2 aptio emor roi. est cum tumore: per ragadias er/ go possumus intelligere vlcera fissu/ ras ꝛ consimiles solutiones continui tatis dolorosas: ꝛ hoc dicitur q2 cura/ tio istorum pōt esse vna.

Cause. Cause aūt istarū sūt sex dura sicca scindens illas partes: aut apostema ca. aut fluxus emorroydarū: aut quilibet fluxus acu tus: aut aliquod extrinsecum scindens ꝛ rumpens ꝛ similia.

Cura. In curatione talium opꝫ supponere ꝙ corpꝰ sit mū dificatum: ꝛ ꝙ patiens sit in bono re/ gimine. Deinde ad particularia venia mus causis omnibus remotis. Si aūt huiusmodi vlcera fuerint hūida aquo sa virulenta quasi saniosa tunc fiat ta/ le vnguentum. ℞. litargi. ℥. s. cathimie auri ꝛ argenti: ceruse lote: aloes loti: masticis: thuris: sarcocolle: ostraceo/ rum: gallarum: psidie: balaustie: mu/ mie: boli armeni: añ. ℥. j. pulverizētur ꝛ conficiantur cum oleo ro. ꝛ fiat vn/ guentum. ꝛ locus quotidie bis aut ter inungatur: ꝛ abluatur cum vino puro ca. ꝛ modico mell'. ꝛ desiccetur: ꝛ po/ stea vnguentum apponatur. Si autē iste fissure fuerint facte ex nimia sicci/ tate fiat tale vnguētum. ℞. medull' cer ui: vituli: medulle que est in maxilla porci: axungie gallinacee: ꝛ anatis: ꝛ butiri sine sale: olei sisamini: olei ami/ gda. dul. olei mirtini: olei de papaue/ re: añ. ℥. ij. aloes. litarg. cathimie lote ꝛ dragaganti: ana. ʒ. j. cere noue. q. s. ꝛ fi at vnguentum ꝛ potest addi farine vo latil' molendini.

¶ De paralisi ani.

Paralisis ani dicitur exitus ani seu egestionum inuolun/ tarie.

Cause. Cause autem quedā sūt extrinsece quedam intrin sece. Extrinsece sicut est sessio supra la pidem frigidum: aut in aqua frigida: aut casus: aut percussio supra spinam dorsi: aut incisio lacertorum ꝛ neruo/ rum: ꝛ tunc venit subito ꝛ est incura/ bilis. vnde aliquando emorroydō. ali quando incaute scinduntur. aliquādo etiam venit propter vnguenta frigida ꝛ similia. Si ꝓpter causas intrīsecas

tunc venit vt plurimum propter malā complexionem frigidaꝫ ⁊ hu. sicut est hu. phlegmaticus frigidus grossus viscosus imbibitus in lacertis longaonis. Et aliquando est propter humiditatē imbibitam propter calorem: ⁊ tūc est ibi pūctura ⁊ mordicatio ⁊ arsura.

Cura. Si autem causa fuerit frigida sedeat in aqua vbi sit menta: saluia: calamentum: costus: absinthiū: sauina: squinātum: ⁊ postea inungatur cuꝫ oleo de nuce cipressi ⁊ foliīs eius: ⁊ spicanar. ⁊ costo: ⁊ euforbio. Et modo fiat vnguentum. ⁊ modo aliud. ⁊ ista continuentur corpore mundificato donec perfecte sit curat⁹. Si aūt talis paralisis fuerit cum calore sedeat in aquis vbi fuerint ro. psidie balaustie: mirtilli: ⁊ acetum. ⁊ postea inungatur cū oleo ro. ⁊ mirtino: ⁊ possunt apponi aliqua ca. sicut est costus. ⁊ si esset ibi tenasmon apponantur adipes ad mollificandum. in fine autem sedeant in aquis salsis vt materia euaporet ⁊c.

¶ De exitu longaonis.

l

Ongaon egreditur aliquando propter apostemata ⁊ tūc prius curentur illa. aliquādo egreditur propter nimiam compressionem. aliquando propter quādam mollificationem sicut in pueris. ⁊ propter alias causas consimiles. ⁊ qnq3 egreditur ⁊ reuertitur ⁊ tunc facilius curatur. In exitu igitur longaonis sedeat vt dictum est in aqua vbi sit costus: cortices fabaꝝ. hypoquistidos: psidia. balaustia: nux cipressi: euforbium: pulpa coll. Uel bulliant ista in vino pontico ⁊ sedeat ibi. deinde inungatur intestinum cum oleo laurino: ⁊ superaspergatur isto pul. ℞. myrrhe: mumie: nucis cipressi: masticis: thuris: gallarū sumac: añ. ⁊ fiat pul. ⁊ intromittatur ⁊ quotienscūq3 exiuerit fomentetur primo. deinde inungatur. ⁊ deinde puluere aspergatur. ⁊ deinde intromittatur: comedat mollificatiua ⁊ lenitiua ne cogatur comprimere anum. suffumigatio cum spolio serpentis valet. non solum in exitu ani: sed etiaꝫ in exitu matricis. Similiter valet suffumigatio facta cū bdelio: capparis etiam valet.

¶ De prurito ani.

q

Uandoq3 fit pruritus propter vermes: ⁊ curentur vt dictuꝫ est: ⁊ quādoq3 fit propter humores acutos: ⁊ tunc mutetur dieta ⁊ regimen in oppositum: ⁊ euaporetur materia imbibita. ⁊ fiant suppositoria sedatiua doloris. ⁊ fiat sicut dictum ē capitulo de tenasmone.

¶ De fistula ani.

f

Istula aliquando orit in ano ꝑpter apostemata aut emorroydas. ⁊ similia. ⁊ aliquando profundat se multum. ⁊ aliquādo parum. ⁊ quanto se plus profundat tāto plus deteri⁹: ⁊ aliquādo perforat intestinuꝫ ꝙ discernitur. qr feces exeunt per fistulam ⁊ sanies per foramen ani. ⁊ aliquando consumit magnam partē lacerti qd̄ discernit: qr sterc⁹ exit inuolūtarie: ⁊ si digitus intromittat in anū non potest bene constringi vndiq3. profunditas aūt fistule discernitur ꝙ comprobetur cū tenta de prouinca: ⁊ tunc scietur quante profunditatis est. quanto aūt profundior tanto tardius curat quāto aūt minus penetrauerit tāto ve

locus curatur. Intelligendū b ꝙ quā do fistula penetrauit intestinum ⁊ vesicaȝ omnino fistula incurabilis est. ⁊ si est curabilis cauendum est valde a lacerto: ⁊ curabilis non potest curari nisi discoopiatur locus vsqȝ ad fundum vel cum ferro vel cum alijs medicationibus: ⁊ ꝙ locus bene mundificet: ⁊ ꝙ paulatine caro regeneretur. De fistula aūt fuimus locuti superius in libro primo cum fuimus locuti de egritudinibꝰ anguli ipsius oculi in apostemate qd̄ appellatur garap apud Auic. ꝙ generatur in lachrymali a parte nariū. ⁊ fuimus locuti quando loquebamur de egritudinibus mamillarum. deinceps aūt istam curam restauratoribus totaliter relinquamus.

Clarificatio. Intelligendū ꝙ mirabolani contra emorroydas ad mundificādum corpus aliquando plus valent. ⁊ aliquando aloes plus: qn̄ volumus restringere fluxum emorroydaꝝ: aut fluxuȝ ven. plꝰ valent mirabolani. qm̄ ante se laxāt: ⁊ post se constringūt. nec valet tunc aloes: qꝛ ꝓprietatem habȝ aperiendi orificia venaꝝ. sed quādo volumus apire ⁊ laxare plus valet aloes. Secundo notanduȝ ꝙ galle ⁊ similia stiptica valent contra exitū longaonis licȝ sint frigidi: propter duo: aut qꝛ humiditas lubricare faciens iuncta ē cuȝ calido: aut qꝛ ista stiptica frigida pmisceantur cū multis ca. constrictiuis. sicut est nux cipressi: mastix: myrrha: thus ⁊ similia: ⁊ ita possunt competere. Tertio intelligendum ꝙ fluxus emorroydarum causatur vt plurimum ex san. grosso melico imo quasi aliter non fit qm̄ nā ⁊ proprietas sanguinis melici ē vt descendat versus inferiora. Ex co. autem purā non est qꝛ magis ascendit ꝙ descendat. Ex phlegmate puro nō. qm̄ licȝ abundet in intestinis nō tamē in venis. Ex san. non: qm̄ non extrahit per violentiā: sed magis trahitur a mēbris propter nutritionē. Sed qꝛ sang. melicus est grossus ⁊ feculentus. ideo descendit ad ianuā nature. quare fluxꝰ emorroydaꝝ ē fluxus melicus. Quarto intelligendū ꝙ lȝ san. melicus purget per menstrua in mulieribꝰ. nihilominus possunt habere emorroydas qꝛ sā. melicus dn̄atur in nimia quātitate: ⁊ ita purgat duplici emūctorio: vel qn̄ menstrua retinent p̄ter nām: ⁊ tunc aliqn̄ nā illud supfluū in purū ad emorroydas trāsmittit. Quinto notandum ꝙ sang. melicus q̄ p emorroydas euacuat quodāmodo ē necessariꝰ: ⁊ nā potest se iuuare ex illo: ⁊ iō retinet quātū pōt: quare ē fluxus periodicus. sed ex alijs supfluitatibus sicut ē vrina ⁊ egestio nō intendit nā se iuuare. sed cū occurrunt expellunt: ⁊ iō motus eoꝝ nō est periodicus. Sexto aduertendū ꝙ iudei vt plurimū patiunt fluxuȝ emorroydarū. ꝓpter tria: ⁊ qꝛ cōiter sunt in ocio: ⁊ iō cōgregant supfluitates melice. Secūdo qꝛ cōiter sunt in timore ⁊ anxietate: ⁊ iō multiplicat san. melicus iuxta illud Hypo. timor ⁊ pusillanimitas si multū tps hūerint melicū faciūt. Tertio qꝛ hoc ē ex vltiōe diuia iuxta illud. Et pcussit eos i posteriora dorsi obprobriū sempiternū dedit illis. Septimo notādū ꝙ phlobotomia in hoc casu cōpetit cū supfluit fluxꝰ: ⁊ qꝛ euacuat māȝ ancedētē ⁊ distrahit mām ad oppositum. Octauo notādū ꝙ in fluxu emorꝝ. competit primo phlobotomia ꝓpter mām cōiunctā de saphena. Nono itelligēdū ꝙ exitꝰ ani frequētiꝰ

accidit in pueris propter relaxationem neruorum et lacertorum rõne humiditatis currẽtis ad longaonẽ et relaxãtis illa mẽbra. In senib' aũt lz abũdent in phlegmate cũ nerui et lacerti sũt idurati nõ possũt relaxari quare exit' lõgaonis non fit in senibus vel valde raro. Decimo itelligendũ q frigiditas mortificãs lubricãs et humectãs ẽ cã exit' longaonis. Sed frigiditas tẽperãs et desiccãs et cõstrigens et coartas et icarnãs est cã curationis: qz vnum et idem cum diuersis diuersa agit etc.

Expleta ẽ qnta pticula cũ dei auxilio.

Incipit particula. vj. in qua agitur de passionibus epatis renum et vesice et continet capitula. xvj.

Capitulum primum de mala complexione epatis.

Epar est membrum primum et principiũ in generatione humorum sm intentionem medicorum. Nũc autem epar sicut et alia membra patitur morbos consimiles: officiales: et cõmunes. Primo igitur agamus de consimilibus. Epar igitur patitur malam complexionem ca. frigidã. sic. et hu. quorum cause sunt indebita applicatio. vj. rerum non naturalium. quecunqz igitur fuerit cã opz signa distinctiua habere. et hoc sufficit ad curationẽ quantũ est de presenti.

Signa. Mala complexio epatis ca. discernit per hũc modum vrina est colorata et egestio. et color faciei vergit ad citrinitatem: et appetitus in potu est augmentatus. in cibo est diminutus: et pulsus est velox et ledit a calidis: et iuuatur a frigidis. Et accidit aliquando vomitus multorum colorum. modo liuidus. modo citrinus. modo viridis. et potest discerni ex aliis vt qz iuuenis colericus qui laborauit et comedit cibaria ca. et temp' est calidum: et multa alia consimilia. Si autem epar patiatur malam complexionem frigidaz tunc discernitur p colorem fedum in facie. et per paucitatem sitis: et pulsum tardum: et qz vrina est remissa. et si frigiditas est cum siccitate. tunc est vrina tenuis. et si est cum humiditate tunc est vrina spissa: et egestio aliquando est sicca. et aliquando humida. quoniam si virtus attractatiua epatis est fortis tũc est venter stri/

cius.et si est debilis ē laxus et cogno/
scitur ꝑ iuuantia et ledentia et breuiter
possum⁹ discurrere per res nāles: ⁊ nō
nāles: ⁊ ꝯ nāz. Si āt mala ꝯplō ē sicca
tūc vrina ē tenuis. ⁊ egō ē sicca. ⁊ puls⁹
dur⁹. ⁊ sitis adest cū ariditate. Si autē
mala ꝯplō ē hu. tūc vrīa ē spissa ⁊ egō
hūida. ⁊ pulsus mollis. ⁊ nulla sitis. ⁊
facies subtumida. ⁊ ita de alijs.

Pronostica. Oēs iste male cōplōnes ī cacochiaz.i. ydropisim si diu durauerit finaliter terminantur

Cura. Intelligendū ē h̄ multū diligēter ꝙ epar ledit a multis sꝫ pricipaliter a trib⁹.s.ab oīb⁹ dulcibus vehemētis dulcedinis sicut ē mel sic⁹ vinū dul. ⁊ silia: qm̄ oppilāt. Secūdo ledit ab omnib⁹ cibis grossis ⁊ dure digōnis: sicut sunt oua indurata. carnes bouine antiq. caules. ⁊ case⁹. ⁊ oīa conchilia. ⁊ pisces bestiales. ⁊ oīa legumina: ꝑter brodia cicer̄. ⁊ silia grossa oppilantia sicut est pinguedo. Tertio ledit ab oīb⁹ lenitiuis ⁊ humectatiuis. sicut sunt lactu. portu. melōes. cucumeres. ⁊ cucurbite. ⁊ ab oīb⁹ generātibus san. aqsum. ledit a multis alijs. sicut ē nimius potus aq̄ frē. ⁊ potissime de mane ⁊ post nimiū exercitiū ⁊ laborez. ⁊ post coitū ⁊ ledit etiā sic stōus cū crudū ponitur supra semicoctum. ⁊ ita de alijs supius dictis. ⁊ ledit multū ī vno in quo medici cōiter nō aduertūt. Aliqñ accit ꝙ aliqs hꝫ stōz frm̄ aut epar ⁊ p⁹ comestionē credūt digestiuā fortificare sumēdo elm̄ ca. aut aliquā confectionē multū ca. aut sumendo vinū purum. aut nectar. aut vinū grecū. aut vinum de cipro. sicut faciūt diuites post cibū imediate cū intrāt cameras suas. ⁊ sūptio taliū nō est nisi venenū: qm̄ faciunt cibum crudū penetrare ad mēbra ⁊ inducunt ebulitionem ⁊ putredinē. ⁊ hoc ē ēt qd̄ dicit Auic. quare ex talibus corrūpit virt⁹ epatis digestiua. nullum igit ca. det post cibū sed si digestiuam cōfortare volum⁹ dem⁹ ante cibū vel simul cuꝫ cibo: sed post nullo mō. Illa aūt q̄ ꝯfortāt epar sūt ista. scꝫ auellane. ꝑpter tria. ⁊ qr hu. laudabilē generāt. ⁊ qr penetrāt ⁊ dōppilāt ⁊ qr ī calidītatē nō multū excedūt. vue paſ. etiā cōfortāt epar. ⁊ fistici. si sumant cū cortice potissime tn̄ qñ ꝯplō epatis declinat ad fritatē. valet ēt lac vaccinū butiro extracto. valent ēt malag. acria dul. que muza appellant. ⁊ absinthiū valēt ⁊ fruct⁹ stiptici ⁊ decoctio eor̄ duꝫ tn̄ sumant in ꝑua quātitate. sicut sūt pira ⁊ coctana. ⁊ berberis. aliter eni timēdū esset de oppilatiōe. ⁊ ita de iliaca. ⁊ colica. valēt etiā pira ⁊ amara ⁊ aromatica. ⁊ cinamomū multū valet. spāliter aūt loquēdo multa sūt q̄ valēt q̄si a ꝓpetate sic̄ end. scar. lacca. spicanar. sq̄nātum. sumac. cāphora. spodiū. sandali. acetosa. ⁊ mlta ꝯsilia. de qb⁹ videbim⁹ cū discrasias epatis pticularit̄ ꝓseq̄mur.

¶ De mala ꝯplōne epatis calida.

Mala discrasia ca. epatis sine mā curat cū alterantib⁹ cibis ⁊ potib⁹ ⁊ silib⁹. Utat in primis piscib⁹ sq̄mosis de aq̄s mundis coctis in aq̄ ⁊ aceto. ⁊ vtat carnib⁹ edulinis. ⁊ agninis. perdicib⁹. ⁊ pullis. ⁊ auiculis minutis cāpestrib⁹. ⁊ vitulo lactāti. ⁊ vtat lacte acetoso. ⁊ vitet vinū nisi digestiua eēt debilis aut cōsuetudo ipediret. ⁊ tūc vtat vino subtili vergēte ad albedinē cū multa aq̄: ⁊ pñt cōdiri ista cibaria ꝑdicta cū aceto ⁊ coriād. ⁊ aq̄ ro. ⁊ acetositate cit. ⁊ vitet oīa q̄ sunt ī interiorib⁹ aialiū. ⁊ oīa q̄ sūt dure dige

ſtiõis ꝛ ſupflue pinguedinis :quare oꝫ
vitare oua dura ꝛ carnes mũtoninas:
ꝛ ſil'ia. Utať lactucis endi. ſcariola hoꝛ
tulana ꝛ pomis ꝛ malis grana. ꝛ piris
interdũ ꝛ lacte vaccino a quo butirũ ē
extractũ ꝛ vtať pane bñ cocto ꝛ bene
fermẽtato licꝫ modicũ panis azimi cõ
petit aliqñ:qꝛ ſtipticãdo cõfoꝛtat ſicut
modica quãtitas piroꝝ ꝛ ſil'iũ. Utať
ẽtᵢ iſto electuario. ℞. zucc.ro. triaſan.
diadragã.fri. diaarodon .abbatis. añ.
ʒ.ij. ꝛ.ſ.miſceanť. Jtẽ põt vti oxizac.
ꝛ ſirup. viol'. Si aũt eẽt mala diſcraſia
epatis cũ mã oꝫ vti foꝛtioꝛibꝰ. ℞. endi.
ſcario. añ. ʒ.iij. acetoſe. lactu. añ. ʒ.iij.
ſe. fri. floꝝ nenuphare epice. añ. ʒ.j. ro.
ſandal'. muſcatellini. añ. ʒ.ſ. berberis.
ſumac. ſpodij. añ. ʒ.ij. cãphoꝛe. ʒ.j. vi/
ni maloꝝ grana. aceti al. añ. ʒ.ij. panis
zucc. lib. j. fiãt ſirup. quať. v. Et ſi cale/
factio epatis eẽt cũ oppilatione addã
tur iſtis radices apij: ꝛ ſuccus feniculi.
ꝛ capill' ve.re. ꝛ addanť endiuia ſcar:
nate in locis occultis aut nata i hoꝛtis
dũ tñ ſint amara: qm̃ tũc valẽt in cã ca.
ꝛ in cã fri. Si diſcraſia ca. epatis fuerit
cũ oppilatione mã digã purgeť cũ caſ/
ſiafi. mãna ꝛ tamarind. vel trifera ſar/
ra. reubarbarata: ꝛ põt emplaſtrari ſic
epar. ℞. ſucci. cucurbi. oĩum ſandal'.
ſucci ſempuiue ſucci lactu. ſucci epice:
ꝛ miſceanť cum farina oꝛdei ꝛ aq̃ ro. ꝛ
aceto foꝛtiſſimo ꝛ ſupꝛa regionẽ epa/
tis apponanť. Jtẽ multũ cõpetit oꝛdea
tũ cũ aq̃ oꝛdei ꝛ moꝛa ſeminatura. Jtẽ
intelligẽdũ ꝙ multa ſunt medicamina
q̃ cõpetũt i diſcraſia epatis :ſicut troci
ſci de cãphoꝛa ꝛ ſil'ia: ꝛ iſta dicenť in
fine libꝛi cũ ponemus antidotariũ no/
ſtrũ vbi ponenť ſub cõpẽdio antidota
q̃ valẽt in moꝛbis a capite vſqꝫ ad pe
des. Jn paſ. igiť epatis ꝯſidereť tps in
quo vene meſeraice ꝛ vene epatis ſũt
vacue ꝛ tũc medicamina miniſtrenť.

❡ De mala cõplexione epatis fri.

Vtatur iſtis electuarijs. diaga
langa. diambꝛa. dianthos cũ
muſco. dianiſon. diacitonitẽ.
ꝛ cõfectionibꝰ q̃ dicenť in antidotario
noſtro. Uitet lac ꝛ oĩa que ſũt diffici/
lis digeſtionis: ꝛ vtať vuis paſ. ꝛ auel
lanis aſſis ꝛ fiſticis ꝛ amig. ꝛ inungať
cũ oleo de abſinth. ꝛ coſto ꝛ ſpicanar.
ꝛ oleo amig. ama. ꝛ ſp i diſcraſia epa
tis fri. apponanť aliq̃ fri. in pũa quãti/
tate ꝛ ſint aromatica. Et in diſcraſia
ca. apponanť aliq̃ ca. ꝛ ſint oĩa aroma
tica quẽadmodũ erit poſſibile vt vnũ
aliud tẽperet ꝛ epar cõfoꝛteť ꝛ medi/
camẽ faciat penetrare. Si aũt diſcra/
ſia epatis frigida fuerit cũ mã vtať foꝛ
tioꝛibꝰ. Jn pꝛimis igiť vtať tali ſirupo
℞. radicũ ariſtol'. radi. feniculi petro.
bꝛuſi. ſparagi. graminis apij. añ. ʒ. iiij.
mũdenť ꝛ cõtũdenť ꝛ tẽperenť in ace/
to foꝛtiſſimo p diẽ ꝛ noctẽ: tč. ℞. eupa
toꝛij. ſcolopẽdrie. aſſari. coſti abſinthij
añ. ʒ.iij. ſpicanar. ſq̃nanti. calami aro/
matici. lacce aniſi. maratri. endi. ſcar.
amig. amaraꝝ. añ. ʒ.ij. cinamoni opti
mi. ʒ.j. ſumac. berberis roſaꝝ. ſandal'.
muſcatell'. cãphoꝛa. añ. ʒ.j. mell' ro. lib.
j. ꝛ.ſ. panis zucc. lib. ſ. ꝛ fiãt ſirup. lib.
ij. large ꝛ aceti p̄dicti ponantur. ʒ. iiij.
Mã digã purgeť ſic. ℞. agarici reub.
al's turbith. añ. ʒ.j. ꝛ. ℈.j. lacce. ſpica/
nar. folioꝝ ſene. maſtic. folioꝝ abſin/
thij. folioꝝ mẽte. zinziber. añ. ℈.j. ꝯfici
anť cũ oximel. ꝛ fiãt pill'e: ꝛ poſt. ix. di
es ſue cõfectionis ad minꝰ denť a. ℈. v.
vſqꝫ ad. ʒ.j. iuxta ꝯueniẽtiã pticulariũ
Denť igiť volatilia vſualia aſſa p̄terꝙ
illa q̃ degũt in aq̃s: cũ ſalſamẽto de li/
gno alo. cinamo. ꝛ pipere ꝛ nuce muſ.

⁊ modico coriādro: ⁊ aq̄ limonū ⁊ vi/no ⁊ acetositate cit. ⁊ pn̄t vti castaneis assis ⁊ valet panis ca. infusus in vino: ⁊ dicit q̄ caules cocti in triplici aq̄ ⁊ cōditi cū aromatibus multū valēt: valēt etiā h̄ trocisci de eupatorio: ⁊ de absinth. ⁊ costo ⁊ lacca sicut dicet in antidotario. Si aūt in epate sit mala cōplexio sicca humectet epar cū cibis ⁊ potib⁹ ⁊ balneis ⁊ vnguētis ⁊ silib⁹: sȝ tn̄ fiat h̄ fm tēperamētū. Idē dicet de mala cōplexione epatis humida q̄ dētur desiccatiua ⁊ extenuātia ⁊ deoppilatiua: h̄ tn̄ fiat cū tēperamento.

Clarificatio. Intelligendū q̄ solo continuitatis in epate: aut ē magna aut ē p/ua. Si pua curari pōt. Si magna non maio: ē tn̄ solonē cōtinuitatis pōt sustinere q̄ cor pp nobilitatē cordis. Et iuxta h̄ intelligēdū q̄ vlcera epatis nō p̄ducūt fe. sicut vlcera pulmonis: sȝ hydropisiȝ idūcūt q2 deficit digestiua humor: sȝ vlcera pulmōis idūcūt fe. qm̄ cū pulmo sit vētilabrū cordis: non pōt cor euētari ⁊ ita cōtinent vapores q̄ su pcalesiūt ⁊ p ɔn̄s cor ⁊ mēbra solida ⁊ totū corp⁹. Si dubitaret aliq̄s q̄ mala cōplexio epatis sit peior vel ca. vel fri. Dico q̄ si eq̄liter distēt a cōplexio/ne nālī epatis q̄ calida est ita q̄ caliditas excedēs tātū eleuet supra ɔplexionē epatis nālē quātū frigiditas distat a cōplexiōe epatis nālis: tunc dico qm̄ aut nos loq̄mur quo ad cōplexionem aut quo ad subam. Si q̄ ad cōplexionē epatis eq̄lr distēt ⁊ oīa sūt paria: dico q̄ ita mala est vna sicut alia iuxta doctrinā Gal. vij. de ingenio dicētis q̄ eq̄le est tēpus reducēdi malā cōplexionem ca. ⁊ fri. sed modus nō est equalis q2 magis ledunt mēbra vicina a frigido q̄ a calido. Si aūt nos loquamur quo ad substātiā: tūc distinguo: quoniam substātia epatis aut est rarior vltra tēperamentū suūm: aut dēsior. Si rarior tunc dico q̄ cōplexio calida ē pe/ior: q2 nimis rarificat: sed frigida ē minus mala: q2 quodāmodo ad tēperieȝ adducit. Si āt substantia epatis sit dēsior temperata: tunc peior est frigida quia condensat: ⁊ minus mala est calida: quia ad raritatem adducit. Et est notandum q̄ frigida complexio non magis recedit: quoniam licȝ epar sit calidū: suppositum tamen est q̄ equaliter recedunt: nec etiam calidum inducit peiores egritudines: quoniam ita tarde curat hydropisis de frigida cōfirmata sicut cum est de calida: cum est confirmata: ⁊ ita comparationes debent esse vniformes. Si dubitet aliq̄s que mala complexio epatis sit peior vel sicca vel frigida: dico q̄ frigida cū sit actiua ⁊ nō proportionata ad passiuas: ⁊ q2 corrumpit digestiuaȝ ex qua aufertur humiditas nutrimentalis vera toti corpori. Et licȝ epar cū sit fons humiditatis ⁊ siccitas habeat priuare humiditatē toti corpi cū deficiat in fonte: quia humiditas nō causatur nisi ex bona digestione: ⁊ digestio causatur a calido: ⁊ frigidum directe contrariat calido: ideo radicaliter ⁊ principaliter ⁊ primo plus nocet frigiditas q̄ siccitas: cū frigiditas sit vt causa ⁊ siccitas nō sit nisi effect⁹ in pposito quo ad ablationē humidi nutrimētalis: quoniaȝ siccū nō corrumpit digestiuā in virtute sui: sed in virtute alterius. Sed si dubitaret aliquis q̄ istorum plus noceat vel siccū vel humidum. Dico q̄ plus siccum iuxta intentionem Gal. octauo de ingenio: q2 facilius est rem humidā

desiccare:ꝙ siccā humectare:licȝ mo/
dus sit eq̄lis. Deinde possumus intelli
gere circa istā māam ꝙ phlōia pōt cōpe
tere in mala discrasia epatis calida si/
ne mā:nō ad euacuādū sed ad euētādū
⁊ īfrigidādū:⁊ iō sit ī ꝑua quātitate. ⁊
iuxta hoc notādū ꝙ mala ꝯplexio po
test eē in epate sine mā peccāte :absolu
te aūt sine mā eē nō pōt cū sit accn̄s :sȝ
mā nō peccat. Deinde aduertēdū ꝙ sti
ptica bn̄ pn̄t cōpetere in mala cōple/
xione ca.nec calor ex h̄ fortificat quia
corpꝰ mūdificatū ē:⁊ q̄ aliq̄ fri. aperiti
ua apponūtur. Ultimo notādū ꝙ ama
ra possunt bn̄ cōpetere in discrasia ca.
epatis additis tamē aliquibꝰ stiptícis
cū quibusdā frigidis.

¶ Caplm̄ .ij. de oppilatiōe epatis.

Oppilatio epa/
tis ē
constrictio seu coartatio
seu clausio venaꝝ q̄ sūt
in epate:seu poroꝝ ⁊ fo
aminū q̄ sūt in sba eiꝰ.

Causa. Cā enī aut ꝓuenit ab ex
triseco. aut ab itrinseco.
Si ab extra tūc sūt sicut ē acceptio ci/
boꝝ stipticoꝝ frigidoꝝ grossoꝝ: aut
aliquo mō ineptoꝝ:sicut sūt pira sor/
be caro bouina fūgi:⁊ multa ꝯsilia: ⁊
sicut ē coartatio ⁊ cōpressio frigida ab
aliquo violēto:aut sic sūt vnguēta fri. ⁊
oia cōsilia:q̄ cōprimūt ⁊ mouēt a cir/
cūferētia ad cētrū:aut ēt oia illa q̄ mo
uent a cētro ad circūferētiā dū tamen
ibidē remaneāt inuiscata. Si aūt fue/
rit ab intus aut hoc ē pp epar aut ꝓpt
alia mēbra. Si pp epar aut q̄ vene sūt
stricte a natiuitate:aut pp aliquam de
malis cōplexionibꝰ debilitātibꝰ v̄tutē
digestiuā:quare multa sup̄flua ibidem
coadunātur:aut pp debilitatem v̄tutis
expulsiue:seu segregatiue seu mūdifi/
catiue: ꝓuenit ēt pp malā humoꝝ qua
litatē:⁊ ita oppilat san. rōne multitudi
nis ⁊ grossiciei. ⁊ co. rōne multitudis
⁊ phl'a rōne frigiditatis ⁊ quātitatis ⁊
grossiciei:⁊ viscositatis. ⁊ mel'ia rōne
grossiciei ⁊ quātitatis:⁊ vētositas gros
sa mixta cū humiditate viscosa. Fit āt
aliq̄n lȝ raro pp aliquā excrescētiā ibi
dē natā ⁊ sil'ia:fit ēt pp apostēata. Si
aūt fiat pp mēbra vicina hoc ē q̄ chi/
stis fellis nō bene mūdificauit : aut q̄
splen nō bn̄ depurauit:aut fit pp reten
tionē mēstruoꝝ : aut emoroidaꝝ aut
fit pp humoꝝ abundātiā sicut in mu/
tilatis aut truncatis.

Signa. Uniuersaliter.iiij. sunt
signa oppilationis epa
tis. Primū est qm̄ color faciei nō est in
suo colore nāli imo multipl'r distat: ⁊
iō oēs sūt male colorati ⁊ cachochi/
mie. Secūdū signū ē qm̄ vrina est tenu
is. Tertiū signū ē grauitas in ꝑte de/
xtra iuxta regionē epatis. Quartū si/
gnū est difficultas anhelitus cū ascen/
dūt mōtē aut gradus. Et si oppilatio
fuerit in symo epatis:tūc egestio ē hu/
mida sicut ptisana feculēta aliq̄n sang.
qm̄ epar nō attrahit chilū:⁊ iō peccat
q̄ hūc san. restringūt. Si aūt fuerit op
pilatio in gibbo:tūc egestio ē sicca ⁊ si
fuerit in vtraqȝ ꝑte:tūc egestio ē ꝑtim
sicca ⁊ ꝑtim hūida. Et si fuerit ex san.
color vergit ad rubeū fuscū. Et si fue/
rit ex co. color vergit ad citrinū. Et si
ex phl'ate ad albū:⁊ si ex mel'ia ad ni/
grū liuidū:⁊ si fuerit ex vētositate non
imutat color faciei:nec immutant ege
stiones nec vrina. Cāe extrisece cogno
scūtur ex īdicio ⁊ cū prouenit ex alijs
mēbris discernit ex pas. eoꝝ. Et ē itel
ligendū ꝙ cū videmꝰ epar aliq̄ egritu/

dine infirmari et nō apparet nobis totaliter aliqua cā manifesta: tunc dicimus q ex debilitate epatis procedit: et ego non intelligo debilitatem epatis aliud nisi aliquā malam complexionē dominātem in epate.

Clarificatio. Oppilatio epatis fere mater est oium egritudinū que sunt in epate: oppilatio igitur epatis predicat ydropisim aut apostema aut fe. aut colicam aut fluxum et silia. Oppilatiões igitur sunt diligentissime remouēde.

Cura. Si aūt oppilatio epatis fuerit pp cās extrinsecas abscindant et per contrariū ad tēperiē reducant. Si aūt fuerit pp pas. aliorum mēbroꝝ curent illa sicut opꝫ: et si fuerit pp stricturā venaꝝ epatis nālem tūc detur cibus subtilis in pua quātitate ter aut quater in die. Et si fuerit oppilatio in pte inferiori epatis dent pvocātia ventrē. Et si fuerit in pte superiori dent puocātia vrinā: et si i vtraqꝫ fiat vtrūqꝫ. Medicamina igitur subtiliatiua et apitiua cōpetūt in oppilationibus: nullū āt medicamē forte adhibeatur nisi signis manifeste digestionis apparētibus. In oppilatione antiq cōpetit phloia de basilica. Et si fuerit pp corrugationē venaꝝ dent ea q humectāt sicut lac et silia. Et si fuerit ex ventositate tūc valet balneū et sacellatio facta cū sale: et milio et surfure assis in patella sine liquore: et postea in sacco positis et det vinū albū puꝝ forte vbi sit spicanar. Alias āt causas oēs reducamus ad duas aut ad cām ca. aut ad frigidā. Et si cā fuerit frigida digerat in primis mā cū oxill' diur. aut squill. et purget cum benedicta et theodoricō empiristicon. Et si magis pticulariter volumus pcedere fiat talis sirup. ℞. radi. capparis. feniculi petro. yreos. radi. rubee minoris gētiane brusci. sparagi. graminis apū. radi. aristol. squill. añ. ℥. j. conquassentur in aceto fortissimo p diem et noctē. Deinde. ℞. assari camedreos camepiteos eupatoriij centauree minoris. scolopendrie. añ. ℥. j. et ʒ. spicanar. cinamomi. squinā[t]i calami aromatici. cassielignee anisi marathri. lacce. cuscute. añ. ℥. ij. suc. sumitatū feni. suc. absinthij. añ. ℥. ij. et ʒ. rosa. ru. sandal' muscatellini. spodij. añ. ℥. iij. mell'. lib. j. et ʒ. zucc. lib. ʒ. aceti pdicti ℥. iiij. fiat siru. lib. ij. Iste āt siru. mirabilit valet in oi oppilatiōe epatis et splenis cuius cā est fri. Executor tamen operis pticularis pōt addere et diminuere iuxta conueniētiā etatis et tēporis et ita de aliis pticularibus: Ex quibusdā etiā istoꝝ particularium aut ex multis posset fieri electuariū aut cōditum aut vnguentū aut emplastruꝫ aut bal. aut stupha et similia: et totū industrie medici derelinquo. Et quedā constitutiones tangent inferius in antidotario nostro. Materia āt digesta purgetur. ℞. agarici. ʒ. ij. turbith. polipodij. añ. ℈. ij. spicanar. lacce. zinzib. anisi. mastic. añ. ℈. j. yerap. ʒ. iij. conficiantur cum oxill' squill'. et fiant pille. et exhibeantur post. vij. dies sue confectionis et possūt addi et diminui fm cōuenientiam particulariū. Si aūt causa est ca. procedamus sic. ℞. radic. apij. brusci sparagi. graminis. añ. ℥. ʒ. temperētur per diem et noctem in aceto fortissimo: et tūc. ℞. endi. scar. hortulane nouelle. añ. lib. ʒ. capill' ve. re. ℥. iij. lactuc. nouelle. epatice. scolopendrie. iiij. se. frigidoꝝ. Iterum se. melonis. se. endi. se. scar. et brusci. se. sparagi. añ. ℥. j. lactu

ce.endi. aggrestis. rosa. sandal. musca/
tel. spodij. rasure eboris. añ. ℥. j. aceti p
dicti. ℥. iij. pais zucc. lib. j. mellis ro. ℥.
iij. fiat siru. quasi lib. ij. Si at vellemus
deoppilare sine calefactiõe ꝛ infrĩdatiõe
vel q̃si. tũc cõponat medicamẽ ex end.
ꝛ scariol. agrestib⁹: ꝛ ex rad. apij. ꝛ lu/
pinis amaris. ꝛ camepiteos. ꝛ lac ca. ꝛ
iõ cautela est vt q̃ cãm ignorat. vt so/
lum cũ istis operet ꝛ non decipietur. vl
vtat istis qñ cã medio mõ se hz. Cã at
ca. põt digeri cũ siru. acetoso. ꝛ oxizac.
ꝛ si cã medio modo se haberet digerat
mã cũ oxizac. cõposita. Euacuatio aũt
in cã ca. mirabiliter cõpetit trifera sara.
reubarbarata. purget cũ diareubar. vl
purget sic. ℞. reubarb. ʒ. iij. lacce. spice
nar. agarici. folioꝝ absinthij. añ. ʒ. j. cas
sief. mund. tamarind. añ. ℥. ij. ꝛ. ß. vuaꝝ
pas. mund. abarill. liquir. mund. añ. ℈.
j. conficiant cũ siru. acetoso: ꝛ fiat pill.
Et dieta sit pais bñ coct⁹ ꝛ bñ fermen/
tatus ꝛ cum moderata quãtitate salis.
Uinũ sit claꝝ subtile odoriferum: sz su
matur in pua quãtitate valde qm̃ vinũ
forte sumptũ in mẽsa in magna quãtita
te mirabiliter oppilat faciendo cibum
crudum transire ad epar: nullo mõ bal
neetur nisi stomachus esset vacuus: ꝛ
vitet omnia que oppilant ꝛc̃.

¶ De debilitate epatis.

Ebilitas epatis ꝛ cuiuslibet
mẽbri discernit q: defacili le/
ditur a quocũqz. Si at fuerit
cã nota manifesta sicut ẽ apostema flu
xus ꝛ silia. curent illa sic oz. Si aũt ta/
lia nõ sint ꝛ videt declinare ad calidita
tez vtat malis gra. quoꝝ sapor ẽ simul
acetosus ꝛ dulcis: ꝛ vtat aq̃ ordei. Et
si inueniant misceat grana maloꝝ dul/
ciũ. ꝛ acetosoꝝ: vtat aq̃ ordei vbi bu/
lierint pira aut citonia ꝛ dec cũ vino al.
ꝛ vtatur isto elio. ℞. diadraganti fri. ℥
iij. zuccac. ro. triasand. añ. ℥. j. misceant
tur. ꝛ emplent cũ rof. sand. ꝛ camomil
la: ꝛ põt vti aq̃s bois. Si aũt videatur
declinare ad frig⁹ vtat vuis pas. cũ inte
rioribus suis: ꝛ vtat auellanis ꝛ vtat
isto elio. ℞. diabre. diathos cũ musco.
diacitoniten diaarodõ abbatis. añ. ℥. j.
misceant. Itẽ in isto casu valet lignum
aloes. nux cipressi. spicanar. cinamo.
cassiaf. ꝛ ex istis põt fieri pul. ad ponẽ
dum in brodijs aut in vino: aut põt fie/
ri emplm: aut oleũ: aut elm: ꝛ silia. In
dbilitate igit epatis si est cã ca. vtamur
aromaticis fris stipticis. Et si cã est frã
apponantur aromatica stiptica ca. ita
q̃ discrasia sp indiget cõtrarijs: ꝛ epar
semper indiget stipticis. habet eni sub/
stantiam raram: ꝛ de facili dissolueret.

¶ De dolore epatis.

Uppositis vlib⁹ q̃ corpus sit
mundificatũ ꝛ q̃ vtat bono
regimie si cã vgat ad ca. facel
let cũ rof. sãdal. ꝛ camo. ꝛ melliloto. ꝛ
furfure. ꝛ milio. Et si cã vergat ad frigi
ditatẽ facelletur cũ anthos: ꝛ sticados
ꝛ aniso: ꝛ cimino: ꝛ rof. ꝛ camomilla.
Et est intelligendũ h circa oppilatiões
epatis ꝛ discrasias eius: q̃ ista possunt
applicari in oi casu. scz absinth. cuscute
reub. cinamo. spicanar. coriand. ꝑpa
ratum. Sz fiat talis cautela: qm̃ si ẽ cã
ca. ponantur de oib⁹ istis in parua quã
titate preterq̃ de coriand. ꝛ multa alia
frã ponant in magna quãtitate. Si aũt
causa est frigida minoret coriandum:
ꝛ alia augmentẽtur cum additiõe suo/
rum consimilium.

Clarificatio.

Intelligendũ q̃ cor nõ op/
pilatur tũ q: est in motu ꝯtinuo: tum q:
meatus sunt lati: ꝛ si cõtingeret seque/

retur statim mors. De epate aũt nõ sic: q2 nõ mouet sic nec tales sunt meatus: ⁊ licz vene sint multe valde: ⁊ oẽs for/te non oppilent postq̃ tñ maior pars oppilatur. nihilominus oppilatio dicit ⁊ impeditur penetratio cibi ad mẽbra: qm̃ licz sint multe. nihilominꝰ oẽs sunt necessarie: ⁊ ideo de facili accidit oppilatio in epate: tũ ꝓpter hu. oẽs qui ibi generant: ⁊ pars superior de facili op/pilatur: q2 vene sunt stricte ⁊ angusté si/cut scribitur q̃rto de iuuamentis mem/brorum a Gal. ⁊ inferior ps de facili q2 hu. de facili currũt ad loca decliuia. nõ est ergo mirabile si epar oppiletur licz in eo sint vene multe valde. Scõo no/tandũ q in oppilatione epatis ꝓpt cãz ca. põt esse vrina nigra rõne adustionis ⁊ circulus ⁊ spuma vadũt ad quandã croceitatem. ⁊ in oppilatione epatis ⁊ chistis fellis color oculoꝝ est croceus. ⁊ facies vergit ad citrinitatẽ. ⁊ color niger propter adustionẽ vergit ad luciditatem. ⁊ si est ꝓpter meliam vergit ad terrestritatẽ. Tertio notandũ q splen citius oppilatur ꝓpter hu. grossiciem. ⁊ scõo renes ꝓpter stricturã meatuum ⁊ occursum superfluitatũ. tertio epar ⁊ ratione multitudinis humoꝝ ⁊ ꝓpter stricturam venaꝝ epatis i pte supiori. Quarto notandũ q oppilatio epatis est magis periculosa ꝓpter membri nobilitatẽ sed renũ ẽ diuturnior ꝓpt lon/ginquitatẽ. Quinto notandũ q ex hu/moribus calidis ꝓprie nõ fit oppilatio nisi aut eoꝝ multitudine aut ex cõmi/xtione cũ hũoribus fris. Sexto notandum q vt plurimuz oppilatur epar ex phlegmate. secũdo ex melia. tertio ex sanguine. raro aũt de co. Septimo no/tandum qm̃ licz virtus attractiua membroꝝ sit fortis. nihilominꝰ i oppilatiõe preualere nõ põt vt cibꝰ penetret. ⁊ iõ q2 nõ põt penetrare ad membra causat fluxus ventris longus ⁊ fortis valde. Octauo intelligenduz q vrina ẽ tenuis in oppilatione ꝓpter hoc q2 modicum est qd̃ trãsit. ⁊ nõ est tãtũ q possit vrinã ingrossare. ⁊ iõ in oppilatione epatis semp vrina tenuis q2 aquositas transit rõne subtilitatis sed de humoribꝰ modicum est. Nono intelligendũ q stiptica cõpetunt in oppilatiõe epatis sed tñ in parua quantitate vt confortẽt epar. ⁊ vt rõne sue vehemẽtis raritatis a mundificantibꝰ ⁊ abstersiuis nõ. dissoluat. Ultimo notandũ q phlobia licz infrigidet tñ q2 deoppilat põt cõpetere. potissime in antiquitate ⁊ potissime cũ vrina incipit inspissari.

¶ Capl'm tertiũ de apostẽate epatis.

Apostematum epa/tis q̃dã sũt in simo epatis ⁊ q̃dã i gibbo ⁊ q̃/dã i lacerto q̃ est supra epar. ⁊ q̃dã sunt in mi/rach. ⁊ quedã i venis meseraicis ⁊ q̃dã sunt humorosa ⁊ quedã ventosa ⁊ q̃dã calida ⁊ q̃dã frã ⁊ q̃dã terminãtur p saniem ⁊ q̃dã terminant in duriciẽ ⁊ scli/rosim quedã terminant insensibiliter.

Cause. Cause apostẽatũ epatis aut sũt intrĩsece aut extrisece. Si exteriores sicut casus ꝯquassatio ⁊ sĩlia. Si interiores sic̃ crapula indigestio stõi ⁊ debilitas vtutis digestiue epatis aggregatio hũoꝝ i epate ⁊ malicia mũdificatiõis chistis fell' ⁊ splẽis ⁊ renũ ⁊ itestinoꝝ. Ex his eni cãis ⁊ cõ/formibus apostẽata in epate gñantur.

Signa. Cũ ep apostẽat tũc ista signa ꝯcomitãtur fe. ptinus dolor dextri ypocõdrij ⁊ grauitas

ꝛ malicia decubitus ſupra dextrū latꝰ: ꝛ potiſſime qn̄ apoſtema ē in gibbo: ꝛ ex malicia decubitus ſupra latꝰ ſiniſtꝝ decūbunt igiꝭ ſupra dorſū: ꝛ ibi etiam male. Si apoſtema eſt magnū: ꝛ cum hoc ꝯcomitaꝭ tuſſis ſicca ꝛ vomitus ꝛ ſingultus: ſ; ſm̄ magis ꝛ minꝰ: ꝛ pulſꝰ mollis. Et ſi apoſtema fuerit in parte ſuperiori ſupra lacertū ſeu villū latitudinalē apparet figura longa: ꝛ ſi in trāſuerſalibꝰ, eodē mō: ꝛ ſi vtroqꝫ mō apparet ad modū crucis: ꝛ ſi i gibbo epatis ꝛ ſubſtantia ciꝰ videꝭ forma lune noue. Et ſi apoſtema ē ca. ſe. eſt fortis cū ſiti: ꝛ ariditate lingue: ꝛ forti calore: ꝛ liuore. Et ſi ē cā frigida oīa ſunt remiſſa: ꝛ ſi ē in mirach nō eſt fe. Et ſi ē i venis meſeraicis vrina eſt turbata: ꝛ dolor eſt verſus vmbilicum.

Pronoſtica. Fluxus vētris in apoſtemate epatis malū. Apoſtema epatis. ſ. gibbi terminaꝭ tribus modis: ꝛ per ſudorem ꝛ per vias vrinales ꝛ p fluxum ſan. narīū. Apoſtema qḋ ē i ſima tribꝰ modis poteſt terminari ꝛ p ſudorē. ꝛ p fluxu; ventris: ꝛ p vomitū. Apoſtema qḋ ē in gibbo: peius ē ꝙ̄ qḋ eſt i ſima. Apoſtema durꝝ epatis niſi velociter a principio mediceꝭ peſſimū eſt qn̄ infra duo ſeptenaria cauſat ydropiſim ꝛ non apparet apoſtema per ventrē. ꝛ ita remanet incurabile. cū ergo dicit ꝙ apoſtēa durū epatis nō curaꝭ: verū ē niſi i principio. oē apoſtema epatis generat oppilationem: ꝛ oppilatio indigeſtionē: ꝛ indigeſtio aquoſitatē: ꝛ aq̄ſitas ydropiſim: quare oē apoſtema epatis cā eſt ydropiſis. Si āt apoſtema ſplenis mutetur ad apoſtema epatis peſſimum ē: ꝛ ſi fiat econuerſo: quodammodo eſt bonum.

Cura. Circa curationē apoſtematis epatis intelligendū primo ꝙ in principio debent pōi repercuſſiua potiſſime in ca. ꝛ in augmento cu; repercuſſiuis debemꝰ ponere reſolutiua: ꝛ in declinatione debemꝰ vti mūdificatiuis: ꝛ in ſtatu diſſolutiuis. ꝛ ī q̄libet tp̄e debemus apponere aliqua confortatiua epatis. Secūdo notandū ꝙ nimis infrigidatiua ꝛ ſtiptica nō debemus apponere. q2 cito induraret: ꝛ ita morbꝰ eſſet incurabilis. ꝑpter ydropiſim que ſequiꝭ cito: nec debemus applicare nimius reſolutiua: nec mollificatiua: nec viſcoſa: nec oppilatiua: q2 ſequeretur mors ſicut narrat Gal. xiij de ingenio. caplo. vj. exēplificans in Diogene rectore īperatoris. Tertio aduertendū ꝙ in apoſtemate epatis nō debēt apponi cōſtrictiua vētris: q2 vētris conſtipatio ꝛ ſecū retentio ē multū nociua nec debēt dari nimis laxatiua q2 fluxꝰ ē multū nociuꝰ. Quarto ꝯſiderādū ꝙ cū apoſtema ē in ſima tūc nō debent dari diuretica. Sed euacuari oꝫ mā p ſeceſſum: ſi ꝑtineaꝭ in gibbo tūc oꝫ trahi mā verſus vias vrinales: ꝛ p ſeceſſum mediocriter cū ſuppoſitorijs. ꝛ cliſterijs. ꝛ aquis lenitiuis ꝛ ſilibꝰ. His ḡ viſis in ḡnali in apoſtēate ca. epatis. In primis fiat phlebōia de baſilica: ꝛ ſi nō inueniaꝭ fiat de mediana: ꝛ ſi nō inueniaꝭ fiat de cephalica. Deinde apponanꝭ iſta ſupra regionē epatis. ℞. ſuc. portul. ſuc. plantagi. ſuc. abſinthij. ſuc. virge paſtoris. an̄. ℥. ß. ſpodij. ʒ. j. aq̄ ro. ꝛ aceti. an̄. ʒ. j. ꝛ. ß. miſceanꝭ: ꝛ pāni linei intinganꝭ ꝛ tepidi ſupra regionē epatis apponantur ꝛ frequēter inouenꝭ. Deinde vtatur iſto ſirup. ℞. end. ſcar. epatice. lactuce. capillis ve. re. an̄. ℥. j. iiij. ſe. froꝝ maiorum ꝛ minoru;. an̄. ℥. i. ꝛ. ß. roſ. ſpodij.

sandali muscatellini.añ.ʒ.ij.succi feni. lacce.añ.ʒ.j.aceti al.ʒ.iij. panis zucc. lib.j.fiat sirup.q̃rt.v. Et si calor nō est multū intensus.tūc. ℞.radicis feni.ra/dicis apij.añ.ʒ.ß.spicenar.squanti.añ. ʒ.ij.suc. buglose.suc. absinthij.añ.ʒ.ij. buliant in trib⁹ quart.siru.acetosi.⁊ co letur ⁊ colatura misceat cū sirup.predi cto. Uel posset digeri mā cū oxill.com posito.⁊ sirupo.acetoso.⁊ sirupo vio/larum.⁊ postea ꝙ euacuet cum trife/ra saracenica reūbarbarata. vel cū dia reub.⁊ diaprunis.⁊ cathartico iperiali Uel purget sic. ℞.reubarbar.ʒ.j.spice nard.lacce.añ.℈.ß.cōficiant cuz succo end.⁊ succo absinthij.⁊ dent in mane. Et si videt ibi eē aliqualis compositio hūoris frigidi. Addam⁹ cū p̄dicta me/dicia aloes.agarici.turbith.añ.ʒ.ß.ma sticis.zinziber.salis gēme.añ.℈.ß.cōfi ciantur cū succo end. Sed si mā est pu/ra ca.tūc p̄t laxari faciliter sic. ℞.end. scar.ordei.liquiri.mūde.floꝝ boragis. floꝝ buglose.floꝝ viol.vuaꝝ passaꝝ. iniube.sebesten.añ.ʒ.ij.conquassent ⁊ buliāt in aqua ⁊ colent ⁊ colature ad/datur cassief.mund.tamarind.añ.ʒ.j.⁊ det in aurora vsq̧ ad lib.ß.trib⁹ dieb⁹ continuis iuxta ꝯuenientiā pticulariuz. Postꝙ aūt apostema venit ad augmē tum addant stipticis ⁊ repcussiuis p̄di ctis aliqua resolutiua sicut est assarum squinant.eupatoriū.absinthiū. Et cum venit ad statū dimittam⁹ repcussiua.⁊ apponam⁹ fenugre.assaꝝ.sq̄nāt. absin thiū:⁊ ꝯficiāt cū oleo de mastice.⁊ de citonijs: si apostēa venerit ad saniē q̄ cognitū ē.q꞉ p̄cessit rigor.⁊ fe.augmē/tata est:⁊ ruptura fuit cognita p tremo rem ⁊ nauseam:tūc buliat ysop⁹ ⁊ gen tiana.in ydromelle.⁊ ydromel exhibe atur. Et si apostema sit in gibbo tunc multiplicem⁹ diuretica:s꞉ cū cautela ꝙ in principio addam⁹ cū diur.frigidis si cut ē end.scar.⁊ se.coꝝ ⁊ se. melonū.⁊ postea ascendam⁹ ad radicem feniculi paulatine.⁊ petro. Et deinde addam⁹ assaꝝ spicanard.raḋ.rubee maioris: ⁊ eupatorij.⁊ yreos : ⁊ decoquantur in ydromelle ⁊ applicent ista ab intus ⁊ ab extra. Deinde applicent resolutiua aliqua q̄ dicta sunt: vel fiat istud. ℞.ca momille.mellilotí assari. squinanti.ma sticis.citonioꝝ. fenugre.se.lini. calami aromatici.absinthij.storacis.calamite. rosaꝝ.bdelij.carpob.añ.ʒ.ß.conquas/sent ⁊ buliāt i oleo ⁊ pānus line⁹ i oleo intingat ⁊ supra regionē epatis appo/nant:⁊ ita de alijs bū cōmixtis p̄t fieri empl'm. vtat ordeatū.⁊ aq̄ ordei.⁊ vi/tēt panē quātum erit possibile.⁊ vtatur lacte. ⁊ atriplicibus.⁊ malis granatis dulci.⁊ acrib⁹ que muza appellant: ⁊ vitet simpliciter dulcia. Si aūt aposte/ma fuerit frigidū duꝝ tūc in principio velociter succurrendū:qm̄ postꝙ ē con firmatum non recipit curationem :⁊ co gnoscitur ꝙ est in sima q꞉ non assel/lat nisi cum magna difficultate ⁊ cum magna grauedine. Et si ē in gibbo non potest vrinare bene. In primis igit te/neat venter lax⁹ cū suppositorijs.⁊ cli sterijs.⁊ lenitiuis.⁊ mollificatiuis.⁊ cū cassiafi.⁊ silib⁹. Deinde apponat dia/quilon supra epar. Deinde vtat tali si/rupo. ℞.rad.feni.petro.lilij.gentiane. añ.ʒ.ij.isopi assari.camedreos. absin/thij.end.scar. prascij. ruthe scolopen/drie.costi.añ.ʒ.j.⁊.ß.succi buglose.suc ci feni.añ.ʒ.j.lacce spicenar. squinanti. calami aromatici.cassie lignee.se.endi. se.scar.rosaꝝ vuaꝝ pas.liquir. mūde. añ.ʒ.ß.spodij.mirtilloꝝ sādali musca/tellini.añ.ʒ.ij.aceti al.ʒ.ij.panis zucc.

lib.ß.mellis quat.iij.fiat sirup.lib.j.ꝛ
ß.Deinde in eodē tēpore in quo pota
bit sirupū vtat̄ isto emplastro.℞.fisti
coꝝ pineaꝝ mūd.se.lini.fenugre.vua
rū pas.mūda.caricarū.iuiub.sebesten.
semi.malue.añ.ʒ.j.storacis calamite
bdellij.masticis thuris.assūgie gallina
cee.añ.ʒ.ß.ꝛ fiat emplastrum aut ele/
ctuariū:vel pōt fieri emplastrū de ru/
tha caulibus calamento stercore capri
no ꝛ fenugreco:ꝛ possūt ista oīa em/
plastra cōfici cū oleo decoctiōis.Mā
aūt digesta ꝛ mollificata pōt mūdifi/
cari vel purget̄ paulatine p hūc modū
℞.agarici.turbith.aloes.añ.ʒ.j.spice
nar.squinanti.lacce.se.endi.folioꝝ ab/
sinth.añ.℈.j.cōficiant cū oximel.sqll'.
ꝛ fiāt pil'e:ꝛ si mā sit in gibbo addant̄
medicamina diuretica sicut est radi.ru
bee maioris.assaꝝ.ꝛ squinant.ydro/
mel ꝛ silia:ꝛ diminuat̄ medicina se/
cessiua.Dieta sit brodiū pue pulle.ꝛ
edoloꝝ.ꝛ oua sorbilia.ꝛ brodiū cice/
rū ꝛ vinū albū bn̄ limphatū ꝛ silia pe
netrātia ꝛ facilis d'gestiōis.Si āt apo
stema eēt ex repcussiōe:in primis fiat
phloīa:deinde vomitus cū aqua deco
ctiōis raphani.ꝛ mediani.corticis sam
buci.ꝛ oleo crudo:ꝛ purget̄ cū trisera
sarracenica reubarbarata.Deinde fi/
at emplastrū de endi.ꝛ scar.ꝛ nitro.ꝛ
nasturcio:ꝛ sinapi.Et si apostema sit
in mirach.curet̄ sicut si eēt in gibbo:ꝛ
intēsiora medicamina possumus ap/
ponere.Si aūt apostema fuerit pp me
seraicas curet̄ sicut si eēt infima.Si āt
fuerit pp vētositatē fiāt vētose sine sca
rificatione ꝛ sacellet̄ locus cū milio ꝛ
camomilla:ꝛ fursure ꝛ aniso ꝛ iungat̄
cū oleo de rutha.Si aūt epar fuerit in
scisū dent̄ ro.cū bolo armenico ꝛ aqua
fri.ꝛ fiat emplastrū de balaustia.

Clarificatio. Intelligendū ꝙ lz epar hē/
at mēbra mūdificātia sā.a co.sic ē chi
stis fellis ꝛ splē.nihilomin' aliqn̄ in tā
tū abūdāt hūores isti ꝙ splen mūdifi/
care nō potest:ꝛ ita hūores cum abū/
dant possunt cāre apostema in epate.
Secūdo notādū ꝙ aliqn̄ apostema ē
in gibbo:tn̄ cōpetunt diur.nec ꝓuocat̄
fluxus qꝛ corp' mūdificatū est:ꝛ nō hē
mus aliā viā ꝛ dātur in principio in p/
ua quātitate ꝛ debilis vtutis ꝛ sit in p/
cessu paulatine augmentū:ꝛ cū h semp
apponātur aliqua stiptica epar confor
tantia.Et qn̄ est cā ca.apponātur diu
retica frigida cū paucis calidis ꝛ aro/
maticis ꝛ cōfortatiuis.Et si cā est frigi
da fiat ecōuerso.Tertio notādum ꝙ
epar apostemat̄ frequenti' ex san.quā/
tum est ex abūdātia ꝛ velocius ex co.
quātū est ex eius penetratione ꝛ plus
ex phl'ate quātū ē ex adurētia ꝛ ex me
lācolia quātū ē ex grossicie.Frequēti'
ergo accidūt apostemata in epate de
sanguine:secūdo de co.tertio de phl'a/
te:quarto de melācolia.Quarto notā/
dū ꝙ apostema in pte inferiori epatis
reddit vētrē laxū cum cibus nō possit
ꝑenetrare vsqꝫ ad epar:ꝛ qꝛ vtus at/
tractiua debilitata ē.Si āt fuerit in p/
te superiori aut ē magnū aut puū.Si
puū non ē vēter laxus:qꝛ pōt cib' pene
trare.Si aūt fuerit magnū adhuc vē/
ter ē laxus pp cās pdictas.Si tn̄ alicui
videret̄ ꝙ istud dictū patiat̄ calūniam
pp dicta Ypocratis:dicit eni Ypo.ꝙ
hydrops q̄ ꝓuenit ab apostemate epa
tis est cū retentione fecis qꝛ caliditas
nimia q̄ est in epate rōne apostematis
ꝛ se.trahit hūiditates chilosas ꝛ hau
rit sicut spōgia:nec ēt penetrat ad mē/
bra pp oppilationes sꝫ cōuertit in su/

mũ ꝛ vaporẽ ꝛ includit inter pellicu/ las vẽtris ꝛ cãt tumorẽ ꝛ ita hydropi sim: quare ꝛc. Dico ꝙ quãdo aposte/ mati epatis sequit hydropisis: tũc ven ter est stipticus. Si ãt esset vẽter laxus nõ sequet ita hydropisis: ꝛ ita fluxus vẽtris: põt sequi magnitudinẽ aposte/ matis gibbi: ꝛ tũc nõ est hydropisis: ꝛ si superueniret hydropisis: tũc nõ esset venter laxus: qꝛ cũ mã q̃ deberet con/ uerti in tumorẽ fluit ad exteriora non causatur tumor: ꝛ ita nec hydropisis. Quinto intelligẽdũ quoniã licꝫ aucto/ res cõiter loquẽdo nõ ponãt apostẽa/ ta epatis gnãri nisi ab hũoribꝰ: ꝛ aquo sitatibus: ꝛ vẽtositate: nihilominꝰ põt cãri ex chilo ẽt ĩ epate: qm̃ chilus abũ dat ꝛ ad formã hũoris trãsmutari nõ põt pp epatis debilitatem: aut pp chili mltitudinẽ: tñ cũ venit ad epar aliq̊ mõ disponit ꝛ sbtiliat: ꝛ ita põt aggregari ĩ epate ꝛ corrũpi: ꝛ ita apostẽa cãri: tñ qꝛ h de raro cõtingẽtibꝰ iõ nõ posuerũt auctores. Sexto notãdũ ꝙ in apostẽa tibus ca. epatis vrina est ĩtẽsa ꝛ licꝫ de bilitas digestiue remittat: ꝛ ita deberet eẽ remissa: tñ qꝛ tal' debilitas ꝓuenit a calore: iõ ĩtẽsa ẽ pp admixtionẽ alicuiꝰ portionis colere. Septio aduertẽduꝫ ꝙ in apostẽatibꝰ epatis vrina ẽ spissa ꝛ cõfusa ꝛ liuẽs pp hñoꝝ ebullitionẽ: ꝛ pp pturbationẽ ꝛ fe. ꝛ licꝫ oppilatio causet tenuẽ. Veꝝ ẽ qñ nõ ẽ fe. nec hũo rũ pturbatio: ꝛ licꝫ ĩ apostẽate sit: nihi lominꝰ ibi ẽ ebullitio ꝛ pturbatio ꝛ fe. ꝛ istud fac ad eliq̃tionẽ mãe nõ obstã/ te oppilatiõe. Octauo ĩtelligẽdũ ꝙ cũ in apostẽate epatis cibꝰ ad epar pene/ trare nõ põt tũc multiplicant feces ꝛ minorat vrina: ꝛ si penetrat fit ecõuer/ so. Nono notãdũ ꝙ in apostẽate epa/ tis vrina ẽ liuẽs rõne fe. ꝛ infectiõis ꝛ mortificatiõis. Decio ꝯsiderãdũ ꝙ in apostemate in pricipio corpe plectori co exñte dꝫ fieri phloĩa õ basilica eius dẽ lateris: qꝛ ibi ẽ sufficiẽs oppositio si cut ẽ supiꝰ ꝛ ĩferiꝰ: ꝛ nõ dꝫ fieri de pte si nistra: qꝛ tũc eẽt duplex oppositio ꝛ in phloiando nõ debemꝰ trãsire duas no tabiles oppõnes ſm Auic. Undecimo notãdũ in apostẽatibꝰ epatis ꝛ potissi me ca. bñ cõpetũt repcussiua nec talia oppilãt ꝛ ꝯstrigũt nec ĩgrossãt: ꝛ qꝛ po nũt ĩ pua q̃titate ꝛ cũ qbꝰ dã dissolutis

¶ Caplm. iiij. de fluxu san. ab epate.

F Luxus san. epaticus ẽ fluxus ventris sanguineus virulentus veniens ali/ quãdo ab epate: aliquã do ab aliĳs membris.

Cause. Cãe ãt aut sũt extrinsece aut ĩtrĩsece. Si ãt fuerint extrĩsece tũc sũt sic̃ casus pcussio vite suauitas ꝛ ociũ ĩ eo q̃ ꝯsueuit exercita ri ꝛ mẽbroꝝ mutilatio ꝛ silia. Si ãt ve nerit a cãis ĩtrinsecis tũc aut ꝓuenit ab epate aut ab aliĳs mẽbris: ꝛ si ab aliĳs mẽbris tc̃ põt ꝓuenire a stõ aut a venis meseraicis aut ab ĩtestinis aut pp retẽ tionẽ mẽstruoꝝ aut emoro. aut aposte mata q̃ vicinãt apati aut pp totũ corpꝰ Si ãt venerit pp epar: tc̃ ꝓuenit pp. iiij. cãs aut pp apostẽata aut pp debilitatẽ ṽtutis ꝯuersiue ĩ sã. ita ꝙ chilꝰ nõ ꝯuer titur ĩ puꝝ sã. ꝛ ita mẽbra illud abhor rẽt ꝛ tũc virtꝰ expulsiua mittit ad ĩtesti na. Tertio accidit pp oppilationẽ ita ꝙ epar bñ digerit: sꝫ sã. nõ penetrat ad mẽbra aut qꝛ mẽbra ñ ĩdigẽt aut qꝛ pe netrare nõ pt ꝛ tũc rõne more denigra tur ꝛ videt ꝙ sit sic̃ frustrũ carnis aut sãguisuge. Quarto accidit pp aptionẽ vẽaꝝ ꝛ h accidit pp tres cãs aut ꝯ vẽa

scinditur aut q corroditur aut frangit ꝛ aperitur ꝛ de h stat versus. Diabrosis venas corrodit rixis easdē. Findit anathemasis has aperire facit. Intelligendū est circa istā mām ꝙ ista mā partiꝫ ptractata est supius capitulo de fluxu vētris. Intelligendū etiā ꝙ iste fluxus diuersificat multis modis ex parte quātitatis: qm̄ aliqñ est multus aliqñ est puus ꝛ ex pte qualitatis: qm̄ aliqñ est clarus: aliqñ ē virulētus aliquādo saniosus ꝛ diuersificat ex pte sube qm̄ aliqñ est subtilis aliqñ grossus: ꝛ etiā ex pte odoris: qm̄ aliqñ ē fetidus aliqñ grauis odoris aliqñ nō ꝛ diuersificatur ex pte loci: ꝛ h multipliciter dictū est. Qui igit pticulariter vellet cōsiderare spēs hui⁹ fluxus sūt multe valde ad que narrādū nō sufficeret pñs dies sed ista sufficiant cā breuitatis: quia circa breuitatē laboramus.

Signa. Si aūt fuerit ex causis extrinsecis h hētur idicio e patiētis: ꝛ si fuerit ab aliis mēbris hoc hētur ex indicio ꝛ passionib⁹ mēbroꝝ: ꝛ pp dolorē ꝛ grauedinē pticule patiētis: qm̄ si ē a stomacho ē dolor ꝛ aggrauatio ꝛ idigestio circa stōachū ꝛ ita de itestinis ꝛ aliis mēbris. Et si ē ex apostemate ē ibi se. Et si venerit pp debilitatē virtutis digestiue epatis fluxus ē sicut lotura carnis. Et si ē pp oppilationē sanguinis vergit ad nigredinē ꝛ ē coagulatus: ꝛ si venerit pp venas si sint apte aut fracte: tūc ē multus aut clarus ꝛ venit subito ꝛ velociter: ꝛ si fuerit pp corrosionē ꝛ scissurā: tc ē virulētus turbidus ꝛ venit paulatim: ꝛ si pp apostema ē ptim saniosus. Differētia āt inter fluxū epaticū ꝛ fluxum intestinoꝝ ꝛ alioꝝ mēbroꝝ h ē: qm̄ fluxus epaticus ē sine dolore ꝛ piodat: ꝛ post egōnē ꝛ apparet q̄dā pmixtio: ꝛ si veniat a stōacho egō ē chilosa: ꝛ grauedo ē in stōacho: ꝛ si puenit a venis meseraicis: tūc nō apparēt signa debilitatis epatis: ꝛ si pueniat ex frigiditate videt sanguis putrefact⁹ ꝛ modicus fetor: ꝛ si ē ex caliditate fetor est maior ꝛ putrefactio ꝛ nigredo maior ꝛc.

Pronostica. Pronosticatio āt cadit h quo ad curationē. Regula āt gnālis ē h ꝙ in quolibet fluxu ꝛ in oī colera q̄ egreditur a corpe ꝙ nullus fluxus quātuncūqꝫ de natura sui prima fronte videatur maliciosus quod nō restringatur si fuerit cū alleuiatione ꝛ cū bona tollerātia: ꝛ etiam si esset sinthomaticus nō debet subito restringi: sꝫ paulatine si v̄tus valeat tollerare.

Cura. Si aūt fluxus vētris sanguineus venerit pp aptionē ꝛ fracturam venarū: fiat in primis phlobotomia de epatica vtraqꝫ. Deinde fiāt vētose inter spatulas cū scarificatione. Deiñ subt⁹ māmill' ꝛ inungat dieta sāguinis igrossatiua: sicut sūt iuiube risi miliū panicū lētes sine cortice: prima aqua abiecta: oua cocta in aceto: fabe cū aceto lactu. ꝛ siliq. Nūc āt intelligēdū circa istā mām ꝙ oīs fluxus cā breuitatis pōt reduci ad duas cās. s. ad calidā ꝛ ad frigidā. ꝛ si fueit cā ca. curet cū his medicamib⁹ sūptis: siue ab int⁹ siue ab extra siue supi⁹ siue ifert⁹ ɜm diuersitatē pticule patiētis ꝛ h ɜm diuersos modos vtēdi: sicut frequēter tactū est. Mālia āt sunt hmōi. s. bolus armenic⁹ terra sigillata. sā. dra. hypoquistidos acacia. psidia. balaustia. mirtilli. berberis ro. sādal'. plātago. v̄ga pastoris. bedegar. galle ꝛ mlta psilia: cū paucis ca. stipticis: ꝛ si cā fueit fri. medicet cū istis

.f.mastic: thure storace. calamite. am/
bra. nuce cipressi ꝛ folijs ei⁹: ꝛ gariof.
ꝛ aniso asso. ꝛ nasturcio asso ꝛ silib⁹.
ꝛ ꝙ apponātur aliq̄ pauca fri. stiptica.
Aduertēdū ē h̄ de quodā medicamine
ꝙ indifferēter curat oēm fluxū si cura
ri debeat p̄ medicamina supposita tñ
cōpetēti dieta ꝛ ꝙ corp⁹ sit mūdifica/
tū. ℞. spodij. rasure eboris. añ. ℥. j. alu
minis scisi se. canabis. añ. ℥. s. rosaruꝫ
ru. electaꝝ. margaritaꝝ. corali al. ꝛ ru.
sandal. muscatelini. charab. san. drag.
ambre grisie. añ. ℥. ij. cōficiant cū siru.
mirtino ꝛ fiant trocisci: ꝛ cū volueris
vti distēperent cū lacte ꝛ dent. princi/
paliter: istud medicamē valet cōtra flu
xū sanguineū epaticū: ꝛ secūdario con
tra stomachū. ꝛ p̄ cōsequēs valet in oi
fluxu nisi fluxus esset pp̄ oppilationeꝫ
ꝛ valet oppilatione remota ꝛ corpore
mūdificato vt dictum est.

Clarificatio. Intelligendū ꝙ fluxus pp̄
vulnus ꝛ corrosionē ē magis imūdus
ꝛ virulētus q̄ ille q̄ venit pp̄ aptioneꝫ
ꝛ rupturā venaꝝ pro tāto qꝛ in venis
magnis ē plus de calore ꝛ spiritu. In
venis aūt puis min⁹ est: preterea corro
sio fit magis i venis puis: ꝛ iō sanguis
ē magis virulēt⁹ rōne cāe iducētis cor
rosionē ꝛ rōne aggregationis supflui/
tatū in loco. Secūdo notādū ꝙ flux⁹
dissintericus plus fit ꝛ frequēti⁹ de san.
co. rōne accñtis ꝛ postea ex san. rōne
multitudinis ꝛ postea tardi⁹ ex phl'ate
qꝛ humor frigidus ꝛ viscosus. ꝛ tardi
us ex melīa qꝛ humor terre⁹. Tertio
intelligēdū ꝙ fri. multū intēsa p̄ cōpa/
ratione ad virtutes corpis causat flu/
xū dissintericū: qꝛ debilitat virtutē di/
gestiuā ꝛ cōtētiuā: sed frigiditas tēpe/
rata totū ꝯfortat ꝛ restringit. Ultio no
tādū ꝙ in fluxu epatico dissinterico re
media exteriora debēt pōi supra regio
nem epatis: non alibi: qꝛ nocumentum
ita percutit neruos. In declinatione au
tem corpore mundificato bene potest
competere in parua quantitate. ⁊ ideo
volunt auctores ꝙ in omni egritudine
neruali abstineāt patientes a vino a pri
cipio ad minus per. xl. dies: imo etiaꝫ
suspecti omnino abstinere debēt. ⁊ hoc
intelligitur in morbo complexionali:
in morbo cōmuni non haberet locum.
Decimotertio aduertendum ꝙ oxill'.
potest competere ī istis pas. dum tamē
materia nō sit reumatica: nec nocet ace
tum qꝛ sunt in radice ca. vt mel. qꝛ pe/
netrat ⁊ subtiliat ideo potest compete
re. Et iuxta hoc intelligendū ꝙ in pas.
iuncturalium proprie loquendo nō est
tumor de quo sit curanduꝫ. sed qꝛ ma/
teria conuertit se ad neruos ⁊ loca ꝓ/
xima tunc apparet ibi tumor. ⁊ tunc ar
tethica posset appellari gutta: ⁊ ita ge
nus habet duo nomina vt dictum est.
Decimoquarto intelligendum ꝙ phlo
botomia ⁊ bal. non competunt directe
in artethicis pas. quoniam reddunt hu
mores cursibiles. ⁊ ideo tardemꝰ quā/
tum poterimus ⁊ permittamus mate/
riam maturare. Si autem competat
phlobotomia hoc est quando corpus
plectoricum est: ⁊ pas. est de sanguine.
⁊ virtus est fortis: ⁊ ita de alījs parti/
cularibus. Bal. autem non competit ni
si in declinatione ⁊ ꝙ corpus sit mun/
dificatum: ⁊ ꝙ bal. sit ca. ⁊ sic. vt dictū
est. Et iuxta hoc intelligendum ꝙ coi/
tus non competit cum reddat hu. cur/
sibiles ⁊c. Ultimo intelligendum ꝙ in
istis pas. proprie non est tumor: qꝛ mē/
bra in quibus fundatur ista pas. nō sūt
bene dilatabilia: ⁊ si accidat hoc est qꝛ
humores currunt ad loca vicina q̄ sūt
magis dilatabilia: sicut est caro ⁊c.

¶ Capitulum. xx. de exitu vmbilici: dislocatione: varicibus: ⁊ dolore dorsi.

Umbilicus augmentatur propter multas causas: aut propter apostema quod est sub cute: aut propter rupturam panniculi: aut quia caro est augmentata subtus vmbilicum: aut quia ibi est humiditas aut vētositas: aut propter ydropisim: et omnes isti modi: aut non recipiūt curationem: aut manu cirurgica curantur: et ideo restauratoribus derelinquo.

¶ De dislocatione.

Dislocatio fit aliquando propter spasmum de inanitione: et curetur sicut illud. et aliquādo fit propter apostema: et curetur sic illud: et causatur ex humiditate lubricante: et hoc est vt plurimum. et tunc accipiatur rutha: castoreum: euforbium: piretrum: nux cipressi: anisum: ciminū: et buliant in oleo: et cum illo oleo inungatur frequenter.

¶ De varicibus.

Varices non recipiunt curationem. et si curātur in principio fiat phlobotomia vomitus: et euacuetur humor colericus cū fortitudine. et fiant cauteria et incisiones. et sunt periculose etc.

¶ De dolore dorsi.

Si venerit ex aliquibus pas. curent illa prius et si non fricet dorsum fortiter. Deinde inungatur cum oleo de lilio. habet enim oleū de lilio hanc proprietatem quoniā dolores antiquos dorsi et capitis curat. et si corpus eēt mūdificatū tāto melius.

¶ Caplm. xxi. de antidotis et medicaminibus que valent in passionibus a capite vsque ad pedes.

¶ Caplm. i. de passionibus capitis vsque ad pectus.

Digestiuum in pas. frigidis cap. ℞. vtriusque saluie. vtriusque calamenti: maiorane: basiliconis: peonie: an. ℥. ij. se. maiorane: se. basilicōis: anisi: maratri: an. ℥. i. fiat siru. Medicamen purgans hu. frigidos. ℞. agarici: turbith: an. ʒ. ij. pulpe coll. ʒ. i. mastic. zinzi. anisi: cinamo. bdelij: salis gēme. an. ℈. ij. cōficiant cū oxill. diur. et cū vti volueris fiāt pill. et accipiat a. ʒ. ij. vsque ad. iij. scd'm cōuenientiā particularium. quoniam pulpa coll. est fortis medicina valde.

Caputpurgiū. Purgetur corpus. deinde caput sic. iniiciatur in naribus succus maiorane tepidus: vel succus mediani corticis sambuci vsque ad duas guttas vel tres. Uel fiat istud cōpositum. ℞. myrrhe: nucis muscate: nigelle: an. ʒ. ij. sal armoniaci: pulpe coll. an. ʒ. i. puluerizētur et conficiant cū oleo ro. et fiāt trocisci. et cū vti volueris distempent vna modica portio cū lacte mulieris puellā nutriētis et in naribus iniiciat. Si autē volumus directius operari buliat zinziber in vino al. puro forti. et istud vinū de mane quotidie frequenter per nares supius attrahat. et si ita facere nequerit stet resupinus et alter de isto vino tepido proiiciat per nares. et si teneat os plenū aqua tanto melius etc.

¶ Contra passionem capitis.

Medicamen contra pas. ca. capitis odoret rosas: sandal. cāphoram. nenuphar. aqua ro. quia materia existens in capite bene di/

geritur per odores. Deinde vtatur isto sirupo. ℞. siru. ro. viol. nenuphi. siru. acetosi: ana. lib. ʒ. misceantur. Deinde pur. cum elio de succo ro. deinde si caput est calid. ⁊ non possit dormire. distemperetur farina papaueris cū oleo ro. ⁊ oleo salic. ⁊ nenuphi. ⁊ aqua ro. lacte mulieris ⁊ modico aceti. ⁊ pannis duplicatus imponatur fronti ⁊ timporibus: ⁊ de isto medicamine ponat in foraminibus narium. ⁊ odoret istud medicamen ⁊ attrahat anhelitum per nares quoniam istud facit mirabiliter ad infrigidationem capitis interius in profundo. Deinde si volumus purgare caput resoluatur camphora. sandal. in aceto squill. ⁊ oleo ro. ⁊ vna gutta vel due in naribus instillentur.

¶ Pillule ad caput.

Pillule suauiter purgantes caput quasi ab omnibus hu. sꝫ de phlegmate plus. ℞. turbith. aloes: añ. ℥. ʒ. pulpe coll. diagredij: añ. ʒ. j. mastic. ʒinʒib. anisi: bdelij: cinamomi: foliorum absinthij: foliorum mente: añ. ℈. ij. conficiantur cum ydromell. ⁊ dentur. ʒ. ij. vel. iij. iuxta conuenientiam particularium.

¶ Ad melencoliam purgandaꝫ.

Medicamen purgans melencoliam. ℞. agarici: epithimi. foliorum sene. cortic. mirabol. indorum bene gumosorum: ana. ʒ. ʒ. lapid. armenici nonies abluti. ʒ. ij. spice nar. marat. mastic. cinamomi: foliorū absinthij. salis gēme: añ. ℈. j. conficiantur cum oxill. squill. ⁊ exhibeatur ab ℥. ʒ. vsqꝫ ad. ℥. j.

¶ Medicamē purgans oēs hūores.

Medicamen purgans omnes humores. ℞. bora. fumi terre. absinthij. liquir. mund. vuarum pas. mund. abarill. añ. ℥. j. fiat decoctio ⁊ in decoctione distemperentur cortices omnium mirabol. bene gūmosorum: añ. ℥. iij. fricent lento igni ⁊ colentur ⁊ colatura detur in aurora vsqꝫ ad. ℥. iiij. ⁊ si volumus plus euacuare de colera addamus cassiafi. ⁊ tamarind. ⁊ si plūs phlegma addamus turbith. ⁊ aloes. ⁊ si plus de melencolia addamus agaricum ⁊ lapidem lazuli. ⁊ reprimātur iuxta naturas suas sicut docet Eben Mesue.

¶ Ad dolorem capitis antiquum.

In dolore capitis antiquo corpore mundificato. ⁊ bono regimine supposito multum valet oleum de lilio si caput inungatur.

¶ Medicamen in passionibus oculorum.

Medicamen in passionib⁹ oculorum sicut ē obtalmia de materia ca. cum magno dolore. ℞. memite: dragaganti: gummi arabi. infusorūꝫ: olei ro. olei mandragore. albuminis ouorum: ana. ʒ. j. conficiātur cum aqua ro. aut aqua papaueris: aut cum aqua coriand. ⁊ vna gutta oculis instilletur corpore tñ mundificato.

¶ Medicamen obtalmie.

Medicamen in obtalmia antiqua cum vlceribus difficilis consolidationis. ℞. aloes abluti: tucie parate: sarcocoll. nutrite: ceruse ablute: añ. ʒ. j. nitri combusti: myrrhe: dragaganti combusti: ana. ʒ. ʒ. conficiantur cum al. ouorum: ⁊ aqua ro. ⁊ fiat collirium ⁊ vna modica gutta oculis instilletur.

¶ Medicamen in doloribus antiquis oculorum.

M Edicamen qd valet in doloribus antiquis oculorum. ℞. climie lote. eris vsti. ceruse lote: acacie lote: ana. ʒ. j. opij: licij: castorei: croci: aloes: an. ℈. j. conficiantur cum mucillagine. gumi arabi. & aqua ro. & fiat collirium: & vna modica gutta in oculis instilletur.

¶ In constrictione lachrymarum.

M Edicamen ꝯstringens lachrymas & acuens visum quando causa est ca. & corpus mundificatum. ℞. tucie parate sicut oportet: anthimonij. myrrhe: carimie. auri: argenti: corallii: margaritarum perforatarum corticis thuris: an. ℈. ij. puluerizentur. in vltimo deinde apponatur camphore. ʒ. ß. musci grana. vj. & conficiantur cum aqua pluuiali vbi temperati fuerint myrtilli: & sumach.

¶ In albugine.

M Edicamen qd valet contra albugines maculas. & albedies ℞. cancri marini adusti: pulpe coll. zinzib. ossis sepie: nit. salis gemme: piperis: spume maris: corti. ouorum a quibus exiuerunt pulli. stercoris lacerte viridis: margaritarum: an. ʒ. j. fiat puluis subtilissimus. & modica quantitas oculis instilletur & curat omnem maculam curabilem si corpus fuerit mundificatum.

¶ Ad corrosionem palpebrarum.

M Edicamen contra corrosiões palpebrarum. ℞. climie argenti. ʒ. j. vitreoli. ℈. j. conficiantur cum aqua pluuiali: & modica gutta corrosioni applicentur.

¶ De illis qui vident de longe & non de prope.

M Edicamen qd valet illis qui vident de longe & non de prope. ℞. fellis corui. ancipitris: perdicis: gruis: mellis collati: ana. ʒ. j. olei de balsamo. ʒ. ij: misceantur & quotidie oculis instilletur.

¶ Medicamen acuens visum.

M Edicamen qd valet medicis vt possint videre contenta in vrina: & q sciant bene discernere de coloribus. & valet barbitonsoribus vt possint percutere in medio vene: & valet lectoribus & monachis vt sciant legere litteras minutas. ℞. tucie parate sicut oportet. climie auri & argenti: eris vsti: ceruse lote: spuma maris. salis gemme: salis armoniaci: trium granorum piperis: gariofi. an. ʒ. j. camphore. ℈. j. conficiantur cum aqua eufragie montane. & quotidie mane & sero oculis instilletur: & facit mirabilia in homine boni regimis aliter totum gaudium transit.

¶ In dolore aurium.

M Edicamen contra dolorẽ aurium ex sanie & vlcere. ℞. myrrhe: olibani: nit. galbani: ana. ʒ. ij. suc. papaueris al. amigd. amararum excorticarum: an. ʒ. j. conficiantur cum aceto. & fiant trocisci. & si dolor fuerit vehemens clamosus distemperetur cum oleo rosa. & lacte mulieris. & modico opio. & auribus instilletur. Et si non est tantus dolor distemperetur cum aceto albo. & infundatur.

M Edicamen cõtra dolores antiquos aurium cum est ibi sanies. ℞. capitis malorum gra. & corticis eorum: aristol. vitrioli: galle. cortic. thuris: myrrhe: olibani: aluminis: ana. ʒ. ij. conficiantur cum aceto. & fiant trocisci.

¶ Ad tinnitum auris.

Edicamen ꝯ tinnitū ⁊ ꝯ paſ.
m antiquas aūriuz. ℞. vtriuſq;
elli caſtorei myrrhe. ſe. ruthe
aniſi. marat. maſtic. thur. cōficiant cuz
aceto. ⁊ auribus inſtilletur.

¶ Contra humiditates aurium.

Edicamē ꝯ hūiditates ſuper
m fluas auriū. ℞. ſcoriā ferri. ab
luatur cū aceto. Deinde deſic
cetur. deinde fortiter conterat. ⁊ p hūc
modū fiat. ix. deinde buliat in aceto do
nec venerit ad ſpiſſitudinem mellis. ⁊
vna gutta auribus inſtilletur.

¶ Ad eradicandum verrucas.

Edicamen ad eradicādū ver/
m rucas ⁊ excreſcētias vbicūq;
fuerint in toto corpore. ℞. ſa/
lis armoniaci. vitrioli vſti corticis thu
ris. myrrhe. añ. ʒ. j. fiat pul. ⁊ cū aceto
fiant trociſci. ⁊ cū vti volueri[m]9 fricen
tur excreſcentie fortiter ⁊ parū de iſto
medicamie deſup appōat. iſta tñ opa/
tio fiat p9 euacuationē rōne doloris.

¶ Contra corroſiones dentium.

Edicamen contra corroſiōes
m dentiū ⁊ dolores. ℞. piperis
piret. lactis titimali. galbani.
ſtoracis. calamite. añ. ⁊ fiat confectio.
⁊ dens illiniatur.

¶ Ad dolorem dentium.

Edicamē ꝯ dolorē dētiū pul/
m ſatiuū. ℞. pulpe coll. aloes.
buliant diu in oleo ⁊ aceto in
vaſe ferreo. ⁊ vna gutta inſtilletur i au
re que eſt ex parte doloris.

¶ Cauterium in dolore dentium.

Auteriū qd valet i dolore dē
m tium qñ oia medicamina deſi
ciunt. Accipe duas acus lon
gas de ferro. ſeu calibe ⁊ igniant ⁊ ap
plicent denti dolenti per cōcauitatē ali
cui9 calami. ⁊ poſtea aliā ſic ⁊ deiceps.

¶ Ad firmādū ⁊ dealbādū dentes.

Edicamē dealbans ⁊ confor
m tans gingiuas. ℞. ſalis gem/
me. ⁊ miſceat cū melle. ⁊ lige
tur in charta ⁊ proiiciat ſupra prunas.
⁊ igniatur ſicut carbo. Et deide extin/
guatur in vino ⁊ deſiccet ⁊ puluerizet
℞. huius ſalis ſic parati. ℥. ſ. myrrhe.
ſpume maris. cinamomi. nucis cipreſſi
florum ſquināti. ligni aloes. añ. ʒ. ij. fiat
puluis. ⁊ ponat in ſacculo. ⁊ fricentur
dentes. vel conficiantur cum melle. ⁊ il
liniantur ⁊c.

¶ De confortatione dentium.

Edicamen confortans dentes
m ℞. maſticis: thuris: cornu cer
ui aduſti: nucis cipreſſi: radi/
cis centauree. capill ve. aduſto℞. pul/
uerizentur ⁊ miſceant cuz melle. ⁊ cera
⁊ oleo: ⁊ fiat cōfectio ad modum vn/
guenti. ⁊ illiniantur dentes.

¶ Caplm. xxij. de antidotis que valēt contra paſſiones ſpiritualium.

MEdicamen digerens mām frām in cōcauitate pectoris cōtentaz
℞. rad. yreos. liliij. iſopi.
añ. ʒ. j. praſſij. ʒ. ſ. fenu. liq. mūd. vuarum
paſ. mund. abarill. caricarum: dactil. añ.
℥. j. mell. lib. j. fiat ſiru. Mā digeſta pur
getur ſic. ℞. turbith. ʒ. ij. agarici. ℥. ſ. li
quir. mund. zinzib. al. maſticis. ſalis gē
me vuarum paſſa. mund. abaril. añ. ℈. j.
conficiantur cum ydromell. ⁊ fiat pill.
⁊ exhibeantur eūti dormitū ſtomacho
vacuo. Si aūt mā calida dominetur in
ſpiritualibus digerat ſic. ℞. capill. ve
re. lib. ſ. iiij. ſe. frigi. añ. ℥. j. florum nenu/
phari. florum viol. añ. ℥. iij. panis zucca.
lib. j. fiat ſiru. Deinde purgetur ſic. ℞.

oꝝ boꝝ. floꝛũ viol. liquir. mũd. vua/um passa. mũd. abarił. añ. ℥. j. fiat de/coctio ⁊ in decoctione distemperentur cortices mirab. cit. bene gumosoꝝ. ℥. j. fricentur ⁊ colentur. ⁊ colature addat cassiaf. mũd. ℥. j. ⁊ detur i auroꝛa. Uel purgetur sic in tẽpoꝛe hyemali. ℞. reu/barba. aloes. añ. ʒ. j. diagrediũ. ℈. j. mastič. spicenar. liquir. mund. iuiubaꝝ. añ ℥. j. conficiã ur cũ siru. viol. ⁊ fiãt pilł. ⁊ exhibeantur in pꝛincipio noctis.

¶ In pꝛincipio squinantie.

m Edicamen quod valet i pꝛincipio squinantie ⁊ relaxatiõe vuee: ⁊ duaꝝ amigda. si cã fuerit ca. ℞. gallaꝝ viridiũ. sumac: mirtilloꝝ: psidie. balaustie: liquiri. mund. vuaꝝ passa. añ. ℥. j. conquassent ⁊ bu/liant in aqua pluui. ⁊ fiat gargarisma. Si ãt fuerit causa frigida. ℞. masticis. thuris. laudani. myrrhe. liquir. mund. vuarum passaꝝ. caricarum. añ. ℥. ij. fi/at decoctio in aqua. ⁊ fat gargarisma.

¶ Ad stringendum fluxum humoꝝ.

m Edicamen quod valet ad re/stringendum fluxum humoꝝ ca. a capite ad pect⁹ ⁊ mem/bꝛa subiecta. ℞. se. papaueris albi. co/riandi. dꝛagaganti. infusi. amigd. succi liquir. añ. ʒ. i. conficiantur cum siru. mirtino. ⁊ fiant pillule: ⁊ teneantur in fauci bus hincinde. ⁊ potissime quãdo doꝛ/miet cum tunc magis fluat reuma. Et si materia esset frigida. ℞. mastič. thuris myrrhe. nucis cipꝛessi: stoꝛacis: calamite: liquir. mũde vuaꝝ passaꝝ iuiubaꝝ añ. ʒ. i. conficiantur cum ydromelle: ⁊ fiant pillule: ⁊ teneant in oꝛe vt dictũ ẽ.

¶ Contra asperitatem gutturis.

m Edicamen contra asperitatez gutturis. ℞. dꝛagagãti. gumi arabi. ĩfusoꝝ: liquir. mund. ⁊ suc. eius vuaꝝ passaꝝ munda. abarilł. iuiubaꝝ. añ. ʒ. iij. se. papaueris al. ʒ. ß. dactił. myrrhe. masti. thuris. añ. ℥. j. cõficiantur cum ydromelle. ⁊ fiant pilł. ⁊ teneantur in faucibus.

¶ Contra sputum sanguinis.

m Edicamen contra sputuz sanguinis. ℞. semi. poꝛtu. se. pa/paueris al. rosarum spodij. coriand. pꝛeparati. sumac. berberis. aca/cie. mirtilloꝛum succi liquir. iuiubaruz vuarum passarum mũdarum abarilł. añ. ʒ. j. conficiantur cũ mucillagine dꝛagaganti facta in aq̃ rosata ⁊ fiãt pilł. ⁊ teneantur sub lingua. aut sub faucibus.

¶ Contra tussim siccam.

m Edicamen cõtra tussim ex siccitate. ℞. amig. dul. dꝛagagã/ti gumi arabici candi penidij. succi liquir. dactił. iuiubarum. vuarum passarum mundarum abarillis. se. pa/paueris al. se. lini toꝛrefacti. añ. ʒ. j. conficiantur cum ydromelle: ⁊ fiãt pilł.

¶ Contra tussim humidam.

m Edicamen cõtra tussim de cã frã. ℞. ysopi yreos cinamo/mi maratri fisticoꝝ amigd. dulciũ. añ. ʒ. ij. stoꝛacis calamite oliba ni. añ. ʒ. ij. conficiantur cuz ydromelle: ⁊ fiant pillule.

¶ Ad vlcera pulmonis.

m Edicamen contra vlcera pulmonis: saniem ⁊ sputum san/guinis. Recipe cinamomi co/sti galbãi castoꝛei melano piperis macropiperis. añ. ʒ. iij. stoꝛacis calamite: liquiricie munde dꝛagagãti. oñ. ʒ. j. opij croci. añ. ʒ. ß. conficiantur cum ydro/melle: ⁊ fiant pillule.

¶ Pꝛo sanguine cõgelato in pectoꝛe.

m Edicamen contra sanguinem congelatũ in pectoꝛe. Recipe

yreos ysopi liquiricie munde aristolo gie fenugre.añ.ʒ.ij.piperis myrrhe.añ ℈.j.conficiant cũ ydromell.ꝛ fiat pill.

¶ Contra tremorem cordis.

m Edicamen contra tremorem cordis. ℞.florum boraginum florum buglose.añ.℥.ij. cinamomi spicenar.gariof. doronici. nucis musca.añ.ʒ.j.conserue citrãgulorũ.℥.ß.panis zucchari quantũ sufficit ꝛ fiat electuarium ꝛc.

¶ Capitulum.xxiij.de antidotis que valent in passionibus stomachi epatis ꝛ splenis ꝛ similium.

M Edicamen digerens materiam frigidam in stomacho. ℞.radic. brusci sparagi graminis añ.℥.ij. succi mente.suc. absinthij. añ. quart.j. maiorane. basiliconis. añ.℥.i.mellis rosati:lib.i.fiat sirupus. Materia digesta purgetur sic. ℞.vuarum passarum mundarum abarill. florum boraginum.florum violarum polipod.liquir.añ.℥.i. turbith.ʒ.ij. anisi.℥.ß. fiat decoctio: ꝛ in decoctione temperentur cortices mirabolanorum cheb.℥.i.ꝛ.ß. fricentur lento igni:coletur ꝛ colatura detur in aurora. Si autem materia eẽt calida digeratur sic. Recipe acetose. portulac. lactuc. añ.℥.ij.suc. cucumer. quart.j.omnium sandalorum.ʒ.ij.vini malorum granatorum.℥.ij. pãis zucchari.lib.i.fiat sirup. Materia digesta purgetur sic. Recipe liquiricie munde vuarum passarum mũdarum abarill. florum boraginum: florum violarum. añ.℥.i.prunorum.xxx.fiat decoctio ꝛ in decoctione temperentur cortices mirabolanorũ cit.gumosorũ.℥.i. fricent lento igni ꝛ coletur ꝛ colature addat cassiaf.munde.℥.i.ꝛ detur in aurora.

¶ In pas.stomachi de causa frigida.

m Edicamen contra passionem stomachi ꝛ venarum meseraicarum de causa frigida. ℞. galange.nucis muscate cinamomi triũ granorum piperis zinzibe. gariof.an. ʒ.ij.anisi marat.siseleos carui cimini.añ ʒ.i.conserue citrangulorum.℥.ß. panis zuccha.quãtũ sufficit ꝛ fiat electuariũ.

¶ Contra vomitum ꝛ singultum.

m Edicamen contra vomitum ꝛ singultum. ℞. costi mente absinthij.ro.spicenar.squinãti mastic.foliorum rosarum croci xilobalsami cassief.assari.añ.ʒ.i.ꝛ.ß.aloes agarici.añ.℥.ij.fiat puluis subtilis.tũc.℞ vini optimi odoriferi lib. vi. mell.lib. i.decoquatur donec medietas sit consumpta ꝛ pulueres predicti conficiantũr cum ista decoctione addatur panis zucchari quantum sufficit. ꝛ condiat ad modum electuarij.

¶ Contra mãs frigidas ꝛ ventosas.

m Edicamẽ qd digerit materias frigidas vẽtosas i stomacho ꝛ epate ꝛ splene. ꝛ intestinis ℞.trium granorum piperis.añ.ʒ.ij.zinzib.spicen.xilobal. apij.petro.ameos. marat.aneti.liquir.absinth.cassief.cardamomi.gariof.cinamomi.croci.cipi. anisi.siselcos.aristol.lõge.ꝛ ro. masti. assari.añ.ʒ.ß.pãis zucc.q.s. ꝛ fiat elm ꝛ potest applicari diatrion pipereon.

¶ Cõtra oppilatiões epatis ꝛ spleis.

m Edicamen qd põt appellari diareu. ꝛ valet ꝯ oppilatione spleis.ꝛ epatis ꝛ vẽtositatem. ℞.reub.℥.ß.costi.croci.cinamo. spice. cassief.assari.myrrhe sqnã.aristo. lon. ꝛ ro.añ.℈.ß.mell.q.s.ꝛ condiantur. ꝛ potest dari.ʒ.j.vel.ij.

Contra oppilationē eo ūdē.

m Edicamē qō deoppilat epar ꝛ splenē ꝛ pōt appellari dia lacca. ℞.lacce.ʒ.vj.costi.spi cenar.reub.xilob.cassie lignee.assari. cinamomi.croci.sqnāti.mastic.aristol. lō.ꝛ ro.gētiane.maratri.apij.anisi.bo li.gariof.cinmini.eupatorij.absinthij. nucis mus.cardamomi.cubebe.añ.ʒ.ß.fiat pul.ꝛ cōdiat cū pane de zucc.q.s.qm̄ confectiones q̄ sunt cū melle sūt inepti saporis.ꝛ liquefiunt ꝛ sunt abhominabiles.ꝛ ideo cōficimus vt plurimum cū zuccaro.

Pro epate.

m Edicamen qō purgat hu.ca. ab epate.℞.reub.℥.ß.lacce. ro.spodij.absinth.eupatorij. sqnāti.añ.ʒ.j.ꝯficiāt cū succo endi.ꝛ fiant trocisci.ꝛ cū vti volueris:detur cū aqua decoctiōis endi.ꝛ scar. Et ē intelligēdū ꝙ trifera sarracenica reubarbarata multū valet in h̄ casu ꝛc.

Cōtra dolorē stomachi.

m Edicamen qō valet ꝯtra pas. ꝛ ventositates ꝛ dolores stomachi ꝛ epatis ꝛ viscerū.℞. absinth.maratri.anisi.ro.amig.amararum.añ.ʒ.iij.assari.spicenar.sqnāti.se. apij.se.endi.se.scar.reub.añ.ʒ.ij.fiāt trocisci cū succo eupatorij ꝛc.

In febribus phl'aticis

m Edicamē qō valet ꝯ pyodos se.phl'aticaꝝ.℞.absinthij. squināti.suc.eupatorij.rosarū.maratri.mastic.añ.ʒ.iiij.anisi.dragagāti.sandal'.ci.spodij.añ.ʒ.j.ꝛ.ß.cōficiātur cū suc.endi.ꝛ fiāt trocisci.

In febribus colericis.

m Edicamē qō valet i acutis fe. ꝛ calore epatis ꝛ siti.℞.ro. ʒ.vj.spodij.se.portul'.iiij.se. fri.mūd.suc.liquir.añ.ʒ.ij.amidi.dragagāti.añ.ʒ.j.zucc.℥.ß.cāphore.ʒ.ß.fi ant trocisci cū mucillagine psilij.

In febribus cronicis.

m Edicamen laxatiuū delēs fe. cronicas.℞.pul.recepte.yerep.ʒ.iij.reub.℥.ß.aloes.mirabo.citri.añ.ʒ.ij.folioꝝ absinthij.folioꝝ eupatorij.folioꝝ mēte.lacce.spicenar.sqnāti.añ.ʒ.ß.mell'.ro.q.s.ꝛ cōdiatur ꝛ det a.ʒ.ij.vsqꝫ ad.iij.

In ydropisi.

m Edicamē euacuās aquā citrinā ydropicoꝝ.℞.eufor.foliorꝝ titimali.turbith.suc.cucumeris asinini.añ.ʒ.ij.armoniaci.serap.oppoponac.bdellij.añ.ʒ.j.maratri.se.apij.spicenar.cassie lignee.anisi. masticis.añ.℈.ij.conficiātur cum succo calamenti ꝛ mell'.q.s.ꝛ fiant pille ꝛ possumus vti a.ʒ.j.ꝛ.ß.vsqꝫ ad.ʒ.j.iuxta conueniētiam pticulariū. Intelligēdum ꝙ ista sunt medicamina q̄ competunt epati:lacca scolopēdria absinthium spicanar.endi.scar. Sed spleni cōpetūt cappares tamarisci squināti cortices mediani fraxini ꝛ genestre. Cappares āt cum melle ꝛ aceto ita ꝙ sit minus de melle q̄ de aceto competunt vtriusqꝫ nisi ꝙ quātitas debet esse maior in splene q̄ in epate:cum cibus splenis sit grossior q̄ epatis:ꝛ ideo fortiori medicamine indiget. Hec sunt que dicit Gal.xiij.de ingenio sanitatis capitulo.vj.versus finem. Ad rectificationē autem pdictoꝝ possumus addere radi.feñ.petro.yreos.apij.brusci.sparagi.graminis:valet ēt assaꝝ prascū origanū calamētū capil.veneris ꝛc.maratrū anisum spica celtica calamus aromaticus.iiij.se.fri.ma.ꝛ mi.cuscute costus camedreos cinamomum pip lon.

liquir.reub.ꝛ silia. Medicus igitur di ligens poterit ex istis malibus ex vno aut ex multis facere siru. eľm cõditum trociscos:pul.vnguentum:olea:empla stra:ꝛ similia.

¶ In fluxu ventris.

m Edicamẽ qd̃ restringit omnez fluxum ventris dũ tñ nõ sit ex oppilatiõe: nec reumate:ꝛ ꝙ corpus sit mundificatũ:ꝛ si dolor sit in superiorib⁹ ꝙ administret per superio/ ra.ꝛ si est in inferiorib⁹ ꝙ inijciať p cli stere:ꝛ si est in medio ꝙ fiat vtroqꝫ mõ ꝛ cũ hoc põt fieri oleũ ꝛ empľm ꝛ añ ꝛ post. ℞.ossiuz mirab.assoꝝ: spodij: carabe:ꝛ nasturcij siluestris: psidie: ba laustie:glandiũ:sumac. granoꝝ: mirti: gallaꝝ:passulaꝝ.xilocaracte. añ.ʒ.ij. torrefiãt oia ꝛ tẽperentur in aceto for/ tissimo. Deinde exsiccentur in vmbra. tunc.℞.ypoquist.succũ barb.ircine.añ ʒ.iij.gallie muscate.masti.anisi assi. nu cis cipressi capitis granoꝝ dul.fructus tamarisci.añ.℥.s.conficiantur cũ siru. mirtino ꝛ fiant trocisci.ꝛ cũ vti volue/ rimus distemperetur vn⁹ cũ lacte co/ cto ꝛ exhibeatur. Et si volum⁹ ꝓijcere per clistere decoquať suc.plantaginis i lacte cũ adipe renũ capraꝝ ꝛ butiro.ꝛ distemperet vn⁹ ꝛ inijciatur p clistere. Uel in istis inuoluatur lana ꝛ applicet supra totũ ventrẽ:ꝛ ita de alijs igenijs applicandi.postꝙ̃ habem⁹ materialia. Uel fiat istud qd̃ valet i omni fluxu dũ tñ nõ sit ex oppilatione. ℞.reubar.assi ℥.s.oiuz mirabo.carabe.corali albi. ꝛ ru.spodij sandra.sandal.albi ꝛ ru.mar garitaꝝ.se.canapis.se.acetose. alumis acacie.boli armenici.se. portu.añ.ℨ.ij. conficiantur cũ mucillagine dragagãti. ꝛ gumi arabi.ꝛ fiãt trocisci mediocres in quantitate. Distemperetur igiť vnus cum lacte cocto ꝛ exhibeatur.

¶ Capľm.xxiij. de antidotis valenti/ bus in passionibus renum ꝛ vesice.

Edicamen quod frãgit lapidẽ renũ.℞.scorpiões ꝛ ponať in olla noua vitre ata : coopiať ꝛ luteť luto sapientie ꝛ ponať in furno ꝛ pul. reser uetur:ꝛ põt dari a.ℨ.j.vsqꝫ ad.ʒ.s. ꝛ deť cũ vino albo. Oleũ etiã de scorpio ne si inungantur renes sedat dolorem. Et est intelligẽdũ ꝙ illud qd̃ frangit la pidem vesice frangit lapidem renum: sed non econuerso ꝛc̃.

¶ In distillatione vrine.

m Edicamen contra distillatio/ nem vrine. ℞.myrrhe.mastic. thur.sauine.castorei.nucis ci/ pressi cimini assi.añ.ʒ.ij.cupulaꝝ glan/ dium.ypoquist.boli ar.añ.ʒ.j.cere.q.s. ꝛ olei mirtini:ꝛ fiat emplastrum.

¶ Medicamẽ qd̃ facit hoiez fecũdũ.

m Edicamen qd̃ facit hominez fecũdũ. ℞.se.ruthe.se.squill. se. cepaꝝ.se. baucie.se. napi. caude stincorum.añ.ʒ.j.ʒinʒib.triũ gra norum piperis:ꝛ cinamo. ꝛ nucis mus. añ.ʒ.ij.panis ʒuccari.q.s.fiat eľm.

m Edicamen quod valet contra apostema duruz matricis.℞ medulle ceruiꝛ vituli.adipis galline.storac.liquide.diaquilon.añ.ʒ. ij.conficiatur cuʒ oleo sisamino: aut cũ oleo amigd.dul. ꝛ fiant pessaria.

¶ Pro iuncturis.

m Edicamen contra passiones iuncturaruz.℞.cortic.omniũ mirabola. añ.℥.s. temperenť in lacte per diem ꝛ noctem. Deinde.℞ aloes agarici.turbith. ana.ʒ.iij.liquiri. mund.piperis lon.anisi.cinamõi.salis

ndi. radix capparis. bdelij. masti. an. ʒ. j. hermod. quātū sūt oīūʒ ꝯficiāt cū ydromelle. ꝛ cū vti volueris accipias a. ʒ. ij. vsqꝫ ad. iij. cū dimidia. iuxta conuenientiam particularium.

m Edicamen sedās dolores iūcturalium. ℞. radices lilij. se. iusquiami. aā. ʒ. iij. ceruse. ℥. j. medulle ceruí. ꝛ vituli. aā. ℥. ij. olei antiqui ꝛ cere. q. s. ꝛ fiat vnguentū.

¶ Pro decoratione.

m Edicamen ad decorandū mulieres ꝛ si fiat gratia virorū tolerabile ē. ℞. rad. lilij. rad. serpentarie. yari cicerꝝ excorticatorūʒ. risi. amidi. ceruse lote. saponis gallici. aā. ℥. ij. ponant in olla noua cooperta. decoquātur in furno. deinde puluerizētur. tūc. ℞. dragaganti. gūi arabici. aā. ℥. j. infundantur in aqua de floribus fabarum: tūc. ℞. procellatarꝝ ꝛ tēperent in aqua limoñ. donec possint malaxari. tūc. ℞. boracis. ℥. s. puluerizent. tūc oīa ista cum valde modica quantitate assūgie porci misceāt cū aqua fabarꝝ. ꝛ fiat quasi vnguentū. ꝛ cū vti volueris illiniat tota facies de sero ꝛ de mane lauet cū aqua tepida colature furfuris ꝛ istud medicamē absterget. ꝛ mundificat ꝛ dealbat ꝛ sūme ꝛ mirifice pulcrificat faciem ꝛ reddit ipsaʒ planā ꝛ equalem ꝛ gratiosam cuilibet intuenti. Cauendum tñ ꝙ istud nō fiat vicio qm̄ aliter punirentur cum inimico.

¶ Medicamē ad decorādū. ℞. limones: ꝛ scindant in tres partes vł plures ꝛ decoquantur in vino albo. ꝛ cum vino illo facies abluatur ꝛc.

m Edicamē istud est ad decorādū. ℞. limacias nouas sine testa: ꝛ ponant in vase vitreo. ꝛ aspergātur puluere salis gēme. ꝛ aqua limonum ꝛ cooperiatur. ꝛ stent in sole donec sit quasi vnguentū. ꝛ illiniat facies qꝛ mirifice mūdificat. Deide abluatur cū aqua de floribus fabarꝝ.

m Edicamē ad rubificandū poma maxillarꝝ. ℞. alūīs. brasilij granorꝝ ex quib⁹ fit perfectuʒ rubeū. ꝛ puluerizent cū aqua vini distillata. ꝛ cū pl'm illiniatur loc⁹ queʒ volumus rubificare: ꝛ si adderet valde modica portio aque salis armōiaci distillati color esset magis fixus ꝛ permanens. Caueatur tñ ista aqua qꝛ omne corpus corrodit. ꝛ ideo apponatur in paruissima quātitate qm̄ aliter medicamen istud medicamen corrūperet quare ratione proportionis melius est primo. Intelligendum est hic ꝙ nos ordinauimus per dei gratiam capitula diu et propter istud opus. ꝛ si adderētur hoc esset opus perfecti magisterij: scʒ libellus de regimine acutorum morborum. ꝛ libellus de crisi ꝛ de creticis diebus. ꝛ libellus qui intitulatur tabula ingeniorum. ꝛ sine istis factum est nihil. ꝛ libellus de graduatione ꝛc.

¶ Explicit septima ꝛ vltima particula practice excellētissimi medicine monarche dñi magistri Bernardi de Gordonio intitulate Lilium medicine.

¶ Sequitur tractatus de decem ingenijs curandorum morborum.

Ingenia curationis morborum quantum est de presenti sunt decem. Primū sumitur ex morbo. iuxta illud Galie.

quinto de ingenio. semper ante mentis aciem egritudinis cognitionem habe/ as. Prima cōsideratio sumpta a mor bo fortis est ꝛ valida. quoniam si con/ sideratio morbi ꝛ aliarum particula/ rium contradicant fortior est conside/ ratio sūpta ex morbo potissime si mor bus fuerit intensūs. Docet igitur per contrarium fieri curationem. ceteras igitur curationes distrahit ꝛ abscindit. ꝛ suam declarat significationem. sicut hec verba possunt colligi ex dictis Ga lieni octauo de ingenio capitulo fina/ li. Quantum igitur de presenti igenia curandi morbos sumpta ex morborū essentia sunt vndecim. Primum sumi tur ex morbi essentia scilicꝫ si simplex vel compositus. ꝙ continet tria inge/ nia. In primis igitur consideremus si morbus est simplex vel compositus. ꝛ si simplex. aut intensus. aut remissus. ꝛ si remissus debile medicamē sufficit in reducendo. ꝛ si intensus forte medi/ camen intensum per contrarium est ap plicandum. si autem compositus est morbus considerandum est: ex quot ꝛ ex quantis sua conficitur compositio. ꝛ ſm diuersitatem compositionis sunt di uersificanda medicamina. Consideran duꝫ igitur est qd̄ istorum sit molestius. ꝛ molestiori ipsius debemus succurre/ re: aliud non negligendo. Secundū ingenium dependet ex primo. scꝫ ꝙ cō sideremus si vnum est causa alterius. si sic. prius succurrendum est cause.

Et iterum ad hoc ingenium qd̄ con tinetur sub primo est ꝙ consideremus si vnum non potest curari nisi aliud prius curetur. ꝛ ita prius succurrendū est. si autem equaliter est consideratio. equaliter vtrūqꝫ curetur a morbi essen tia est sumendum exordium. Secun/ dum ingenium vero est ꝙ consideremus si dolor est iunctus egritudini ꝙ causaꝫ doloris remoueamus. dolorem autem mitigemus. ꝛ si non est nobis alia via ꝙ stuporem inducamus. ꝛ hoc fiat cum cautela ꝙ in stupefaciendo non transe amus papauer. suo enim stupore do/ mesticum est ſm Auicennam. Ter/ tium ingenium sumitur ex tempore scꝫ ꝙ extrema tempora debēt obseruari: sicut estate ꝛ hyeme abstineamus scꝫ a medicinis laxatiuis ꝛ vomitiuis. ꝛ incidendo. ꝛ aperiendo. ꝛ ab omni for ti medicamine. si igitur indiguerint, quā tum erit possibile moderetur. Quar/ tum ingenium sumitur ex accidenti/ bus anime. scꝫ ꝙ regimen declinet ad letitiam ꝛ gaudium. ꝛ moretur cum di lectis ꝛ cum illis quos timet. vt prohi/ beant eum a nocitiuis. Quintum in/ genium sumitur ex motibus ꝛ mutatio nibus: scilicet vt mutetur de domo ad domum. de camera ad cameram. de magnis villis ad paruas. ꝛ ꝙ mute/ tur ad media. ꝛ ad montes. ꝛ ad val/ les. ꝛ aquas. ꝛ aerem. ꝛ ꝙ omnia de/ clinent ad delectationem ꝛ ad maio/ rem aeris puritatem. ꝛ ita mutetur for ma. ꝛ sit ordo: ꝛ modus: ꝛ breuiter omnia consideret medicus que leti/ tiam inducere possint. aut curationeꝫ. aut appetitum. ꝛ similia. Sextum ingenium sumitur ex natura egritudi/ nis. scilicet si est breuis terminationis vel tarde. Si breuis ꝙ cibus minua/ tur. ꝛ si fuerit acuta aut furiosa ꝙ prius euacuetur non expectando digestio/ nem. ꝛ si corpus fuerit plectoricum: aut materia venenosa. ꝛ sic de aliis. ꝛ si est tarde terminationis ꝙ euacue/ mus post digestionem ꝛ confortemus virtutem infirmi cum cibis ꝛ potibus.

⁊ simus etiã magis liberales in dãdo ꝙ in subtrahendo. Septimum cõside remus si est cuȝ apostemate: in primis vtatur repcussiuis nisi talia fuerint q̃ nos ipediant: sicut est corporis pleni/ tudo aut furia aut venenositas aut do lor nimius aut ꝙ nõ esset in emũctorio mẽbri nobilis ⁊ silia. Et ꝙ in augmẽ/ to ponamus partiȝ repcussiua ⁊ par/ tim maturatiua mũdificatiua abstersi ua ⁊ sic de alijs iuxta conuenientiã p/ ticularium. Octauũ sumitur ex aere. s. ꝙ semp egritudini cõtrariet ⁊ ꝙ sit me dius elongatus a locis corruptis ⁊ iõ opȝ ꝙ nõ sit nimis coartat⁹ nec nimis ventosus sed mediocriter cõspicere de bet igit medicus dispositionẽ siccita/ tis ⁊ domus: ⁊ si fuerit in pte decliuio ri siccitas ꝙ ipm faciat mutari ad supe riorẽ pteȝ ville cũ cautela ꝙ sit cautus importãdo a labore ⁊ debet aduerte/ re medicus si est officiũ maxime patiẽ tis cõtristãs ipm sicut sunt fabri ⁊ ma/ cellatores ⁊ paratores corioꝝ ⁊ fũdẽ tes sepũ ⁊ qui opantur de furfure ⁊ sili bus ⁊ cuilibet debet respicere domum ⁊ ꝙ intret camerã ⁊ si est iuxta terram ꝙ nõ sit reumatica ⁊ si est supius ꝙ nõ sit nimis ventosa ⁊ si est de lapidibus aut postibus aut tegulis aut terra aut ꝙ medico occurrat obseruet ⁊ in oib⁹ iuxta naturã egritudinis ⁊ alioꝝ pticu larium. Nonum sumit ex ministris ⁊ necessarijs ⁊ medico ⁊ coquinatori. De ministris ꝙ sint boni ⁊ patiẽti dili gentes. Et ꝙ appetãt salutem patien/ tis ⁊ ꝙ nõ nunciẽt ei aliqua sinistra. ⁊ ꝙ nõ permutãt intrare nisi paucos ⁊ ꝙ diligentia ministroꝝ aduertatur ad oia que dicta sunt intrinsecus. s. ad la/ tratum canũ ne impediat somnus ⁊ ca suȝ ⁊ ruinã ⁊ si veniat sudor nõ sit dis coopertus neqȝ nimis coopertus. ⁊ potissime ꝙ nõ artent ipm: qꝛ multi ex hoc suffocantur ⁊ aduertat ad multa alia signa silia ad q̃ narrãdũ nõ suffice ret presens dies. Et aduertere oȝ potis sime ad coquinã ꝙ cocus sit tẽperat⁹. si eni esset phlaticus res multũ salse iu dicarẽtur ab eo insipide ⁊ sic de alijs ⁊ in mortario ꝙ nihil terat nisi ad opus infirmi ⁊ ꝙ vasa sint vitreata terrea vł stagnea aut cupata ⁊ sic de alijs p ordi neȝ qd medici industrie relinquat ⁊ cũ hoc attendẽdum est ad medicũ ⁊ pre/ ter cõditiones quas ponit Aly. s. ꝙ sit bone dispositionis in quinqȝ sensibus ⁊ velocis sollercie ⁊ bõe rememoratio nis ⁊ boni iudicij ⁊ sani intellectus: oȝ ꝙ habeat in se tria: sapiẽs ⁊ diligens ⁊ ꝙ operetur ꝭm artẽ. Prima istarum est sũme necessaria ex hoc ꝙ sit potẽs interpretare dicta Ypo. ⁊ Gal. ⁊ vni/ uersalia ⁊ pticularia discernere. Uni/ uersalia pticularibus applicare: quare opȝ ꝙ sit sciens. secundo ꝙ sit diligens . s. ꝙ de mane visitet patientẽ. ⁊ potissi me ppter vrinã ⁊ residentiã vt videat colorem ⁊ substantiã anteꝙ corrũpa/ tur ⁊ ordinet de cibo infirmi ⁊ alijs pti cularibus ⁊ obuiet periculis futuris ⁊ reprimat precedẽtia. Secũdo debet vi sitare in meridie vt possit bene videre nãm actũ terminum ⁊ compositiones morboꝝ ⁊ accidentia eoꝝ. ⁊ vt ordi/ net somnifera medicamina ⁊ cibũ cra stinũ ⁊ alia que potest cõsiderare circa infirmũ ꝙ reddat ipȝ obedientẽ ⁊ assi stentes diligentes ⁊ omnia que extrin/ secus eius sunt ad vtilitatem infirmi. Tertio ꝙ medicus operetur ꝭm arteȝ . s. per canones Gal. ⁊ Ypo. ⁊ aliorum sapientum: ⁊ in hoc condennatur om/ nis ars auguriãdi. sicut est ars geomã/

tica. ꝛ suspendendi herbas ad collum ꝛ omnia emperica ꝛ forticinia ꝛ falsi/ na ꝛ alia q̄plurima que non est bo/ num reuelare propter abutentes: q̄ con scientia neglecta vtuntur magis. ꝛ qui busdam ingenijs fatuis. ꝛ cum omni sollercia pessima ꝛ mala lege ꝛ m̄lta si milia que nō sunt tunc narrabilia. vt ꝙ calumniosum puniatur. ꝛ testor deum ꝛ nimirum ꝙ nunq̄ vidi hominem ma liciosum in medicina qui diu duraret dies suos: quia nō habet euentus sor/ dida preda boues. Decimum ingeni/ um sumitur ex effectu medicaminis: nā si vides ꝛ in processu cognoscis ꝙ non bene operatur, nullo modo moreris in errore sed corrige ipsum. si autem recte operetur non mutes medicamen: sed mutes moduꝫ quia a consuetudine nō fit pas. in alijs curatio. Nam durum la pidem gutta cadendo cauat. si aūt ali/ quis agat diminute. Dicit Auic. ꝙ tūc natura curabit aut manifestabit. Si āt timeas ignominanda que nō possūt iu uare nec nocere de quo sit curandū: si/ cut est simplex iulep. ꝛ similia. ꝛ intan tūm insiste libris die ac nocte ꝛ consi/ dera tumorem ꝛ dolorem ꝛ lesionem operationum ꝛ anotomiaꝫ ꝛ que egre diuntur a corpore ꝛ iuuantia ꝛ leden/ tia ꝛ qui ad ista diligenter considerauе rit est impossibile ꝙ nō cognoscat aut ꝑm veritatem aut coniecturam proxi/ mam veritati: si non est lapis molendi ni ꝛ talibus nō scribo. Undecimum in genium sumitur ex modo medicandi. ꝛ dicit Auic. Amplius scire debes ꝙ nō oīs repletio nec oīs malicia ꝯplexiōis suo medicatur ꝯtrario: sꝫ sufficit admi nistratio bonitatis regiminis. medicus igitur melior est qui egritudinē cuꝫ ci/ bis ꝛ potibus curare poterit vel sciue/ rit. Insistamus igitur in primo in cura/ tionibus morboꝝ ꝛ potibus alterati/ uis ꝛ medicinis alterantibus ꝛ digerē tibus ꝛ si non cū manuali operatione que cirurgia appellatur ista sunt inge/ nia que sumuntur ex morbi essentia. Ingenium ꝑm principale sumitur a cō plexione: complexio eniꝫ debet cogno sci a medico ꝛ totius ꝛ partis per ea que docet Gal. in tegni. Circa comple/ xionem cadunt sex regule. Prima est ꝙ debet attendere complexionem: qꝛ tunc circa illam versantur operatio/ nes nō circa alia sicut docet Gal. xi. de ingenio sanitatis capitulo p̄io versus finem: scientia coniecturans ꝛ proxi/ ma veritati est eleuatio in discrasia sua ꝛ per consequēs naturā medicaminis ꝛ naturā graduationis ꝛ in quo gra/ du ꝛ meta eleuetur medicamen: ꝛ ita ꝑm qualitatē ꝛ quātitatē ꝛ modū: ꝛ si nō exquisite saltē in alijs medicamini/ bus p viā rationis ꝛ expimēti appro/ pinquabo ad veritateꝫ quātū est possi bile ex arte ꝛ fortissimū capitulū est ꝛ indiget solerti ingenio. Secūda regu/ la est quādo cōplexionē scio: scio ter/ minū reductiōis ꝛ quādo debeo cessa re ab alterationibus: est eniꝫ cōplexio in alterando ꝛ reducēdo: sicut signuꝫ ad sagittā: ipsa eni ignorata inanis et ca sualis est operatio. Tertia regula ē ꝙ oīs discrasia sīlis cōplexionis facilio/ ris est reductionis. Iuxta illud in mor bis minus periclitant egrotātes ꝛc. qꝛ sīle de facili patitur a suo sīli ꝛ ita cau sa presumit debilis ꝛ ita si colericus ꝛ phl'aticus incurrant tertianā minori re ductione indiget colericus q̄ phl'aticꝰ qꝛ discrasia eēt in suo sīli. Quarta regu la est ꝙ oīs discrasia in ꝯria cōplexiōe difficilioris reductiōis ē ꝛ fortioribus

indiget medicinis: qm̄ nã terret forti/
ter postq̄ discrasia est introducta non
obstãte cõtrarietate pticulariũ: fortis
enĩ est ignis q̇ in aqua nõ extinguitur ꝛ
ita phl'aticus qui incurrit tertianã for/
tiori indiget reductione ꝛ ista sũt vera
vt plurimũ inquantũ est de nã rei: ta/
men alique cõditiones debẽt apponi
que p̄dicta impediũt: sed sunt de raro
cõtingentibus circa hec ponamus ta/
lem casũ. Ponamus colericus aliquis
in estate qui vtat cibis ca. aggregabit
multitudinẽ co. possibile est q̄ illa co.
lȝ multa nõ putrefiat vtpote qꝛ boni
regimis in aliĳs vt in exercitio ꝛ in bal
neo ꝛ in fricationibus ꝛ aliĳs. Tũc po
namus phl'aticus in estate vel hyeme
in quo dominet. ȝ. co. possibile est q̄
balneet in balneis aluminosis: aut qꝛ
subito exponit se aeri frigido q̄ in illo
ẽ putrefacta. ȝ. j. ꝛ ĩ alio colerico qȯ pu
trefiat lib. j. peior erit etiã co. in coleri/
co. nõ est dubiũ: qꝛ mã est maior: ita cũ
dicimus de cõuenientia pticulariũ. in/
telligimus q̄ oĩa sint paria ꝛ nõ diuer
sa nisi in cõplexione ꝛ tũc manifestat
canon predictus. tamen veritas posset
iudiciũ impedire. Quinta regula est q̄
oĩs cõplexio siue lapsa siue nõ in tem/
pore morbi ꝯseruãda est: nisi ante egri
tudinem lapsam cõplexionẽ incepisset
reducere sicut testat Gal'. vĳ. de inge/
nio sanitatis vbi equale ponit esse tem
pus reducẽdi ca. ꝛ fri. sed modus est in
equalis nõ in eodẽ eni tempore in quo
ca. reducit fri. in eo fri. ca. cũ sint quali/
tates actiue: modus tñ nõ est equal': qꝛ
si mẽbrũ fri. alteret ꝛ ca. mẽbrum vici/
nũ ledetur a medicamine fri. multũ le/
detur qꝛ fri. est nãe inimicũ occidens ꝛ
mortificans totũ contrariũ est de hu. ꝛ
sic. qm̄ modus reducẽdi est equalis: sȝ
tẽpus nõ equale: humidũ eni de facili
reducitur a sic. sed sic. tarde ab humi/
do ꝑ tanto dicebat Gal'. facilius rẽ hu
midã desiccare: q̄ sic. hũectare. mod'
tamẽ est equalis: qm̄ mẽbrũ sanũ vici/
nũ nõ alterat de que sit curandũ a sic.
nec ab humido ꝛc.

Ertiũ igeniũ principale sumi
tur a virtute siue actione siue
opatiõe mẽbroꝝ. Uirtus eni
in p rimis cõsideranda qm̄ sublimior
oĩum cõsiderationũ vel intẽtionũ ẽ in
tẽtio sumpta ex virtute sicut dicit Gal'.
in fine prime pticule regiminis acuti su
pra illã partẽ q̄ si antiquus cibus ꝛc.
virtus eni in tẽpore morbi cõsiderãda
sicut Gal'. testatur. xĳ. de ingenio sanita
tis capitulo. v. versus illud capitulum
virtus eni custoditur ꝺm Gal'. ibidẽ ex
custodia spirituũ ꝛ principaliũ mẽbro
rũ sicut est cerebrũ cor ꝛ epar ꝛ iȯ om
nia illa q̄ corpus dissoluũt ad debilita
tem faciũt sicut potest colligi ex dictis
Gal'. in regimine prima pticula: supra
illam ptẽ quo sũpto si dolor ꝛc. ꝛ iȯ
in talibus ptibus de facili virtus dissol
uitur. Si igit aliquis fuerit melẽcoli/
cus iuuenis in estate q̇ laborauerit ꝛ
abstinuerit ꝛ incurrat fe. certe si iniũga
tur sibi abstinẽtia cito venit ad illã tor
natilẽ faciẽ Ypo. ꝛ iȯ ilico cibus dan/
dus est: sicut testat Gal'. in ꝑnosticis su
pra illã partẽ q̄ si sic fuerit ꝛc. ad vnaȝ
colũnã cũ dimidia versus principium
quinti ꝛ si ista dissoluũt virtutẽ contra
ria custodire intẽdamus vnde in custo
dia virtutis tanq̄ magistra oĩum inge
niorum curandoꝝ morboꝝ. Circa igit
virtutis actionẽ ꝛ operationẽ qm̄ ope
ratio arguit virtutẽ cadũt due conside/
rationes. Prima talis est in virtute ꝛ
actione membroꝝ debemus intẽdere.

qm̄ actiones quorundam membrorū sunt nobis necessarie multum in curationibus morborum ꝛ quedam modicū verbi gratia actio motiua cerebri ē modicū nobis necessaria in curationibus morborum: qm̄ nō est necessariū in morbis ꝙ patiens sit viator nec ambulator: sed tamē actio epatis est multū necessaria qꝛ virtus nālis est q̄ curat morbos ſm Gal. in de crisi ꝛ pro tanto in pas. cerebri audemus apponere fortiter dissolutiua in pas. epatis cū dissolutiuis debemus apponere aliqua stiptica. Et Gal. docuit cuidā vt in quodaꝫ infirmo sibi apponeret aliqua stiptica ad confortationem eius ꝛ noluit sibi credere ꝛ cuꝫ visitaret eū inuenit eum mortuū ꝛ laudabatur cum ille medicus iret ad eum: qꝛ ad locum sibi fieret qꝛ philosophi erant ꝛ ita pꝫ ingenium ꝙ debet sumi ex virtute ad bonū. Ueruntamen ꝛ secunda consideratio circa istam materiam sumitur ex virtute ꝛ consideratio sumpta ex virtute est causa considerationis ꝛ virtutis potentie ꝛ omnia instrumenta ex quibus medicus operatur regulat ꝛ informat dietam potionem ꝛ manualeꝫ scilicet per comparationem ad totum morbum scꝫ. Si enim virtus fortis est ꝛ potest tolerare vsqꝫ ad crisim nihil dabitur forte nisi ydromel ꝛ similia de quibus non est curandum. cum autem virtus sit debilis per viā inanitionis ꝛ dissolutionis: ꝛ non per viam prosternationis ꝛ repletionis aliter dictādū est sicut ista leguntur a Gal. super illuꝫ amphm prime particule: contemplari autem oportet ꝛc. Si autem detur cibus per comparationem ad vnam exhibitionem ꝛ virtus est fortis multum dabitur: qꝛ virtus fortis multum potest digerere ꝛ raro. Si vtus sit debilis parum dabitur ꝛ frequenter ꝛ parum: qꝛ non posset vna vice multum digerere frequēter: qꝛ nō posset tollerare ex illo amphō ꝛ quibus semel aut bis ꝛc. ꝛ ita patet quomodo regulat exhibitionem cibi. ꝛ etiā regulat potum: hoc patet qꝛ cum aqua fri. competit in fe. cum conditionibus obseruatis ꝛ inter omnes potentissima est virtus cum sit fortis sicut potest colligi ex dictis Gal. in regimento eis qui pleuretici sunt ꝛc. ꝙ aūt informet potionem patet in digestiuis ꝛ euacuatiuis. In digestiuis patet de oximel multe acetositatis q̄ nō debet dari nisi virtute forti sicut habemꝰ ab Ypo. ꝛ Gal. in tertia pte regimenti acuti. cū loqtur de ydromelle acidissimo ꝛ specialiter in illa parte ꝙ si fuerint vires īfirmi ꝛ de euacuatiuis ē planum qm̄ clisteria nō audemꝰ facere nisi virtus sit fortis sicut dicit Ypo. in regimento ꝙ si antiquis: si virtus ꝛ eius etas permiserint clisteri opus est ꝛc. ꝙ multo minus audemus dabimus medicinam vomicam. aut secessiuam: nisi virtus sit fortis: cum omnes medicine laxatiue sint nocitiue stomacho ꝛ proprie ori eius sicut dicit Gal. in regimento sup illā partē porro si pas. ꝛc. de manuali opatione patet īcidendo vrendo ꝛ phlobotando de quo Gal. specialiter docet cōsiderare virtutē sic ipse dicit in regimēto supra illā ptē: quādo dolor ascendēdo ꝛc. ꝛ recte in fine quīti quare discurrēdo pticulariter p omnia īstrumēta cū quibus medicus operatur vtus oīa regulat digerit ꝛ informat. Ad ingeniū igit̄ sūptū mirabiliter cū diligētia est aduertēdū: bene igit̄ est dictū ꝙ sublimior oīum ītētionū ē intētio sumpta a virtute: virtutē igitur opꝫ

custodire: quia vim digerit putridã et cõ/ iunctam cũ se. refrigerat: sicut dicit Ga. xj. parte de ingenio caplo. vj. in fine.

q Uartum ingeniũ curandorum sumitur a principalitate et nobilitate mẽbrorum. Ga. et Auic. et oẽs concordant i hoc quod cor est nobilius membrum quod sit in corpore et conseruatur cum nobilitate anhelitus et sanguinis: sicut docet Gal. xij. de ingenio. Aduertendũ igitur diligẽter quod aer qui attrahitur nõ sit corruptus mõ aliquo: et quod cibus sit in tali qualitate quantitate et ordine quod digeratur i stomacho et epate: et ita spiritus qui generatur i corde erit subtilis clarus et mundus. si aũt aer sit corruptus pestilẽtialis: aut humor corrũpitur rectificetur ita et confortetur cor cum medicinis cordialib9: et ideo valẽt in rectificando alterationes: mundificationes: et similia: et ideo ista cũ conuenientia particularium valẽt. acetum. cãphora. muscus: buglosa auri puri. folia ossium. de corde cerui: margar. iacyncti blacta bizantia corallus et similia.

Secundo debemus cerebrum cõsiderare quoniam si centesima pars diminuatur vel in epate vel etiam in cerebro vel in corde cito fieret mors: et ideo debem9 purgare mundificare cõfortare et ea quæ potissime sũt boni odoris exhibere: sicut habetur. xij. de ingenio: et pro tanto valẽt poma ru. potissime inuente in monte pessull. et ambra et sand. et multa similia iuxta conuenientiã particularium.

Tertio debemus considerare epar. quod non dentur cibi oppilatiui. sicut est triticum coctum et fabe et similia: et potissime in casu vbi non competerent de natura rei. sed dentur cibi temperati i qualitate quantitate et ordine. et quod prima digestio sit perfecta. et ita a duobus ergo summe cauere debemus a nimis dissoluentibus. et oppilatiuis. Quarto debem9 considerare stomachum. et si debilis quod aquam frigidam nullo modo tribuamus. sed confortemus modo cũ melle modo cũ ro. modo cum zedoar. modo cum menta et similibus. et multa iuxta differentiam particularium competunt. et tamen si stomachus esset debilis dare non audemus. Quinto consideremus pulmonem ne nimis calefiat aut infrigidetur aut repleatur aut coartetur. et potissime quod a reumate vel sanguine non grauetur. et in talibus debemus adiuuare et alleuiare cum his que habent aspectum ad pulmonem. sicut est yreos ysopus capill. vene. iuxta tamen conuenientiaz particulariũ.

Sexto consideremus complexionez splenis. et potissime in oppilationibus eius. et duriciem. et quod administremus ea que habent aspectum ad splenem cũ deoppilantib9. Et dicit Galien9 duodecimo de ingenio capitulo sexto versus finem. quod radix capparis acetum. et mel. competunt spleni sicut absinthium squinantum. et spicanar. epati. splen tamen generaliter fortioribus indiget.

Septimo consideremus renes et vesicam et matricem et aperiantur et mundificentur cum his que habent aspectũ sicut est milium solis cantarides et saũina et similia iuxta differẽtiã pticulariũ.

q Uinta consideratio sumitur a consideratione membrorum et fabrica eorum patet sic. si enim cerebrum purgare volumus sensibiliter per palatum et nares. et si insensibiliter potissime per commissurã anteriorem. alia enim emunctoria nõ habet sensibilia nec manifesta. Si autem pectus purgare volumus per cannam

purgabitur cū tussi. Si aūt stomachū purgare volumus duob⁹ modis poterimus supius p vomitū iferius p secessum. Si aūt epar cū habeat suā fabricam versus venā ꝓfundā: iō duobus modis poterimus purgare p vias vrinales: ꝛ p vētrē. si aūt intestina p iferiora tm̄. si aūt renes ꝛ vesicā ꝛ matricem p inferiora tm̄. locus aūt q̄ est inter siphac ꝛ mirach. nullū hꝫ emūctoriū. ꝛ iō de difficili euacuātur vētositates ꝛ aquositates q̄ ibi cōtinent nisi cū diur. aperitiuis ꝛ dissolutiuis ꝛ puitate cibi ꝛ potus ꝛ cū hi eque a tota spē euacuant aquā ydropicoꝝ sicut est yreos ꝛ elm̄ de succo mēte agrestis ꝛ silia. Si aūt iūcturas purgare volum⁹ de difficili purgabim⁹ potissime mām cōiunctā ꝛ iō corpore mundificato vel cauteriū vētose emplastra. vnguenta ꝛ silia apponemus ꝛ ea que a tota specie euacuant a iuncturis. sicut est elm̄ de succo ro. hermoda. turbith. ꝛ silia iuxta conuenientiā pticularium. Et si volumus purgare oppilatiōes nerui obtici. aut mām contentā in eis neruis ꝛ a ꝓfunditatibus membroꝝ ꝛ venaꝝ de difficili possūt expelli. ꝛ hoc opꝫ ꝙ medicus sit multū expertus. ꝛ talia possūt eē sicut pulpa coll. q̄ mām ducit a ꝓfunditatibus venaꝝ. ꝛ hoc cōsideret medicus que mãe competāt in lepra confirmata ꝛ nō confirmata. Et de ista mā p dei gratiā singulare tractatū sumus facturi ꝛ ideo aduertat ꝛ ad paralisiꝫ. ꝛ ad spasmū ꝛ cataractā ꝛ similes egritudines. Patet igitur ex dictis quomodo ꝛ qualiter igenia curandi diuersificātur p diuersitates curatiōis morboꝝ.

Exta consideratio principalis sumit a complexione mēbri: qm̄ quedā membra sūt nāliter solida ꝛ dura: sicut nerui. ꝛ iō fortioribus indigent medicinis ꝛ in minori quātitate. sicut dictū est i capitulo p̄cedenti. quedā mollia nāliter sicut caro iō debilis sufficit medicina. ꝛ sic ē in nālib⁹ sic i artificialib⁹ ꝛ acq̄sitis firmiter ordinātur: aliqui āt habent bene musculos totius corpis duros ꝛ solidos. ꝛ iō indigent fortioribus medicinis sicut sunt illi quoꝝ consuetudo est multū laborare. ꝛ diu n̄ iacere sic sūt marinarij ꝛ homines armoꝝ. ꝛ agricole. ꝛ pastores ꝛ cōsimiles ꝛ illi q̄bus tota caro ē rara ꝛ mollis sicut sūt mulieres ꝛc. debilis medicina competit: ꝛ sicut oīum eoꝝ q̄ consueuerūt esse in vmbra ꝛ q̄te corpali sicut scolares studētes ꝛ religiosi. ꝛ mercatores. quidā sūt drapari ꝛ trapesatarij. ꝛ cōsiles q̄ quotidie cedūt in operatorijs. In his eni oībus cautela maxima est operāda: pꝫ igitur quomodo consideratio sumpta a consideratione membrorum docet considerare diuersitatem ingenij curationis morborum.

Eptima cōsideratio principalis sumit a colligātia mēbrorum. scimus eni ex anotomia mēbroꝝ ꝙ cerebrum colligat cū stōacho p duos magnos neruos descēdētes a cerebro ad stōachū. Patet igit ꝙ mā reumatica de facili pōt descēdere a cerebro ad stōachū: ꝛ cū hoc pñt fumositates ascēdere a stōacho ad cerebrū. verbi gratia. aliquis hꝫ oculos debiles aut caput. caueat ab alleis ꝛ vino forti cepis piscibus ꝛ silibus fumosis. similiter qui hꝫ stōachū debilē caueat reuma. ꝛ si fuerit ca. mā odoret cāphorā. rosas ꝛ sādal. ꝛ si mā fuēit frigida odoret. ambrā. storacē. laudanum ꝛ similia. Scimus eni p anotomiā ꝙ mā

loco aut in diuerſis. ſi in diuerſis locis
extra venas vt per viam collectionis
putrefiat co. tunc creabit duas tertia/
nas que in vno die duos. ſ. faciet paro/
xiſmos. Si autem in vno aut eſt mul/
ta aut parua. ſi multa tunc generat du/
plicem tertianam interpolatam. ſi pau
ca ſimplicem. Si autē materia colliga
tur in loco ⁊ coadunetur ad apoſtema
tunc aut eſt aduſta aut nō. ſi aduſta ge
nerat heriſipilā qđ interpꝛetatur ſacer
ignis. ſi non eſt aduſta tūc generat apo
ſtema colericum cum duricie ⁊ dolo/
re ⁊ rubore. Si materia non eſt putre/
facta. tunc aut eſt in toto corpoꝛe aut ī
parte corpoꝛis. Si in toto corpoꝛe aut
ē in carne; aut ī cute. ſi in carne generat
lepꝛaȝ. Si in cute aut vniuerſaliter aut
non. ſi vniuerſaliter tunc generat icteri
ciam citrinam. ſi non moꝛpheam ru. qꝛ
moꝛphea eſt defedatio cutis maculo/
ſa. Si autem ſit in parte corpoꝛis tunc
diuerſa generat. ſicut ē ſcabies aut pꝛu
ritus: aut puſtule parue: aut impetigo:
aut aliqua infectio: aut vlceratio; aut
vomitus: aut egeſtio eſt co. aut ſudoꝛ:
⁊ conſimilia.

¶ Caplm. ij. de pꝛonoſticatione in fe
bꝛe quotidiana.

Sicut pꝛo no/
ſticatio precedit ope
rationeȝ. ita cognitio
pꝛonoſticationem. ⁊
ita qui vult in fe. phle
gmetica pꝛonoſticare pꝛius opoꝛtet eā
cognoſcere. Cognoſcitur autem ſic po
namus aliquem febꝛicitātem interpo/
late ⁊ ſit phlegmaticus. cum venis ſtri
ctis plenis. ⁊ ſit piger: timidus humidi
tatibus plenus. ⁊ ꝙ ſomniet ſe natare ī
aquis ⁊ ſubmergi in eis. ⁊ ꝙ ſit in hye
me ⁊ tempoꝛe frigido. ⁊ ciuitas ſit ſi/
tuata īter valles circa aquas. ⁊ ꝙ vixe
rit in ocio. ⁊ cuȝ multitudine cibi. ⁊ ꝙ
fe. incipiat cum modica frigiditate ī ex
tremitatibus tm̄. ⁊ caloꝛ non ſit nimis
intenſus: nec inflāmatus. non ſitiat. ⁊ ꝙ
vꝛina ſit remiſſa. ⁊ pulſus paruus imo
tardus inoꝛdinatus non accedens: vt ī
iuuene ad multam velocitatem ⁊ fre/
quentiam. ⁊ ꝙ paroxiſmus extēdat ſe
circiter. xviij. hoꝛas. ⁊ ꝙ terminetur ꝑ
ſudoꝛem. aut per aliquam euacuatio/
nem manifeſtam. Tunc dico ꝙ omnia
iſta declarāt ꝙ hec fe. ē quotidiana in
terpolata ſimplex ſingularis cum con/
uenientia particularium. Tunc cogni
ta egritudine poterit pꝛonoſticare ꝙ
egritudo erit longa valde. ⁊ ꝙ ſtatꝰ erit
remotus a pꝛincipio: ⁊ ſinthomata nō
erunt malicioſa. ⁊ ꝙ interpolatio erit
modica. ⁊ ꝙ accidentia erunt longa ⁊
ſine magno impetu in longo tempoꝛe
terminabitur paulatine. ⁊ ꝙ erit parua
ſitis. ſomnus ꝓſundus. pigritia multa:
⁊ conſilia. Et qꝛ finis non ē h ideo no/
tandū eſt ꝙ animus non ē ſaciatus. die
ta ergo accedat ad groſſiciē: ſic ē bꝛo/
diū cicerū: carnes eduline: vinum lim/
phatū mediocrit cū aqua petro. boꝛa.
⁊ ſilia. Mā igit digerat in pꝛimis cum
oxił. diu. ⁊ purget cū yerap. ⁊ fomētet
cū aqua decoctiōis camomille ⁊ melli
loti. Et intelligēdū ꝙ quotidiana nota
dicit per aliqualē colere admixtioneȝ.
⁊ qꝛ nō ꝯueniūt ꝑticularia: ⁊ iō diuerſi
ficabit ꝓnoſticatio ⁊ opatio ſm ꝙ ꝑti
cularia ꝯueniūt plus vel minꝰ cū eius
relatiua. Sed quotidiana cōtinua cōſi
ſtit de mā intra venas cōcluſa. vbi non
ē iterpolatio manifeſta. pꝛonoſticatio
aūt ⁊ opatio ꝓꝓoꝛtionant inquantum
hmōi ſue relatiue. ⁊ iō ꝑticularia me/

dici induſtrie relinquantur. Tun intel/
ligendū eſt ꝙ mā phlegmatica aut pu/
treſit aut nō. ſi putreſit aut ītus aut ex/
tra. ſi intus tunc gnāt ſe. conti. de phle/
gmate putrefacto ītra vaſa. ſi extra aut
per viam collectionis aut nō. ſi nō tūc
generat ſe. interpo. de phlegmate putre
facto extra vaſa. ſi putreſiat per mo/
dū collectiōis aut mā aduritur aut nō.
ſi aūt aduritur generat fiſtulam. ſi non
zimiaz. i. apoſtema molle ſine doloꝛe.
Si aūt non putreſiat aut ſpargitur ad
totum aut ad partē. ſi ad totum aut ad
cutem aut ad carnem. Si ad carnez ge
nerat lepꝛam. ſi ad cutem aūt ad totuz
aut ad partem. ſi ad totum ⁊ per totuz
coꝛpus tunc generat ydropiſim carno
ſam. ſi ad partem cutis tunc gnāt moꝛ/
pheā albam. ſi ad partez mittitur tunc
generat diuerſa ſm diuerſitatem loci ⁊
ſpecierum phlegmatis ⁊ aduſtionis ⁊
compoſitionis. ſicut ſunt ſcrophule. ca
nicies: ⁊ materiales infectiones macu/
loſe: pꝛuritus: tuſſis puſtule: apoſtema
ta pua deſudatiōes: verruce: acrocodi
nes: bociū gulle: polip⁹: caligies: tinni
tus: vomit⁹: ſudoꝛ: fluxus: ſtupoꝛ: ꝯge/
latio: ſubet: apoplexia: epilia: paliſis:
tremoꝛ. colica: vermes: ſerpētes: ſcara/
bei: arpia frater lombardoꝛuz: artethi
ca: poꝛri: nauſea: mollificatio mēbꝛoꝝ
doꝛmitatio: grappa: oſſitationes: alita
tiōes: rugitus: gurgulationes: ⁊ multa
conſimilia. que omnia generantur ex
phlegmate vel ex aliqua potatiōe hu
mida aquoſa admixta ⁊c̄.

Caplm. iiij. de ꝓnoſticatiōe in febꝛe
q̄rtana ſimplici ſingulari ⁊ coꝛrelatiua.

COgnitio ꝓpter qd
i cognitio
ne cauſe exiſtit. Si ergo de
quartana aliquid ꝑdicere
volum⁹ cauſas ⁊ ſigna cognoſcere de/
bemus. Si igitur in cognitione ſtatus
venire volumus per nām egritudinum
venire debem⁹. ſigna igitur certa ⁊ de/
terminata huic habere debemus per q̄
egritudinem cognoſcere debemus. non
per nām paroxiſmoꝛum. Paroxiſmi
enim non indicant exquiſite egritudinē
nec per conſequens elongationem ſta/
tus: qꝛ due tertiane affligunt quotidie
ergo quotidiana. falſum eſt. alr̄ due q̄r
tane affligunt de tertio in tertium: ergo
tertiana falſum eſt. decipitur ergo qui
vult cognoſcere egritudinem ꝑ paro/
xiſmum. ſi ergo quartanā volumus co
gnoſcere qd̄ volumus vt ſciamus ꝓno
ſticare: tunc opz nos ad alia ſigna con
ſurgere. Ponamus ergo aliquem febꝛi
citantem ſe. interpolata: ⁊ fuerit exte/
nuatio coꝛpoꝛis ⁊ cum venis vacuis
⁊ ſtrictis. ⁊ ſit nudus pil̄. niger ⁊ turpiſ
aſpectus: ⁊ timidus: ⁊ melēcolicus: ⁊
inuidioſus: ⁊ ſine omni charitate. ⁊ ſō
niet ſe videre diabolos: ⁊ monachos
nigros: ⁊ tranſire per loca anguſta. ⁊
videre terribilia. ⁊ tempus ſit autum/
nus. ⁊ vixerit longo tempoꝛe in ſollici
tudine. ⁊ comederit longo tempoꝛe ci
baria melencolica. vt legumina. ⁊ ſimi
lia: ⁊ habet ſplenem durum ⁊ oppila/
tum ⁊ paroxiſmus incipit cū frigidita
te tanta ꝙ videntur contundi medulle
oſſiuz ⁊ paroxiſmus fuerit longus: in
terpolato vͦo longioꝛ. tñ vꝛina fuerit
remiſſa: ⁊ pulſus paruus: tardiſſimus
in pꝛicipio paroxiſmi. ſicut pulſus ho
minis decrepiti. ſoꝛdidatus ⁊ ſe. ceſſa/
uerit cū ſudoꝛe ⁊ ſimilibus. Uere non
oz expectare ſecundam acceſſionē q̄ſi
dicā in pꝛima viſitatione cū h̄ pticula/
ria conueniunt: ꝙ iſte bonus hō patit
quartanam interpolatā ſolā ſimplicez

ſingularem. Iſte ergo beatus animus ſurgat ⁊ notata tota vicinia pronoſticet per hunc modum: iſte patitur quartanam nimiam cuius ſtatus erit remotiſſimus: ⁊ egritudo erit longiſſima: expectabis fere totam ſolutionem ſoluꝫ in ſignifero cuiꝰ primi paroxiſmi erūt multi incipientes in eodem tempore ⁊ non diuerſificabuntur ⁊ cuꝫ frigore venient exterminabili ⁊ dentium ſtridore: ⁊ grauitate capitis: ⁊ pōderoſitate totius corporis: ⁊ quies fit cum ſudore plurimo. ⁊ poſt multas horas iteꝝ reuertitur paroxiſmus. ⁊ ſemꝑ vt plurimum poſt hanc egritudinem vel paſſioneꝫ in aliquo membro aliqua remanet corruptela. Quartana aūt ſimplex ⁊c. non eſt per admixtionem alicuius hu. ſꝫ qꝛ co. aduritur: aut phlegma ſalſum: aut ſan. aut qꝛ particularia non cōueniunt: ⁊ pronoſticatio ⁊ operatio ē ſm̄ ꝙ magis aut minus elongatur a vera. Quartana aūt continua de materia eſt melencolia putrefacta intra. ſ. vaſa cuius pronoſticatio ⁊ operatio erit ſꝫ ꝙ particularia conueniūt plus aut minus. quare non poſſumus tangere ꝓpter breuitatem. In vera aūt quartana operatio talis debet eſſe cibus: ꝑdices galline: ⁊ faſiāi: ⁊ vinum: ⁊ brodiūꝫ cicerum: ⁊ bora. ⁊ conſimilia. ⁊ h̄ in diebus īterpolationis. in die aūt paroxiſmi aut modicum aut nihil ſi virtus tolerare queat. Primum digeſtiuum ſit oxill'. ⁊ ſquill'. Euacuetur autem in principio paulatine cum diaſcene. ⁊ diaboraa. mirabol'. indis: ⁊ lapide armeno. ⁊ ſimilibus. poſtea cum fortioribus ſicͨ eſt yeraruff. ⁊ conſimilia. In principio aūt horripilationis ponatur fuligo cū vrticis in arterijs manuū. ⁊ totus int⁹dum in aqua ca. reponatur: ⁊ h̄ conſimilia. h̄ autem de his breuiter pertranſiuimus qꝛ per intentionem cum auxilio dei alibi intendimus pertractare.

Intelligendum tamen eſt ꝙ melencolica materia aut eſt putrida aut non. Si putrefacta aut intra venas aut extra. ſi intra tunc cauſat quartanam continuam: ſi extra tunc ſcd̄ꝫ ꝙ materia ē multa vel parua. in vno loco aut in diuerſis generat interpolatam ſimplicē aut duas quartanas: aut quintanam: aut ſextanam. Si aūt mā collectionem faciat tunc aut vrit aut non. ſi adurit tunc generat cancrū. ſi nō apoſtema qḋ ſcliroſis appellatur cum duricie ⁊ ſine dolore. Si aūt mā non putreſiat tunc aut mittit ad totū aut ad partem. ſi ad totum aut ad cutem aut carnem. ſi ad carnem generat leprā. ſi ad cutem aut ad totum aut ad partem. ſi ad totum generat ictericiam nigram. ſi ad partem generat morpheam. Si autem materia melica ad totum tranſmittatur corpus tunc diuerſa generabit ſm̄ diuerſitatem membrorum. ⁊ materie ſitus: ſicut melencolia: impetiginem. ſerpiginem nigrarum: ⁊ ſicut tuſſis. infectiōes puſtule parue: nodi ⁊ ſimilia ⁊c.

Caplm. iiij. de pronoſticatione in morbis cōpoſitis: ⁊ prio in febribꝰ.

Compoſitiones febrium ſunt multiplices ⁊ diuerſe. Cōpoſitio aūt aliquādo ē vniꝰ generis: aliquādo diuerſoꝝ. ſi vniꝰ ſunt ſicut due tertiane due quartane: ⁊ tres: ⁊ ita de alijs multis: cum enim humores ſunt diuerſi ⁊ diuerſaꝝ cōplexionum: quilibet habet propriū motū ⁊ proprium regimen ⁊ ꝓpriū tꝑamētū ⁊ vnum eſt aliud a teꝑamēto alteriꝰ.

ideo vnus potest putrefieri preter hoc ꝙ alter putrefiat. ita simil'r vnus hu/ mor pōt putrefieri ⁊ destitui a regimie nature ita ꝙ in aliqua pte corpis acci/ dāt hec dicte cāe ⁊ accidat putrefactio possibile est ꝙ co. putrefieri intra vasa. ⁊ ita faciet fe. cōtinuā. ⁊ possibile est ꝙ altera ps colere exeat venas. ⁊ ꝙ pu/ trefiat in foraminib⁹ mēbroꝝ. ⁊ q: mā cū putrefit extra gñat iterpolatā. ideo simul erit possibile ꝙ patiat fe. tertia/ nam interpolatā ⁊ cōtinuā. ⁊ ista cōpo sitio erit gñis vnius. Sil'r est possibile ꝙ extra venas in diuersis locis in vno tpe colera putrefiat. ⁊ fm diuersitatem putrefactionū fient diuerse fe. fm hoc igitur erit possibile simul eē duas tertia nas aut tres aut plures sicut dico de co lera: ita possum⁹ pari rōne intelligere de quolibet alio hu. Si aūt cōpositio sit diuersoꝝ geneꝝ. tc̄ hoc accidit mul tipliciter. sic̄ aliqñ cōpōit fe. ethica cū putrida ⁊ putrida cū ephimera. ⁊ ephi mera cū ethica. fe. n. denoiationem hñt ex subiecto. si spūs primo ac principa/ liter ⁊ per se ⁊ subiectiue calefiat ephi/ mera erit. licꝫ hu. ⁊ mēbra sint semp ca lefacta. si aūt humiditates aut membra supercalefiāt prio erit ethica. licꝫ alia sit supercalefacta. tūc igitur possibile ē humores putrefieri ⁊ fe. gñari. ⁊ ꝙ pa/ tiens vadat ad solem ⁊ fortiter irascat ⁊ ꝙ supcalefaciat spūs aialis ⁊ vitalis ⁊ nālis. ⁊ ita erunt siml' putrida ⁊ ephi mera. ⁊ ita intelligam⁹ de ephimera ⁊ ethica ⁊ putrida. Cōpositio igit diuer soꝝ geneꝝ aut erit per viā vicinitatis: aut cōmixtionis: p viā cōmixtionis sic̄ sūt fe. gñate de phlegmate salso aut co. adusta. ⁊ ita de oib⁹ aliȷs generatis de vno humore innāli adusto. Si aūt per viam vicinitatis aut erit quo ad mām

tm̄: aut quo ad materiam ⁊ formam. si quo ad materiā sic erit empiala ⁊ li/ paria vbi alia pars phlegmatis putre/ fit in exteriorib⁹ ⁊ altera ꝓpter sui gros siciē putrefieri nō pōt. sed pars putrefa cta calorē inducit in toto corpe. ⁊ alte/ ra pars dissoluit ⁊ sentit calor ⁊ frigus in toto corpe. in altera tm̄ calor est ma/ gis manifestus exteri⁹ ⁊ fritas interius magis. Et hee spēs magis cognoscunt si aūt sit cōpō quo ad materiā ⁊ formā erit multiplex ⁊ diuersa valde fm ꝙ di uersimode pñt putrefieri in diuersis lo cis. ⁊ fm ꝙ vn⁹ cū quolibꝫ: ⁊ quilibet cum quolibꝫ coniungi possunt per viā vicinitatis. ⁊ tūc nō oportet nisi discer/ nere qōlibet cū quolibet ꝯiūgere ⁊ inci piamus a sang. licꝫ eni sang. feb. simpli cem singularē facere nō possit. ꝓ tanto q: tēperat⁹ ē cū putrefit amittit formaꝫ ⁊ altera eius pars cōuertit in co. ⁊ alte ra in meliam. Nihilomin⁹ tm̄ quantum est ad fieri putrefactiōis fm se putrefie ri pōt. ⁊ sol⁹ in facto esse nō sang. igitur aut putrefit: aut nō. si nō: tūc gñat feb. san. de san. nō putrefacto ꝓpter domi/ nium quātitatiuū sanguis intra venas. que quidē fe. ephimere ꝓportionatur. si aūt putrefiat si tūc plus dissoluit ge/ nerat hotenā sanguineā que aliqñ com ponitur cū co. ⁊ si plus ē de co. appel/ labit causonides. si plus de san. sinochi des. ⁊ si eq̄liter alio noie appellabitur. nūc āt si aliud ē tēpamētū sang. ⁊ aliud phl'atis pōt vnū putrefieri sine alio. q igit rōne sepatim ita cōiunctim ⁊ ita pt vt videt fe. cōponi p viā vicinitatis ex sang. ⁊ phl'ate. aliqñ plus de isto aliqñ pl⁹ de illo. aliqñ eq̄liter. Et intellige ita de melia. ⁊ ita de aliȷs hūorib⁹ innāli/ bus vt phlegma salsum. ⁊ ita de oibus aliȷs. tūc ꝙ videt ꝙ sang. pōt ꝯiūgi cum

co. ⁊ cum qualibꝫ spē ei⁹. ⁊ cū phl'ate ⁊ cū q̄libꝫ spē ei⁹. ⁊ cū mel'ia. ⁊ cū q̄li/bet spē ei⁹. Tūc loquatur de co. igitur cū phl'ate cōiungi pōt. qm̄ quilibꝫ pōt putrefieri intra venas. ⁊ ita erit com/posita ex tertiana cōtinua ⁊ q̊tidiana continua. si vterqꝫ putrefiat extra. tunc erit fe. cōposita ex tertiana interpolata ⁊ quotidiana interpolata. Si aūt co. putrefiat intra. tūc erit cōposita fe. ex tertiana cōtinua. ⁊ q̊tidiana interpola ta. Si aūt phl'ma putrefiat intra: ⁊ co. extra. tūc erit fe. ꝯposita ⁊ q̊tidiana cō tinua ⁊ tertiana interpolata. ⁊ hec vo cantur quatuor spēs emitriteoꝝ. qꝛ me dietas est tritei idest tertiāe. ⁊ sicut co. nālis ⁊ phl'a nāle pn̄t putrefieri p viaꝫ vicinitatis. ita oēs spēs colere innālis ⁊ phlegmatis innālis. aliqñ pl⁹ de isto. aliqñ plus de illo. aliquādo equaliter. aliquando intra. aliqñ extra. ⁊ tūc non opꝫ nisi cōbinare ⁊ q̊libet per q̊libꝫ discernere. ⁊ sicut colerica mā pōt con iungi cuꝫ mel'ia nāli ⁊ innāli: ita et nāle cum naturali. ⁊ inaturale cū inaturali. Tūc igitur pōt putrefieri cole. ⁊ mel'ia intus ⁊ vtraqꝫ extra. ⁊ alteꝝ int⁹: ⁊ al terum extra: ⁊ econuerso. ⁊ ē exēplifi/catum in co. ⁊ phleg. Tunc vadamus ad phlegma. vt phlegma naturale pōt coniūgi cū mel'ia nāli per viā vicinita/tis. ⁊ vtrunqꝫ putrefieri intra venas et erit feb. cōposita ex q̊tidiana continua et q̄rtana ꝯtinua. Si vtrūqꝫ extra erit fe. cōposita ex q̊tidiana interpolata. ⁊ q̄rtana iterpolata. Si āt phl'a intus et mel'ia extra erit fe. ꝯposita ex q̊tidiana cōtinua et q̄rtana interpolata. Si autē species phlegmatis innālis cōiungant cum spēbus melancolie inaturalis. tūc diuersitas erit magna valde ꝺm ꝙ hu. abundant plus vel min⁹ itus vl' extra.

Et nō oꝫ nisi discurrere ⁊ quodlibꝫ cū quolibet comparare ꝺm exēpla dicta. Signa aūt omniū istaꝝ compositionū per simplicia habentur. Qui g̊ cogno/scit exq̄site feb. solas simplices singula res cog̊scit ⁊ cōpositas. ⁊ i prima die simplices debent cognosci: composite aūt nō: nisi tūc cū motus eorum oium que in compositione intrant transeunt. ⁊ tunc per modū affligendi maiorē vel minorem. diuersitatem sinthomatum: ⁊ pulsuum: ⁊ vrine: ⁊ alia accidentia. diligenter aduertēdo ad res nāles ⁊ nō naturales: ⁊ ꝯ̄ naturam. ⁊ quantū mo/tus vnius minuat suā operationē respe ctu alterius cōsiderando cōpl'onē. vir tutem delectationē cōsuetudinē. ⁊ alia oia dicta in cognitione simpliciū ⁊ co/gnoscuntur quedam subito ⁊ cito. q̄dā cum difficultate. potissime cū due ma/terie simul ⁊ equaliter putrefiunt intra vasa. sicut ēst fe. composita ex tertiana continua ⁊ quotidiana continua. ⁊ ita de aliīs similibus. in aliquib⁹ tamē pos sumus exemplificare vt idem in simili/bus videat. Ponam⁹ aliquam febrem que incipit cū rigore quasi cum punctu ris acuum: ⁊ vomitu co. ⁊ cuꝫ pulsu oc culto in principio accessionis ⁊ veloci ⁊ frequenti in augmento: fieri in. vj. ho ra noctis. ⁊ fit in secunda hora diei al/ter sibi consimilis. ⁊ in nona hora alter consimilis. tūc nō opꝫ dubitare ꝙ hec fe. est composita ex tribus tertianis in/terpolatis de materia i triplici loco pu trefacta. Si aūt in prima hora diei in/cipit cum frigiditate modica ⁊ inordi/natione pulsus. ⁊ calore in tactu non multum acuto ⁊ vomitu phlegmatico ⁊ in hora sexta incipiat paroxismus al ter consimilis. ⁊ in octaua noctis alter consimilis, nō oporter dubitare ꝙ hec

est feb. composita ex tribus quotidianis. Si aūt paroxismus incipit in q̄rta die cū frāte contūdente medullas ossium. ꝛ pulsus sit in vltimo occultus ꝛ tard⁹ in principio paroxismi. ꝛ consimilis incipit in .xij. hora. nō opȝ dubitare ꝙ hec fe. ē cōposita ex duab⁹ q̄rtanis. ꝛ ita ītelligam⁹ de multis cōsilib⁹. Si aūt paroxism⁹ incipit cum frigore inteso: ꝛ pulso. inordiato: ꝛ tardo ꝛ occulto in principio poxismi. ꝛ durauerit lōgo tpe. ꝛ cesset cū sudore. ꝛ silibus. ꝛ postea isurgat poxism⁹ cū frigore tāꝙ cū pūcturis acuū. ꝛ velocitate puls⁹ cū est in augmēto: ꝛ frequentia ꝛ calore intenso. ꝛ terminet cum vomitu co. Tūc hec fe. est cōposita ex q̄rtana interpolata ꝛ tertiana interpolata. ꝛ ita intelligamus de phlegmate ꝛ alijs cōbinationib⁹ seu extra seu int⁹. ita ꝙ co. facit calorē intensū maiorē de tertio in tertium. Phlegma aūt facit ca. lentū vaporosū. pulsū iordiatū. vrinā remissam ꝛ affligit plus p dies pares. ꝛ accessio est lōga. ꝛ iterpolatio ē modica. melia aūt i pricipio fac pulsū occultū: invltio ꝛ tardū. ꝛ vrinā remissam. ꝛ interpolationem magnā. ꝛ frigus intensū. ꝛ affligit in dieb⁹ parib⁹ magis. Ex his ḡ solers medic⁹ poterit oēs ꝯpōnes cognoscere simplicib⁹ bn̄ cognitis. ꝛ nō possū oia signa particularia tāgere: qꝛ ad narrandum nō sufficeret pn̄s dies. Pronosticabit eni medic⁹ eē fe. cōpositā maliciosam ꝛ de difficili terminabilē cū errore ꝛ terribilitate accidentiū ꝛ tolerātiā malā pa. propter diuersitatē sinthomatum. ꝛ reiterationē eorūdē. hāc aūt maliciā iudicabit plus aut minus ſm diuersitatē materie vel multitudinem eius. ꝛ ſm hec operationes pticulares diuersificant que oia in simplicib⁹ imbibuntur. ꝛ hec omnia propter breuitatem industrie medici relinquantur.

¶ De pronosticis in apostematibus.

Apostema est morbus compositus in quo sunt omnia genera morboꝝ. sicut est morbus consimilis. officialis ꝛ cōmunis. Quis aūt boꝝ sit morb⁹ per se vel oēs simul alibi habȝ locum. Apostematū autem quedā generant ex sanguine ꝛ appellatur phlegmō. quedā de co. ꝛ appellat herisipila. quedam de phlegmate ꝛ appellat zima. quedam de melia ꝛ appellatur sclirosis. Modus aūt generationis apostematū est iste cū magne vene sunt plene deinde parue ꝛ capillares. tūc qꝛ sang. in venis contineri non pōt aperiuntur violenter orificia venaruȝ. ꝛ tunc sanguis exit ꝛ resudat ad porositates membrorum ꝛ loca debilia. ꝛ tunc si sanguis temperatus est in qualitate ꝛ quantitas eius est pauca: ꝛ virt⁹ eius est fortis. tūc potest rectificari aut quādoqȝ assimilando ꝛ euaporādo sic ꝙ nō generabit apostema. Si auteȝ sit nimie quantitatis aut male qualitatis. tunc non potest corrigi. ꝛ tunc congregat meteria i loco debili ꝛ causat apostema. Si aūt sit in interiorib⁹ ꝛ quantitas magna. ita ꝙ fumus resolutus ex interiori possit penetrare continue cor. aut continue possit calefacere partem. ꝛ partē donec veniat ad cor. tunc feb. continuam generabit. Si aūt sit in exterioribus ꝛ membris remotis ꝛ in pua quātitate tūc causabit phlegmonē. Si aūt sit quasi in dispositione media. ita ꝙ calefactio aliqn̄ pōt venire ad cor: ꝛ aliqn̄ nō. tc̄ possibile ē nec videt alienū ꝙ fe. interpolata possit ex apostemate san. gn̄ari. licȝ sit hoc de raro ꝯtigētib⁹. Si aūt san. adurat transit in nāȝ vene

nosam ꝛ corrodit ꝛ vlcerat ꝛ generat carbūculū. Et cognoscit āt apostema san. cū est in exteriorib⁹ p calorē molliciē ꝛ ruborē ꝛ dolorē ꝛ pulsationē. Si aūt sit in interiorib⁹ tūc cognoscit q̄dā cōiectura ꝓxima veritati: ꝛ qꝛ vrina rubea ꝛ spissa ꝛ pulsus plenus vndosus sputū rubeū ꝛ qꝛ iuuenis ꝛ hꝫ venas latas ꝛ plenas in tēpore vernali ꝛ silib⁹. Modus aūt gnātionis apostematis co. est sicut de sanguie ꝛ ita de aliis humoribus. Cognoscit aūt apostema colericū. qꝛ color est citrin⁹ ꝛ loc⁹ ē durus ꝛ calidus ꝛ dolorosus. Si aūt sit in interioribus cognoscit per vrinā citri. ꝛ tenuē ꝛ p pulsus velocitatē ꝛ per sputū citri. ꝛ qꝛ co. ꝛ tēpus est estiuū ꝛ silibus. Si aūt inflāmet co. gnāt pessima scādala: qꝛ scindit mēbra vt gladi⁹ ꝛ tūc causat sacer ignis. Mā aūt phlatica cognoscit p albedinē ꝛ grossiciē ꝛ ex modico calore ꝛ dolore ꝛ si adurat generat fistulā. Si aūt sit in interiorib⁹ cognoscit p vrinā remissam ꝛ spissam: p pulsus molliciē ꝛ inordinationē per sputū albū globosū ꝛ qꝛ phlaticus ꝛ tēpus hyemale ꝛ silibus. Mā āt melēcolica cognoscit p duritiē ꝛ liuorē ꝛ p paꝝ de dolore ꝛ calore. Si āt sit in interioribus cognoscit per vrinā remissā ꝛ tenuē ꝛ pulsū puū ꝛ strictū sputū liuidū ꝛ qꝛ melic⁹ ꝛ tps autūnale. Apostematū aūt quedā habēt figurā acutā ꝛ ista sūt melioris termiationis qꝛ significat v̄tus fortis ꝛ mā obediens ꝛ mēbrū dispositū. Si aūt figura sit obtusa tūc est malū qꝛ significat mā grossa ꝛ virtus debilis q̄ nō potuit expellere ꝛ mēbrū solidū per qd̄ non poterat fieri trāsitus. Apostematū aūt quedaꝫ rumpūtur exterius quedā interius ꝛ q̄dam vtroq̄ mō. Illud aūt qd̄ rūpitur extra melius est, p tanto qꝛ virtus significatur esse fortis potēs expellere exterius. ꝛ nō corrūpitur aliqd̄ mēbrū ex hoc: qꝛ delegatio est ad exterius. Si aūt ruptura sit ad interius: tūc est malū ꝓpter hoc qꝛ corrūpi possunt mēbra nobilia. Si aūt rūpit exteri⁹ ꝛ interius tūc est deterius qꝛ nō inuenit natura locū solidū vbi se apodiet in generatione carnis: sicut videmus in generatione plātaꝝ vbi est generatio eaꝝ in cōfinio triū elemētoꝝ in solido: ꝓterq̄ in lētigine aque: qꝛ nō apodeat radiceꝫ in terra: ꝛ qꝛ nō inuenit cētrū vt solid. vel eoꝝ mā. Terminatio apostematū venenosoꝝ sicut est herisipila antrax carbūculus ꝛ silia. Apostemata venenosa cū apparēt exterius si subito se ꝓfundāt interius ꝛ locus appareat exsiccatus ꝛ fuerit liuidus color aut viridis aut niger tūc mortē significat: qꝛ ex mā maliciosa ꝛ venenositate ei⁹ sinthomatice materia mittit ad interiora: ꝛ qꝛ vadit ad mēbrū nobilius: iō subito interficit ꝛ ita mortē significat. Apostemata aūt cōponūtur inter se ꝛ signa cōpositoꝝ p simplicia discernunt. Si autem san. facit apostema ꝛ adurat generat carbūculū. Si aūt san. adustus misceatur cū co. generat apostema ipetiginē antracē ꝛ carbūculū. Si aūt co. inflāmetur generat herisipilā id est sacrū ignē. Si aūt adurat generat herpestiomenū id est lupū. Si aūt phla aduratūr fistulaꝫ generat: ꝛ si melancolia adurantur generat cācrum. Apostēata aūt ptis dextre sunt peiora qꝛ virt⁹ est fortior: ꝛ ideo cā maior. Apostemata aūt sinistre ptis minorē habent maliciam: qꝛ virtus debilior. ꝛ iō ca. minor. A diafragmate inferius ꝓpter epar. qd̄ est in pte dextra malicia maior. Splen

aūt in parte sinistra est. ꝛ ideo malicia minor. Et cum vniuersaliū insufficiēs sumat doctrina: nisi ad particularia ex pandant. ideo particulariter de apostematibus est loquendū. et qꝛ cognitio particule magna pars curatiōis est. iō de his particulariter est determinādū ſm naturā particule patientis. Nunc aūt regiones corporis hūani sunt tres vt regio aiatorum et regio spūaliū: et regio nutritiuorum. Et ideo primo agendū est de apostematib⁹ magnis periculosis i regione aiatorum. Apostemata aūt magis periculosa in parte aiata quātū est de presenti sunt tria. Primū est apostema de co. in pte anteriori cerebri: et appellat frenesis cū fe. cōtinua et alienatione. et saltu et clamore: et terribilibus accidentib⁹. qꝛ fe. pernecabilis est in oī genere suo. cuius si vrina sit alba et spissa: et si pseuerauerit mortē pculdubio significat. qꝛ mortificationē virtutis naturalis significat in minera. Secūdum apostema est in parte posteriori de mā phlegmatica in plus qḋ appellat litargia: qḋ obliuio īterptat. cui⁹ signa mortalia sunt tremor capitis: liuor faciei. et ꝙ sanguisuga apposita non adheret. Tertium aūt apostema est apostema auriū cū dolore acutissimo. ꝛ iō iuuenes ꝑpter sensum citi⁹ moriunt. Et intelligendū est ꝙ oē apostema in capite cū dolore acutissimo et intētissimo: et fe. continua mortē significat. Senes tū tardius moriunt cū nō habēnt tātū sensum. Tūc veniam⁹ ad apostemata spiritualiū: et sunt. v. vt apostemata vue. et squinantia. et periplonia. et pleureſ. et apostēata diafragmatis. apostēa vue periculosum ē ꝑpter fe. et tumorē et dolorem. et qꝛ īpedit duas opationes nobiles: vt anhelit⁹: et cibi descensus. et⁹ incisio est multū timorosa. ita vt in sanitate rarissime accidat qn cadat i ptisim qui vuam incidunt sibi. et ideo purgato corpe si nimis i radice gracilet incidenda est. Secundū apostema ē squinantia et hꝫ. iiij. species. vna nāqꝫ apparet oīno extra i collo. alia que oīno intus in viā anhelitus: et non apparet. tertia que partim ē intus. et partim extra. quarta q̄ apparet in gutture ore bū aperto. que igit tātū apparet extra minus mala. ꝛ ideo qꝛ ad exteriora erūpi pōt ꝛ nō corrūpit mēbra nobilia. ꝛ nō impedit nobiles operatiōes. Secūdū est in maiori malicia apostema qꝛ apparet in gutture. qꝛ nō pōt ita bū mundificari. ꝛ ad exteriora erūpi. Tertiuꝫ est in gradu peiori qḋ tm̄ ē interi⁹ ꝛ nō apparet. qꝛ medicinalia nō pñt applicari. Et si rumpat fluit ad īteriora. Quartum est in maiori malicia. qꝛ appet intus ꝛ extra. ꝛ qꝛ vadit ad pulmonē altera pars ꝛ qꝛ in medio perforatum. ꝛ nā nō īuenit viā vbi apodiet se. ꝛ qꝛ mā ē mlta valde postꝙ ē exteri⁹ ꝛ interi⁹. Et qḋ ducit ad vocē catulinā ꝛ sūmam difficultatem anhelitus pculdubio significat nisi ei succurrat cū oī gñe phlobotomie ꝛ euacuationū. Tertiū apostema est peripleumonia qḋ est apostema vt plurimū phlegmaticū in panniculo pulmonis vel pēnis ei⁹. ꝛ cognoscitur ex dol. spatularum. ꝛ rubore maxillarum. ꝛ fe. ꝯtinua. ꝛ cū maliciosis sinthomatib⁹. Quartū ꝛ quintū apostēa qḋ est in pāniculis costarum in interioribus vel i diafragmate. qḋ vt plꝫ ex co. gñat penetratiua ad pāniculos. Et hꝫ quatuor sinthomata insepabilia. Primū accñs est dolor admirabilis intolerabilis pūngitiuus maliciosus. ꝑ tanto qꝛ ibi ē quadruplex cā doloris: interi⁹ i

venis est mala cōplō diuersa dolorem inducens: ⁊ multitudo humorum a circūferentia ad centrū descendendo: solutionē continuitatis inducens. preterea in foramine mēbri est dolor ꝑpter maliciā cōplexionis pūerse: ⁊ mā influxa existente. ⁊ est dolor ꝑpter illā eādem materiā solutionē continuitatis inducētem mouendo a centro ad circūferētiā ideo inest ibi dolor inestimabilis ꝑpt duas cās doloris duplicatas. Secūdū accidens inseparabile est fe. ꝯtinua fortissima cū calore fortissimo ꝑ tāto qr ē ebulitio minere sic prope cor. ideo fumus tāte fornacis ꝯtinue vadit ad cor. ⁊ qr ebulitio ꝯtinua iō fe. fortissima valida. Tertiū accidēs inseparabile ē difficultas anhelitus: cū propter materiā comprimatur diafragma. ⁊ oppilantur vie anhelitus. Quartuz ē tussis. qm̄ cū aliquid resudet ad caput cāne: sentit nocumentū virtus aialis sensibilis. ⁊ excitat virtutē nālem ⁊ expulsiuā ⁊ nititur expellere illud nocumentū: ⁊ talis motus appellat tussis. Nūc aūt si in apostematibus spūalium a principio infra .iiij. dies appareat sputū al. digm̄: ⁊ exeat cū velocitate: ⁊ cū tussi modica curabitur in breui ꝑculdubio. Si aūt tarde appareat tarde curabit. si aūt a principio apparcāt magna signa: vt sputum citrinū aut ru. aut nigrū. aut liuidū. aut viride: mortē ꝓximā significat. si tarde appareāt tarde morieē. Et si signa mediocria apparent mediocris erit dispositio morbi. Ista tñ inferius magis particulariter pertractabunt. In regione aūt nutritiuoꝝ quātū ē ð pñti. viij. accidūt apostemata. vt apostēa meri stōi. epatis. ypocōdrioꝝ. ⁊ splēis. ⁊ renū. ⁊ vesice. ⁊ pectinis. qr nos ñ loqmur nisi de apostēatibꝰ magnis piculosis. ⁊ sic aliq alia intelligunt i his dictis aut sb canonibus gñalibus adictis. in meri qdruplex apostēa pōt gñari aut oino intus aut oino extra. aut simul intus ⁊ extra. aut in capite meri qr videt ore aperto. Ista āt apostēata sūt piculosa aut ꝑpt nobiles opatiōs q̄s ipediunt. aut quia intus spondilia dorsi ꝯhūtur aliqn̄ ꝑpt spasmū. ⁊ pp oīa alia q̄ dicta sūt i sqūinantia. Apostēa stōi ⁊ potissime orificiū est multū piculosū pp dolorē sincopalē q ibi accidit ꝑpter nimiū sensuz ⁊ approximationē ad cor: ⁊ ē cū nausea ⁊ vomitu: ⁊ ablatiōe cibi. Apostēa āt epatis cogscit ex dolore a pte dextra subtus costas: ⁊ qr figura ē nouacularis. ⁊ egō ad modū loture carnis. ⁊ est periculosuz. qr mēbꝝ nobile ⁊ in eius operatiōe fit error frequenter sicut dissolutionis si stiptica nō apponant vt virtus mēbri ꝯfortet. ⁊ qr sequit fe. fortissima ꝑpter nobilitatē mēbri. ⁊ aliqn̄ ydropisis ꝑpter corruptionē digōnis. Et hec ydro. habz signa cōstipationē ventris. ⁊ tussim. apostēa ypocōdriorum: seu ieiunij seu venaꝝ meseraicaꝝ propter approximationē ad mēbꝝ nobile. ⁊ qr cibꝰ nō pōt penetrare ad epar quare sequit fe. ⁊ ydrop. aut eiꝰ signuz fluxꝰ vētris. Apostēata aūt splenis ⁊ renū sunt multū piculosa qr hu. epatis ⁊ hūiditas nō pōt bñ mūdificari. Sūt igit periculosa ꝑpter māe multitudinē ⁊ mēbri nobilitatē. Idē dico de apostemate versus vmbilicū ⁊ pectinē. Apostema aūt vesice ē piculosuz magis pp maiorē excessum. cuiꝰ malicia cogscit i fortitudine fe. ⁊ retētiōe vrie ⁊ egōnis. ⁊ accidit plus pueris cū nulli ex rebus intendāt nisi soli comestiōi. Apostēatū aūt vētris quedā sūt ca. ⁊ quedā frigi. In his aūt apostēatibꝰ si pulsatio for/

tis ꝛ magna apparuerit angustiaꝫ. aut alienationē significat si cū hoc oculi sūt tremuli maniā significat. Ista aūt apostemata dura ꝛ dolorosa cū terribilibus accidentibꝰ apparētia i principio morteꝫ inferūt ꝛ si nō ꝛ fuerit iuuenis ꝛ dolor fuerit in fronte ꝛ corpa appareant rubea. fluxū sang. infra diē. vij. significat. Si aūt nō fit ꝛ eger protendit vsqꝫ ad diē. xx. terminabit per saniē. Apostemata aūt frigida i frigidis locis tardius per fluxū sang. termināt ꝛ cū p saniem tardiꝰ. qꝛ diē q̄dragesimā oꝫ expectare. In oībus apostēatibꝰ quanto plus descēdūt inferꝰ tāto minꝰ de sanie generant. In superioribꝰ aūt plus propter caloris fortitudinē ꝛ virtutis. Sanies aūt laudabilis cognoscit qꝛ alba ꝛ eq̄lis per totū: ꝛ nō est mali odoris. Contrariū aūt cognoscit per cōtrariū. Preterea intelligendū est ꝙ apostēata spūaliū duobꝰ modis terminant. Aut enī fit terminatio p saniē qn̄ generat an̄ diē. vij. aut post. Si aūt in die. vij. vel an̄ ꝓculdubio mortē significāt. cū saníes ꝛ putredo ē colica. qꝛ in tā breui tp̄e nā nō deberet saniē gn̄are. quare morietur in. xiiij. tn̄ tot bona signa pn̄t apparere: ꝙ mors retardaret. finaliter tamē euadere nō pōt. Si aūt apostēatis terminatio fiat p aliud apostēa. tūc aut ē in superioribꝰ aut inferioribꝰ. Si aūt i superioribꝰ cognoscit per difficultatē anhelitus. ꝛ qꝛ ypocondria nō dolorosa nec tensa. Si aūt dolor est in ypocōdrijs mām significat inferius delegare. Nūc aūt delegatio aut ē post digōneꝫ mãe aut an̄. Si post salutem significat totius mēbri. Si aūt mā fuerit indigesta periculū est de mēbro: licꝫ totū saluetur. Et si hec mā q̄ an̄ digestionē delegata fuit ad extrema iteꝝ reuertatur ad minerā mortem significat. Apostēa aūt quod gn̄atur in hyeme plus durat ꝛ tardius accidit resolutio. Apostēata aūt que p saniē terminant quedaꝫ sunt ca. ꝛ q̄dā fri. ꝛ quedā mediocria. Apostemata ca. rūpunt ꝛ termināt i die. xx fri. in. xxx. mediocria in. xl. ꝛ nō debemus cōputare a principio totiꝰ morbi sed a principio gn̄ationis saniei: qd̄ cognoscit ex punctura ꝛ dolore ꝛ maiori inflāmatiōe ꝛ cal. ꝛ ex tūc rupturā expectemꝰ. Apostēata aūt quedā gn̄ant de ventositate: q̄dā de aquositate.

¶ Capitulū quintum docet ꝓnosticare de febrium differentia.

Triplex est febris in gn̄e vt ephimera cuiꝰ subiectum ē spūs. ꝛ putrida: cuiꝰ subiectum sūt hu. ꝛ ethica: cuiꝰ sbiectū sunt mēbra solida. ꝛ licꝫ in altero tamen principaliter alterū. verbi gratia: amphora pōt esse calida ꝛ ꝙ vinum frigidū intus reponatur tamen calefiet vinum calefactione amphore. ꝛ hec assimilatur ethice: vbi mēbra solida prio ꝛ principaliter sunt calefacta. ꝛ p consequens alia. Aliquādo est vinū calidum amphora frigi. calefit inde āphora ex vino ꝛ assimilatur putride: vbi hu. prio putrefiūt. ꝛ per cōsequens totum. Aliquādo etiā aer calidus subītrat domū: vt pꝫ i estate. in flatu vēti meridionalis ꝛ ex calefactione aeris calefit tota domꝰ. ꝛ hoc assimilat ephimere. vbi calefiūt spūs. ꝛ per ꝯsequens tota domus corpis humani. ephimera appellat fe. q̄ principaliter in spiritibus radicat. ꝛ dicit ephimera ab ephemerō pisce q̄ eadē die q̄ orit morit. Gn̄at aūt hec feb. ex causis multis tā exterioribꝰ q̄interioribꝰ. ꝛ ex

rebus.vj.nō nālibus idebite cordi ap
plicatis sicut ē aer nimis ca.ꝛ fri. ꝛ pe
stilētialis ꝛ exercitiū nimiū ꝛ coitus ꝛ
bal.ꝛ cibus ꝛ potus ca.ꝛ venenū exhi
bitū ꝛ medicia nimis ca. vigilie nimie
ꝛ inanitio nimia ꝛ expulsio ꝛ retentio
supfluitatum ꝛ accntia aie sicut est ira
tristicia ꝛ cōsilia ꝛ ꝓueniūt in aposte/
matibus q̄ ꝓueniūt in emūctorijs mem
broꝝ nobiliū sicut bubones ꝛ cōsilia.
Cās āt reddere oium longū esset ꝛ si/
gna distinctiua hn̄tur indicio patiētis.
Distinguit specialiter hec fe.ab oi alia
qꝛ calor est equalis in pricipio ꝛ in sta
tu ꝛ nō est pūgitiu⁹ vritiu⁹ ꝛ nunꝙ ve/
nit nisi ex cā manifesta ꝛ vrina est nā/
lis aut modicū distat pulsus eq̄lis acce
dens advelocitatē ꝛ frequētiā ꝛ modi
cū distat a nāli ꝛ terminat cum sudore
vaporoso ꝛ non durat nāliter nisi per
vnā diem. Sed si corpus est oppilatū
ꝛ silia extēdit se ad longius vsqꝫ ad q̄r
tam diē. Et si vadit vlterius iā nō est
ephimera sꝫ putrida. Sed ꝓnostica/
tio erit talis. Fe.hec erit breuis termi
nationis ꝛ bone ꝛ calor lētus sine ma
licijs sinthomatū ꝛ medicabit corp⁹ ꝛ
dieta erit tenuis ꝛ regulata ne fiat ca/
sus in putridā ꝛ nō nimis tenuis ne fi/
at casus in ethicā. Ergo diligēs caute/
la sit in regimine ne in aliā ruat febrē.
Fe.āt putrida in hūc modū situat. Pu
trefiūt aūt hūores cū destituunt cū ca/
rent euētatione cū cōculcant cū magni
ficant. Cū igit pori claudunt qd̓ fit cū
hūores augmētant aut conculcant aut
cōstringunt pp frigiditatē ꝛ silia. Tūc
fit q̄dā ebullitio ꝛ fumi capinosi reso
lutio ꝛ ꝑmixtio subtilis cū grosso: qꝛ
putrefactio ē in corpibus ca.ꝛ hu. cuꝫ
dissolutiōe rara. Est igit putrefactio li
quidoꝝ ꝛ fluidoꝝ: cū ergo mā cōcul/
catur resoluit fumus siccus vt apparet
in stercoribus putrefactis in cāpis. vbi
resoluit fumus vrēs ꝛ pūgēs faciē; si/
cut fum⁹ resolutus ex minera acut⁹ ca/
pinosus pūgitiu⁹ petit cor.ꝛ supinflā/
matur calor ꝛ spūs cordis ꝛ ipm cor
ꝛ ꝑ ꝯn̄s totū corpus ꝛ tūc est fe.forma
liter. Distinguit autē sic fe.putrida ab
alijs fe.qꝛ vl̓r calor in tactu est pūgiti/
uus et vritiuus tactui inferēs nocumē/
tū. Et venit vt plurimū sine cā manife
sta et vrina est in principio indigā et
pulsus in principio et ꝑuus et velox.et
in statu magnus ꝛ velox ꝛ in principio
calor debilis ꝛ in statu fortis. Et si mā
ē intra venas tūc vt plurimū est sine ri
gore. Si est extra est vt plurimū cū ri/
gore ꝛ cōmotione maiori pp fumosa/
rū supfluitatū expulsionē. Pronostica
tio erit talis. Ois cōtinua putrida ꝑicu
losa ꝛ cū maliciosis ꝛ ꝑnecabilib⁹ acci
dētibus ꝛ calore forti ꝛ iquietudine ꝛ
mala tollerātia pa. Regimē ꝛ medica
mia debēt eē magne ꝑspicacitatis cau
tela mirabilis sollertia ꝛ diligēs solli/
citudo. Debēt igit medicamina appli/
cari ꝛ regimē ꝙ hēant aspectū ad op/
pilationē ꝛ poroꝝ clausionē ꝛ ad quā
titatē putredis ꝛ ad eleuationē discra/
sie ꝛ nām materie ꝛ ad ꝑiculā pa. Et
ſm ꝙ cōpetūt plus illi vl̓ illi ſꝫ h̓ oꝫ cō
ponere medicamē ꝛ inde euidēter me
dici peritia expit. Fe.aūt ethica in mē/
bris solidis radicat ꝛ creat duob⁹ mo
dis. Un⁹ est euidēs ꝛ manifest⁹ ꝛ cū ca
liditate. Et fe.valida ꝑcedēte gnātur.
Alr̓ ꝙ magis occulte ꝛ magis paula/
tine fit.s.cū cātur cū tristicia ꝛ labore
ꝛ silib⁹ angonijs. In fe.āt ethica cuius
subm sūt mēbra solida oēs ꝑtes corpis
ſm reꝝ naturas alterate sunt eq̄lr ꝛ in
toto corpe cōplexio nālis est mutata ꝛ

facta est siliś trāsmutāti. Et nō est ꝑs
q̄ possit resistere sensibiliter alterāti ⁊
in principio q2 mala ꝯplexio est eq̄lis.
Ideo nō est dolor q2 cōtrariū nō sentit
cū sit idē ⁊ habituatū. Discernit āt ab
oi fe. q2 pulsus est durus qð nō est dire
cte in aliq̄ alia fe. nisi ꝑ accn̄s. Quia qn̄
corp9 est infrigidatū ex aere vel ex aq̄
frigida vl' ex apostemate ⁊ silib9. Uri
na eni est indigā vnctuosa ⁊ si fuerit in
troducta ethica ꝑꝑ fe. validas ꝓcedē-
tes cognoscit extēsione cutis ⁊ ꝓfūdi-
tate oculoꝝ ⁊ notabilissima cōsūptio
ne: q2 hū. radicale cōsūptū est ⁊ exhau
stū ⁊ desiccatū ⁊ fricatione ⁊ pulueri-
zatione ⁊ vltimata imutatiōe: cui9 recti
ficatio est penit9 ipossibilis vt videm9
in lichino vt cū caret oleo tot9 inflāma
tur icinerat ⁊ cōburit ⁊ subito extigui
tur cū quadā iflāmatiōe subita. Et va
statur hūidū lichini ad tātā cōtractio-
nē ꝙ si ēt apponat oleū nō saluabit flā
ma. q2 icineratū est s3 subito cū quodā
inflāmato ipetu extinguit. Sic ē in cor
pore nostro hūidū radicale. Primum
ex ca. fe. exhaustū ē ⁊ cōsūptū sic ꝙ ali
quo hūido nutrimētali adueniēte ca-
lor nālis saluari nō pōt ⁊ perit armo-
nia corpis ⁊ aie sicut in decrepitis hūi
do nāli cōsumpto sine pena ⁊ fatigatio
ne efficit mors dulcis. Cū āt prouenit
paulatie aut circa ⁊ ex alijs ꝓuenit cau
sis cognoscit ex diuersa cibatiōe quia
post cibū magis affligit qð p3 q2 si di
uersis horis cibat diuersimode plus vl'
minus affligit. Et h̄ ēt in oi spē est ve
rū ⁊ est ex quacūq3 cā ꝓueniat. Ethi-
ca igit qn̄ ꝓuenit ꝑꝑ causonē ⁊ fe. ꝓce-
dētes facilis cognitionis ē. qm̄ ypocō-
dria ⁊ vēter vident tāgere dorsū ⁊ to-
tū corpus est aridū ⁊ siccū. pellis i to-
to ossib9 videt cōiungi subito. Cū pin-
guibus ⁊ hūidis ista venire nō possūt
sed gracilibus ⁊ eis q̄ vixerūt in labo-
re. Discernit q2 in primo tactu calor vi
detur debilis ⁊ si cōtinuet erit acut9 pū
gitiuus: pul. aūt oium ethicoꝝ est de
bilis ⁊ ꝑuus ⁊ spissus ⁊ durus. Si aūt
ꝓuenerit ethica sine febrib9 ꝓcedētib9
tūc est difficilis cognitionis in princi-
pio anq̄ appareat manifesta cōsūptio
qm̄ in principio silitudinē h3 cū ephi
mera. Et fe. san. ⁊ alijs febribus putri
dis. Et si ethica fuerit simul cū putri-
da de difficili cognoscit. Si aūt presu
matur ꝙ sit ephimera ex h̄ q2 calor nā
lis nō variat in prima die secūda tertia
⁊ nō ē facta aliq̄lis trāsmutatio nec ca
loris inequalitas. Tūc si fuerit cū qua
dā corpis ariditate ⁊ sic cū quadā cō-
sumptione: tūc ꝓculdubio in ethica ē
vēturus. Quoniā ēt si hūiditas cordis
⁊ mēbroꝝ radicaliū nondū est cōsum
pta tn̄ egressus est suꝑ calefactionē ⁊
ebullitionē. Si aūt de synoca dubitet
ꝑꝑ equalē afflictionē tūc distinguit. q2
in synoca ē calor fortis ⁊ iflāmatus le
dēs manū ⁊ pul. magnus velox ⁊ fre-
quēs. In ethica aūt oia ista minorātur
ſm minorationē caloris ethice cōꝑan
do ad synocā. Fe. igitur ē inbecillis ⁊
pul. ꝑuus ⁊ debilis. Si aūt dubitet de
alijs fe. putridis hoc ē ꝙ distinguit: q2
oēs putride ineq̄liter affligūt: aut ſm
dies pares aut ſm paroxismos iterpo
latos aut ſm maiores vel minores af-
flictiones cōtinuis. In ethicis aūt quā
tū est de se sūt eq̄lis afflictionis nisi sit
ꝑꝑ cibū. Hoc eni ꝓprie ꝓpriū est oibus
ethicis post cibū iflāmari ⁊ pulsus au
geri ⁊ postea venit ad primā dispositio
nē qm̄ ē calor sic situat9 in sicco ꝙ hūi-
do nutrimētali adueniēte iflāmat ⁊ in
tēditur calor: sic vidēm9 lapides igni-

tos fumare ꝛ calcem viuā si aqua frigi
da superapponat. Hoc enim ē cōmune
omni ethice: qm̄ calor ē fortior in arte
rijs q̄ in partibus vicinis. Pronostica
tio igit erit talis: si fuerit in pricipio cū
nōdū humidū cordis sit cōsumptū ꝛ
corp⁹ desiccatū ꝛ aridū factū: tūc pos/
sibilis ē curatio: sꝫ si fuerit in fine iā hu
mido cordis consumpto ꝛ corpe exsic
cato ꝛ arido facto: tūc ipossibilis ē cu
ratio sicut est dn̄sū in lichino. Si autē
fuerit dispōnis medie inter consūptio/
nem tunc curatio erit media iter cura/
bilē oino. ꝛ oino incurabilē. Curatio
igit erit cū hūidis ꝛ tēperate calidis: ꝛ
ita sup oīa valet lac qꝛ de facili p mē/
bra disseminatur ꝛ nutrit ꝛ assimilatur
ꝛ primo valet lac mulieris plus iuue/
nis bene cōplexionate. Deinde asine.
deinde capraꝝ. deinde vaccarum. gros
sum capraꝝ mediocre. Elige igit mon
tem excelsum in quo inhabitet. ꝛ elige
de lacte quo indiguerit ꝛ curabuntur
multi quoꝝ nullus euadet.

❡ Particula secūda de ꝑnosticatione egritudinū sꝫ tempora anni.

❡ Caplm primū de pronosticatione egritudinum vernalium.

Tempus autē ver
nale fm
intētionē astrologorum
incipit a principio arie/
tis ꝛ durat vsqꝫ in fineꝫ
geminoꝝ ꝛ cōtinet tria
signa ꝛ tres mēses sicut est aries taur⁹
gemini: ꝛ incipit fere a medio marcij ꝛ
durat q̄si ad mediū iunij. Secūdū tn̄
itētionē medicoꝝ illud totū tp̄s ē vna
le i quo arbores icipiūt pullulare ꝛ flo
rere ꝛ terra germinare ꝛ ita hꝫ strictu/
ram ꝛ latitudinē fm diuersitatē clima/
tū. Hoc aūt totū corpus tēperatū ē: qꝛ
sole āscēdēte equalis est aspectus. Un̄
in estate est calor nimius ꝑpter directū
aspectū ꝛ approximationem solis ad
nos. In hyeme ē tp̄s frigidū ꝑpter elō
gationē solis a nobis. In vere aūt aspe
ctus est mediocris: ꝛ iō nō ē in vere tā
tus calor sicut in estate: nec tāta hūidi
tas sicut in hyeme: ꝛ iō tēpus vernale
tēperatū est in se. ꝛ tēperatū p cōpara/
tionē ad tēpora extrema ꝛ p cōpara/
tionē ad effectū eoꝝ qui introducit in
corpe humano: qm̄ si ip̄m tēperatū in/
uenerit cōseruabit illud. Si distēpera/
tum diuersas causabit egritudines fm
diuersitatē distemperentiaꝝ: hoc tamē
nō est ex sui malicia sꝫ ē ex fortitudie
virtutis corpus mūdificātis. Secūdū
tamē tēperamentū latitudinē habet. qꝛ
in principio assimilat hyemi: ꝛ in fine
estati. In medio aūt est maius tempe/
ramentuꝫ. Si aūt ver suā naturā non
seruauerit diuersas egritudines causa/
bit fm q̄ distemperantia est diuersa.

Nunc autem sua distemperantia: aut
est in qualitatibus: aut in substantia.
Si in qualitatibus. aut in actiuis. aut
in passiuis. aut in vtrisqꝫ. aut in simpli/
cibus. aut in compositis. ꝛ ƀm hec egri
tudines generabuntur que complexio
ni eleuate assimilantur. aut est altera
tio facta in substantia non ꝙ aeris sub
stantia cum sit simplex corrumpatur
sed propter vapores admixtos: que
effectiue ex superioribus procedunt:
materialiter ex īferioribus in aere cau/
sant epidimiam. Corpora tamen ex
hoc nō ledunt nisi fuerint apparata ꝑ
pterea alie ꝛ alie egritudines generant
ƀm ꝙ est cōplexio tēporum precedēti
um vnius vel plurium que precessit ea
dē aut diuersa in quoꝝ cognitione so
la sufficit exercitatio. His aūt omnib⁹
bene cognitis ꝛ in se consideratis pro/
nosticatio erit talis cū videbit medic⁹
ver tēperatū ꝛ tempora preterita fue
rint tēperata. Egritudines huius tēpo
ris erūt breues ꝛ bone terminationis
ꝛ sanguinee salubres quantum ex pro
prietate tēporis. De egritudinibus āt
generatis per attributionē que fiūt ex
materia in hyeme aggregata genera/
buntur apostemata epilēia ꝛ siles mor
bi se. ꝛ huius. Quantum autem est de
materia aggregata in autūno genera/
buntur lepra ꝛ melēcolia infectiones:
ꝛ similia generata de mā melencolica.
Quantum est autē de mā generata in
estate generabunt mania tertiane cau/
son ꝛ egritudines que generant ex co.
adusta. De egritudinibus autem que
generantur in vere distemperato dico
ꝙ sunt alie ꝛ alie ƀm distemperantias
ꝛ corruptiones diuersas qd̄ esset lōgū
enarrare sed iudica ƀm ꝙ erunt similes
discrasie: qꝛ omne agens similē affectū
inducit in passo. Medicatio igitur erit
talis in principio veris medicatur cor/
pus mundificatur cuꝫ temperatis ꝛ le
uibus. In fine fiat phoia ꝛ bal. ꝛ frica
tiones ꝛ exercitia temperata. Dieta sit
mediocris per totū ꝛ ita nihil nociuū
poterit preualere.

¶ Capl'm. ij. de pronosticatione egri/
tudinum estiualium.

Estas est totuꝫ illud
tempus qd̄ est a princi/
pio cancri vsqꝫ ad finē
virginis ꝛ cōtinet tria si
gna sic ē cācer leo virgo
ꝛ incipit fere a medio iunij ꝛ terminat
quasi in medio septēbris. Uel estas ē
totū illud tēpus in quo grana venerūt
ad perfectam maturitatē. Et hec diuer
sitas est magna valde ƀm diuersitatem
climatum. Estas est ca. ꝛ sic. comple/
xionis in qua excedit caliditas magna
valde ꝑpter approximationē solis ad
nos ꝛ ꝑpter aspectū directū: ꝛ qꝛ radi/
us fere est perpendicularis: ideo ma/
gna ꝛ fortis reflexio: tum etiā propter
caniculam que est in ore leonis: cuius
ortus ē in. xx. die iulij. ꝛ durat fere. xl.
diebus ꝛ hꝫ fortissimā virtutē in imu/
tando aerē ꝛ ideo transmutat corpus
ad ca. ꝛ sic. Hoc tamen est suum tempe
ramentum cum sunt alique pluuie ꝛ vē
tus boreas incipit flare in principio
dierum canicularium: quare tunc aer
sanus ꝛ homines viuunt sanatiui. Dis
temperatur aūt aer estatis quadrupli/
citer: aut qꝛ intendit in eisdem qualita/
tibus: aut qꝛ nimis ca. ꝛ sic. tunc causat
minorē epidimiam. aut transmutat in
oppositis: vt qꝛ estas est frigida ꝛ hūi
da: tunc causat maiorem epidimiam.
aut corrumpitur in se ꝑpter vapores

resolutos corruptos mixtos cū aere. ⁊ tūc causat maiorē epidimiā. Quarto modo alterat nā estatis ppt cōplones tēpoꝝ precedētes cū suā nām nō serua uerint. Et tūc generant egritudines alie ⁊ alie. quodlibet eni effectū cōsimilem introducit. Medicus aūt cū ista cogno uerit pnosticare incipiet p hūc modū. Si estas suā naturā seruauerit egritudi nes erunt bone ⁊ bone terminationis ⁊ salubres sine pernecabilibus accidenti bus. Unde egritudines generate p viā proprietatis erunt tertiāe. causon ⁊ fre/ nesis. ⁊ cōsimilia. Ille aūt que sunt per attributionem sunt quantum est de ve/ re sinochus. ⁊ similes morbi de sangui ne. Si ex hyeme apoplexia. artethica ⁊ similia. Si ex autūno quartane. erra tice. melie. ⁊ similia ex malo regimine. Omnes tamen morbi possunt generari ⁊ quo ad fieri ⁊ quo ad factū esse. De egritudinibus autem generatis in esta/ te distemperata pronosticabit perniciē ⁊ malam terminationez ⁊ crisim suspe ctam semper in naturam residuam. Hec tamen erunt alia ⁊ alia fm naturaz dis crasiarum ⁊ naturam corporum susci/ pientium. Medicatio erit talis habita tio sit camera discooperta a parte fla/ tus borealis. ⁊ pauimentum sit infrigi/ datum cum aqua rosata ⁊ aceto albo ⁊ sandalis. ⁊ camphora. ⁊ multitudie nenupharis ⁊ similibus. Utatur rob malorum granato. cum vno bolo cas/ siesi. inscripto semel. Utatur cibis faci lis digestionis. ⁊ dimittat coituz. ⁊ ex/ ercitium. ⁊ sollicitudinez. ⁊ omnia que sunt in excessu versus caliditatem po/ tissime. ⁊ sic sanabitur si deus voluerit.

¶ Capitulum tertium de pronostica/ tione egritudinis autūnalium.

Autumnus ē totum illud tēpus quod ē a pricipio libre vsq ad finē sagittarij. Et conti net tria signa ⁊ tres mē/ ses sicut est libra. scorpio. ⁊ sagittari⁹: continet tres mēses. ⁊ incipit fere i me/ dio septēbris. ⁊ terminat quasi in me/ dio decēbris: vel autūn⁹ ē illud tēpus i quo folia incipiunt cadere de arborib⁹ donec perfecte ceciderint ⁊ terre nascē tia marcescunt. Nunc aūt complexio sua est frigida ⁊ sicca. Nunc aūt verū ē φ sicut ex ascensu solis per zodiacū ver redditur temperatum. ita ex equali de/ scensu autūnus erit tēperat⁹. Sz aliud est φ facit illud distemperamentūz aer autūnalis ē frigidissimus siccissimus. qz cū aer sit subtiliatus ⁊ sūme desicca tus propter estatem precedentem cū in autūno veniente nihil sit qđ humectet: ideo remanet illa siccitas ⁊ subtilitas. ⁊ qz aer incipit infrigidari pp̄ter elon/ gationē solis: ideo aer autūnalis altera tur ⁊ trasmutat a quolibz alterāte siue venti siue vapores siue influentia orbiū seu alteratio calida seu frigida. ⁊ cum subtilis sit de facili fit impressio. Ideo in autūno modo ad calida mō ad frigi da versus omnia latera trasmutatur. Unde non est tāta caliditas sicut i esta te nec tanta humiditas sicut in hyeme. tota igit natura eius declinabit ad frigi dum siccum. Cum ergo complexio cor poris sequatur cōplexionem aeris. iō multipliciter corpus humanuz trāsmu tatur. ⁊ hu. varij ⁊ diuersi generantur. modo ca. modo fri. ⁊ virt⁹ debilitat pp subitas transmutationes. Et ideo va/ rij morbi ⁊ diuersi quasi pestilentiales gñantur in autūno. tum propter naturā

eius qꝛ conseruat maliciã estatis: tũ ꝑpter fructus comestos in estate. Ista aũt omnia accidũt in autũno cũ seruauerit suã naturã. Nunc aũt tẽpus autunnale quadrupliciter variat cum suam exiuerit naturam: aut enim intenditur in eiusdem qualitatibus. ⁊ tunc causat minorẽ epidimiã: ⁊ tunc multiplicãtur morbi frigidi ⁊ sicci: sicut est melẽcolia desipiẽtia ⁊ consimiles morbi. Si aũt trãsmutet ad oppositas q̃litates. tũc causat mediã epidimiã ⁊ multiplicãtur morbi ca. ⁊ hu. sicut apostema virulẽtia sanies rubigines ⁊ egritudines corruptiue ⁊ corrosiue ⁊ cõsimilia. Si aũt corrũpat in substãtia ꝑꝑ vapores admixtos tũc cãt maiorẽ epidimiã ⁊ gñãntur fe. pestifere corruptiue in q̃b⁹ est incerta ꝓnosticatio ꝑꝑ virtutẽ signorũ particulariũ. Si aũt trãsmutatur autũnis ꝓpter precedẽtia: vt qꝛ in eiusdẽ qualitatibus fuerũt trãsmutata: tũc diuersi morbi causabunt ẜm diuersitatez illaꝝ trãsmutationũ qᷦ enarrare eẽt lõgũ. Et non opꝫ nisi ꝙ intelligamus ꝙ quelibet cã effectũ sibi silẽm introducit. Qui igit ista oĩa cognouit surgat ⁊ ꝓnosticet ꝑ hũc modũ. Si autũnus suam naturã seruauerit generabunt egritudines lõge ⁊ male terminatiõis: erratice multe ⁊ q̃rtane ĩnumerabiles ⁊ desipientie infinite ⁊ lepra ⁊ infectiones varie ⁊ diuerse ⁊ cõsilẽs morbi causati per viã ꝓprietatis. Si aũt generãt ꝑ viã attributionis tunc quãtum est de materia generata in estate ⁊ conseruata ⁊ retẽta in autũno ꝑꝑ frigiditatẽ ci⁹ generabũtur tertiane ⁊ causon ⁊ flux⁹ ventris colericus ⁊ mania ⁊ morbi cõsimiles. Si ãt generatur mã in vere: ⁊ forma introducatur in autũno tũc generãtur fe. sanguinee ⁊ apostẽata sanguinea ⁊ cõsilia. Si aũt mã generat in hyeme ⁊ fuerit cõseruata vsq; ad autũnũ: tũc cãbunt apostemata emplia ⁊ similes morbi generari de mã fri. ⁊ hu. Si ãt suã naturã seruauerit generabũtur cõsilẽs morbi ẜm nãm discrasiaruz qᷦ esset lõgũ enarrare: sꝫ studioso medico remittãtur. Medicatio erit talis summe caueat repletionẽ ⁊ coitũ ⁊ exercitiũ ĩmoderatũ ⁊ sollicitudinẽ ⁊ cibaria fri. ⁊ sic. ⁊ fruct⁹ potissime ⁊ vtat scne ⁊ cassiaf. ⁊ mũdificãtibus bal. ⁊ gaudio ⁊ rob de pomis maturis ⁊ diãbra ⁊ letitia Gal. ⁊ qꝛ inter oĩa subita mutatio aeris ca. ⁊ fri. plus nocet. iᷦ nõ alienet vestes vt rarefactum subita frigiditas nõ subintret ⁊ cũ ħ nõ potet vinũ nouũ qꝛ malũ germẽ in corpe ĩtroducit. sꝫ vinũ anni citrinũ in colore: desde vulgari ꝓuicialiũ. castayuch mediocre in suba odoriferũ: ħ enĩ si tẽpate sumatur tyriaca erit tãte nobilitatis ꝙ nihil malignũ corpus poterit affligere.

¶ Caplm̃. iiij. de pronosticatione egritudinum hyemalium.

Hiems est totum illud tẽpus qᷦ a pricipio capricorni vsq; ad finẽ pisciũ ⁊ continet tria signa sicut sũt capricorn⁹. aquarius ⁊ pisces ⁊ cõtinet tres mẽses ⁊ incipit fere in medio decembris ⁊ durat vsq; ad mediũ marcij ⁊ dico notabiliter fere qꝛ ħ computatio nõ est quo ad motũ vnũ qꝛ aliq̃n hꝫ plus de mẽse aliquãdo minus: ⁊ ideo cõputatio mensis est grossa cõputatio quasi ad medium motũ quantum sufficiat medico: vel hyems totũ illud tempus est qᷦ ẽ a casu folioꝝ vsq; ad tẽpus pullulationis ⁊ germinationis ⁊ ꝓductionis fo/

liorum ꝛ eſt tempus frigidū ꝛ humi/
dum. Latitudinē tamen hꝫ ꝙ fini vel
principio aſſimulatur ꝛ ēt diuerſificat
ſm climatū diuiſionē. Cum enim ſol in
predictis ſignis exñs approximet ad
polum articum ꝛ elonget ab antarti/
co. ideo aſpectus obliquus ꝛ reflexio
modica: q̄re ꝛ apud nos rigiditas ma
gna ꝛ quāto clima magis approximat
ad polū ātarticū tāto frigiditas maior
ꝛ qꝛ frigidū aggregat hūidū ꝛ aſpectꝰ
ꝛ ſigna ꝛ orbes cōueniūt: iō hu. ꝛ fri. ꝛ
cū hoc fri. ꝛ hu. niſi multū excedāt eſt
ſuū temperamētū. Intelligendū eſt eni
ꝙ corpori hūano melius eſſet ei longe
ſi totus annus eſſet temperatus ꝛ con
ſimilis q̄ꝙ quādo ſequitur in oppoſitis
ꝛ contrarijs qualitatibus cum tempo
ra diſtemperata alterent corpus ꝛ cor
rumpant: tamen in ventibus ꝛ conſue
tis climatibꝰ diſtemperatis equale diſ
temperamentū eſt eius tēperamentū
ꝓpter duo. Unum eſt conſuetudo qꝛ
eſt altera natura. Secundum eſt tem/
pus ſubſequens quod eſt diſtempera/
mentum in oppoſito ꝛ ita vnum quo/
dāmodo temperat maliciam alterius.
vnde poſtq̄ꝙ ita eſt ꝙ ſm diuerſitatem
climatum tēpora ſunt diſtēperata: me/
lius tñ eſt ꝙ diſtēperent in oppoſitis
qualitatibus q̄ꝙ ꝙ remanerent in eadē
diſtēperantia. Unde melius eſt mūdo
ꝙ autūnus frigidus ſequatur eſtati q̄ꝙ
ſi totus annus eſſet eſtas ꝛ melius ꝙ
hyems hūida ſequat autūno ſicco q̄ꝙ ſi
totus annus eēt autūnus. A tali aūt tē
peramēto cōtingit hyemē multiplici/
ter ꝓlōgari: qm̄ aut excedit in eiſdem
qualitatibus vt qꝛ hyems nimis fri. ꝛ
hu. aut trāſmutat ad oppoſitas q̄lita/
tes vt qꝛ ca. ꝛ ſic. ad nāꝫ propriā cōpa
rando nō ad naturā eſtatis: qꝛ ad cali/
ditatem ꝛ ſiccitatē eſtatis venire nō po
teſt aut qꝛ ꝓpter vapores aer corrūpit
aut ꝓpter diſtēperantiaꝫ tēporū prece/
dentiū ꝛ ſm diuerſitatē diſcraſiaꝝ alie
ꝛ alie egritudines cauſabunt. Qui igi
tur cognouerit audaciter ꝓnoſticabit.
Si ergo hyems ꝛ alia tēpora ſeruaue
rint ſuū tēperamētū quātū eſt de ꝓprie
tate tēporis cū quodlibet tēpus multi
plicet egritudinē ꝓportionalē genera/
būtur egritudines frigide ꝛ hūide. vt
apoplexia epilēſia litargia paliſis. ꝛ
ſiſ'ia: ꝛ erūt egritudines ꝛ lōge ꝛ apo/
ſtemata plurima tarde termiа̄ iōis ꝛ ſi
milia. Quātū eſt aūt de egritudinibꝰ
generatis p viā attributionis ꝛ diuerſe
gnābuntur p viā attributiōis quātū eſt
de autūno meľie q̄rtane ꝛ ſiľia quātuꝫ
eſt de eſtate tertiane manie ꝛ conſiľia.
quātū eſt de vere egritudines ſangui/
nee. Si aūt hyems fuerit diſtēperata
ꝛ alia tpa tēpata: tc̄ egrtudies diuerſe
cābunt ſꝫ diuerſitatē diſcraſiaꝝ: q̄ oia
īduſtrie medici relinquāt. Medicatio
erit talis ſūmo ope p̄cauere a reumate
ꝛ qꝛ ſecūde digeſtiue opatio epatis ē.
San. ꝛ ca. ꝛ hu. multiplicātur in aīali/
bus fortibꝰ quoꝝ corpꝰ nō eſt nimis ra
rū aut debile: tñ de ſcđa generatiōe hu
moꝝ in venis pp frigiditatē aeris ꝛ dē
ſitatē cutis hu. fri. multiplicant. ꝛ iō cō
petūt exercitia bal. fricatiōes vinū for
te ꝛ cibaria ca. fortis digeſtiōis coope
rimēta pluria ꝛ ignes ablutio capitis
fortis fricatio eius ſemel multū come
dere ꝛ nō frequēter ꝛ qꝛ caput īcurrit
nocumētū cōpetunt ſuffumigationes
facte de laudano ꝛ myrrha ꝛ ſtorace
calamita quātū eſt de nocumento cor/
poris ꝓpter reuma cōpetunt yſopus
ꝛ praſciū ꝛ liquir. ꝛ ita de alijs ꝛ ſic p̄
ſeruabitur deo dante.

Capl'm quintū de ꝓnosticatiōe ſm aturam c onſuetudinis.

Consuetudo est altera natura ⁊ res consueta naturā alterat ⁊ trāſmutat ꝙ aūt consuetudo alteret ⁊ transmutet hoc est verū: nō solum in corpe: imo aīam ligat. Quod aūt res cōsueta liget aīam: hoc pȝ in viuētibus sub diuersitate sectarū. qm̄ quilibet exponet se morti ad defēdendū assueta in secta: ⁊ iō fortis consuetudo incarcerat ⁊ ligat aīam ad consuetū. Et ideo qui volunt acquirere bonos mores assuescant in pueritia. Hoc eni totū est: qꝛ mores puerorū imutant propter audita ⁊ inspecta ⁊ malas musicas: quare puelle assuescende in bonis morib⁹ potissime versus tēpus eruptionis menstruorū: qꝛ si sit disposita ad luxuriā: ⁊ assuescat in illo: tunc vix aut nunꝙ corrigetur. Similiter dico de masculis tēpore pubescentie. Cōsuetudo ēt aīam sibi assimilat ipam ⁊ cōtinet irascibilitatē. Et sicut cōsuetudo allicit animaȝ ita ⁊ corpus vt videm⁹ in toto corpe ⁊ pte corpis. In toto apparet si qs cōsueuerit eē in estate in sole melius tollerat nocumētū caloris ꝙ insuetus ⁊ q̄ ꝯsueuit esse in tpe frigido cū paucis vestimētis melius tollerat ꝙ ille q̄ nō cōsueuit ⁊ pp hoc dicit puer. ſm vestes de⁹ frigus dat. Semp q̄ cōsueuit comedere mala cibaria ⁊ corrupta ⁊ grossa aut ēt venenosa: meli⁹ digerit ꝙ ille q̄ nō cōsueuit: qm̄ cibus malus aut venenū cū a principio paulatine accipiunt alterāt corp⁹ ⁊ sibi assimilāt: ⁊ qꝛ sile in quantū hui⁹ nō alterat nec trāsmutat ⁊ corpus factū ē simile malo cibo: iō ex malo cibo tanꝙ sili nō ledit. Assuetuȝ igitur nō transmutat ⁊ in curatiōe morborum qui longo tēpore vsus est vno medicamine nō alteratur: quare oȝ mutare medicamen aut modū particulariter pȝ qꝛ ille qui cōsueuit audire campanam de ppe. aut vocē timpani. aut tube aut molēdini aut tonitrui magni: minus ledet ꝙ ille qui consueuit: ⁊ ita de alijs sensib⁹. Hoc aūt pȝ in sensu ⁊ motu. Nōne videm⁹ in motib⁹ manuū qō est mirabile in illis q̄ tāgūt istrumēta: qm̄ ex cōsuetudine digit⁹ aliqn̄ mouet in melodia ⁊ ad cordā ⁊ locū pter h ꝙ intelligat ille qō pȝ: qꝛ aliqn̄ recte melodiabit ⁊ cū aliq̊ loquet. Ecce igitur qūo digitus mouet ex cōsuetudine ex se ad locū tanꝙ si hēret intellectuȝ. Ideȝ dico de pedib⁹ in textorib⁹. Res igit assueta alterat corpus ⁊ trāsmutat ⁊ facit a ꝯsueto min⁹ pati. siue fuerit ca. siue fri. siue sic. siue hu. siue mot⁹ aut q̄es ⁊ ita de oīb⁹ alijs. Qui igit nām cōsuetudinis sciūt ꝓnosticare poterūt ꝑ hūc modū egritudines q̄ generant cū natura cōsuetudinis sunt egritudines bone terminationis: qꝛ paruā habent cām cū vnūquodqȝ discrasiatū ledat a suo sili. ⁊ si infirmet cū his q̄ sūt cōtra cōsuetudinē tūc est deterius qꝛ cā videtur fortis. Unde veloci⁹ pateret faber quātū est ex hoc egritudies ca. ꝙ frigidas ⁊ piscator fri. ꝙ ca. Res igit consuete nō sūt moleste: ⁊ iō citius curabitur assuet⁹ hēre fe. ꝙ nō assuet⁹. Medicatio erit talis. Res eni cōsuetudinis obseruāde sunt. Et si fuerit extra ꝯsuetudinē reducēde ad cōsuetū: ⁊ iō conualescētes ad cōsuetū reducēdi. Si āt consuetudo mala fuerit vt in illo q̄ diu comedit mala cibaria vt incarceratus aut q̄ nutrit⁹ fuit de veneno. Et tūc prio oȝ modicū de bono cibo sumē ⁊ mltū

de malo. secũdo die plus de bono ⁊ mi
nus de malo. ⁊ postea plus ⁊ postea
paulatĩ bonũ addere ⁊ malũ diminuē.
donec ad bonũ totalr̃ fuerit assuet᷒. Et
ita dico de motu ⁊ q̃ete. ⁊ sõno ⁊ vigi/
lia ⁊ sex reb᷒ nõ nãlib᷒. Semp̱. n. sũt ad
melius reducẽdi paulatine. vide igitur
quantaʒ vim habeat ꝯsuetudo.

¶ Cap. vj. õ ꝓnosticatiõe ꝭʒ nãʒ etatis

Etates sunt multiplices sicut etas no
uerca genitoꝛuʒ vsqꝫ ad
vij. mẽses. in qua coꝛp᷒
est ĩ vltimo humiditatis. ⁊ ossa ꝭm ge
nus suũ. qõ pʒ. q2 figure sũt rectificabi
les ꝓpter molliciē ossiũ. in qua multuʒ
accidũt pericula cũ subito trãsmutant
ad aerẽ frm̃. ⁊ ꝓpter vmbilici incisionē
⁊ ꝓpter lactis caliditates. labia vlcerã
tur. ⁊ multa consimilia. Secũda etas
est dentiũ plantatiua ⁊ durat fere vsqꝫ
ad. vij. annos in qua humoꝛes incipiũt
aliqualiter desiccari. ⁊ ideo incipiũt lo
qui ⁊ ambulare ⁊ ꝓpter dẽtes incurrũt
egritudines diuersas ⁊ multas. sicut est
fe. ⁊ flux᷒ ventris: ⁊ vigilie. ⁊ doloꝛes
intolerabiles ⁊ consil̕ia. Tertia etas ē
concussiõis ⁊ durat fere vsqꝫ ad. xiiij.
annũ in qua plus humid. desiccat. ⁊ iõ
mot᷒ foꝛtioꝛ. in pꝛincipio huius etatis
cũ mẽbꝛa icipiũt ꝯsolidari. ⁊ cũ sint pa
rati ad receptionē debẽt poni ad offi/
ciũ qõ intendũt vel declinãt. vt ad litte
ras. vl̕ ad miliciã ⁊ cõsil̕ia. sic̃ meli᷒ di
cem᷒ ĩ li. de regimĩe sanitatis cũ regimē
pꝛincipaliter tractabim᷒. ⁊ q2 ĩ hac eta
te incipiũt currere ⁊ saltare ⁊ se ad inui
cem ꝑcutere. ideo incurrũt multas ma/
las egritudines sicut ē lap̄. apostemata
⁊ epil̕ia ⁊ cõsil̕ia. Quarta etas est pol
lutionis siue pubescẽtie. ⁊ incipit ĩ an/
no. xiiij. ⁊ terminatur in. xx. seu. xxiiij.
vbi licʒ humid. sit ꝯsumptũ. Equalis
tñ est cal̕. in hac etate ⁊ subsequentib᷒
quantũ ad radicē. q2 adhuc est tãtũ hu
midũ. ⁊ põt saluare calidũ: ⁊ ideo licʒ
in hac etate calidũ sit magis extensum
equalis tñ est in radice. Licʒ etiaʒ sit in
hac etate magis extensum quãtũ est de
subiecto humidi infusi nõ humidi pꝛi/
mi. ꝙ auteʒ aliquo tp̄e eadē saluet ha/
bitudo in hũido diuersificato ꝭm plus
⁊ minus hoc etiã patet in lichino can/
dele. ⁊ ideo ꝓpter coitũ ⁊ sil̕ia ĩcurrũt
ĩ hac etate artheticas podagrã ⁊ alias
egritudines ĩnumerabiles. Quĩta etas
est adolescentia. seu iuuentus seu pul/
chꝛitudis. ⁊ durat ab anno. xx. vl̕. xxv.
vsqꝫ ad. xxxv. in qua augmentat coꝛp᷒
⁊ vires diuersimode ꝭʒ diuersitatē ꝯple
xionũ ⁊ climatũ ⁊ similiũ. Vñ licʒ ĩ pu
eritia sit magis augmentũ naturaliter:
tamē apparenter et violenter in iuuen/
tute magis ꝓpter coitũ ⁊ motũ. ⁊ q2 in
hac etate hoĩes cõfidunt de viribus ⁊
sunt mali regimis. ideo multas passio
nes incurrunt sicut sunt feb. acute. ⁊ fre
nesis ⁊ causon. ⁊ similia. Sexta etas
est senectutis seu consistẽtie ⁊ durat ad
xxxv. fere vsqꝫ ad. xl. In hac enĩ etate
caloꝛ diminuit ⁊ infrigidat coꝛpus ꝑꝑ
humidi radicalis cõsumptionē. in pꝛin
cipio aũt nõ multũ sensibiliter appa/
ret. licʒ in radice sit diminutio. In hac
enim etate virtus satis tolerat. ⁊ caro.
⁊ nerui. ⁊ ossa sunt solida ⁊ non ē mul/
ta resolutio. ⁊ iõ põt pati famē ca. frigi
ditatē. vigilias. ⁊ sunt pꝛompti ad oẽs
angonias. ⁊ ideo in hac etate sunt me/
lioꝛes milites. illi enĩ sunt melioꝛes qui
laboꝛes plurimos possunt tolerare. ⁊
q2 de viribus cõfidũt sicut in etate pꝛe/
cedenti. ideo pꝛopter malum regimen

multas paſ. incurrunt: ſicut ſunt fe. lon
ge: fluxus ſan. ꝛ conſimilia. Septima
etas ē decrepitoꝝ in qua terminat vita
.ꝛ eſt frigid ꝛ ꝛ ſic. connãliter ꝛ accidē/
taliter ꝑpter idigeſtionē ſicci gnãnt hu
mores. Eſt eni in hac etate calor ſicut
lucerna pata extinctioni. Vñ nihil ali/
ud eſt ſenectus ꝙ̄ ſemita ad mortē. In
hac eni etate multas egritudies ꝛ paſ.
incurrũt: vt eſt epilia: litargia. ſtupor:
ꝛ conſilia. In hac eni etate: humidum
factũ eſt aquoſuz ꝛ non pōt ſaluari ca.
ꝛ aduenit mors que nãlibus deſtinata
ē per nãm cũ quodlibet nãle certo pyo
do mēſuret. Qui igit iſta coguerit po
terit pnoſticare. egritudines igit q̄ ge/
nerant ex ppꝛietate etatis erũt ſimiles
etati: ꝛ ꝙ per attributionē erũt omnes.
Unde ſicut in eſtate multiplicant ter/
tiane. ꝛ in autũno quartane: ꝛ in cōſue
to cibarijs ca. gnãntur egritudines ca.
ſic in etatibus gnãntur ſm ſilitudinem
etatis. In pueritia rōne etatis egritudi
nes ſanguinee gnãbuntur. ꝛ in iuuentu
te colerice ꝛ in ſenectute phlegmatice:
ꝛ in decrepitate melie. Ex malo autez
regimine egritudines poſſunt venire.
Medicatio nimis eēt longa alibi per
dei gratiã ptractabit: conſiſtit totũ regi
men in hoc: qm̄ qlibet erit in etate q̄li/
bet ſanatiuus dũ tamen ſit boni regimi
nis: hoc enim continet totum ꝛc̄.

¶ Caplm. vij. ad pronoſticanduz ſm
nãm regionum.

Regionum quedam ſũt orietales: ꝛ quedam vergũt ad caliditatez ꝛ ſiccitatē verſus tēperiez p tãto qꝛ ſol mundiſicat aerem ꝛ pſumit vapores. Unde ibi ſũt hoies ſatis boni in morib⁹ quoꝝ faci
es ſũt vituline: ꝛ arbores ſũt lōge mul
toꝝ fructuũ: ꝛ herbe ſũt multe: quorũ
equi ꝛ aialia ſm ſuũ modũ figuris eo
rũ aſſimilant: aque ſũt ibi munde: vēti
ſubtiles ꝛ hoies ſanatiui: ꝛ defacili i/
clinãt ad pietatē. Quedã occidentales
que vergũt ad frigiditatē ꝛ hũiditatez
ſicut orietalis ad ca. ꝛ ſic. p tanto quia
ſol modico tpe ibi morat ꝛ nō potuit
mũdificare aerē: ꝛ ibi multi vapores ſt
ibi hoies nō ſunt ſanatiui ſed in autũ/
no reumatici in quibus multiplicãtur
ydropiſis: ꝛ apoſtēata aquoſa: ꝛ egri/
tudines hũide. In parte tñ occidentali
que declinat verſus meridiem. verſus
aphꝛicã hoies ſũt vt plurimum colici:
mobiles veloces in motu: cũ faucibus
oblōgis: ſicut melici: ſicut orietales ha
bēt obtuſa ſicut vituli: ꝛ equi eoꝝ aſſi
milant eis qm̄ ſũt macilēti robuſtiſſi/
mi: ꝛ facies eoꝝ ē macilēta oblōga: ſi
cut pꝫ ad ſenſuz in gēte hyſpanie q̄ ap
proximat ex vno latere verſus meridi
em: metricormuo ꝛ altero oceão: ꝛ pꝫ
in gēte arabũ dicta vulgariter genet q̄/
dã ſũnt meridionales ꝛ ſũt ca. ꝛ hu. p
pter approximationē ad torridã zonã
humidi ꝑpter vicinitatē ad maria: qm̄
lꝫ in ſeptētrionali eła grauia multipli/
cēt ꝛ ſm hoc ibi ſit aquaruz gnãtio. tñ
eła leuia multiplicant i meridie ꝛ gra
uia diminuunt. ꝛ iō ꝑpter depreſſionē
ełorum grauiũ nō currũt aque verſus
meridiē ꝛ multiplicant maria: potiſſi/
me tñ aque ſalſe currētes ſup terram: ꝛ
rariſſime accidit in alijs regioibus: ho
mies ãt ſũt bonoꝝ moꝝ: pacifici ꝛ de
ti: ꝛ obediētes ſue legi ꝛ regi: ꝑpter de
bilitatē caloris in corde eoꝝ: ꝛ icurrũt
defacili nocumenta: ꝛ fluxuz vētris ꝛ
egritudines q̄ gnãnt de phlegmate ſal/
ſo. In iudea aũt in terra nigroꝝ hoies

unt senes in.xxx.anno. vltra aūt regio nēvbi colligit piper accidūt multa mō stra ⁊ peccata vbi sunt pigmei qui non sunt nisi ad lōgitudinē vnius palme sicut ego vidi. Et multa mōstra q̄ nō debemus h̄ ponē nec ad nos ꝑtinet. Egritudines aūt q̄ his accidūt sūt se. longe. epilia: palisis: fluxus emoꝛꝝ. flux⁹ mēstruoꝝ: ⁊ multa silia. Quidā septētrionales fri. ⁊ sic. hoies aūt habēt bonaꝫ digestionē ⁊ magnū appetitū: ⁊ abundant in sanguine ⁊ caloꝛe. Sūt aūt boni in nālibus. mali aūt in moꝛibus. qm̄ bellicosi irascibiles. idomabiles: furiosi: parati ad bella: iobediētes regi ⁊ legi: ⁊ qꝛ digestio venaꝝ ꝓpter frigiditatem aeris coꝛrūpitur ideo pingues albi. Et cū hoc nā fecit equos siles figuris coꝝ pigues ⁊ rotūdos: vt pꝫ i eqs alamanoꝝ. ⁊ ꝓpter malū regimē: qꝛ cōfidūt de digestiōe. ⁊ qꝛ aer frigidus. iō egritudines frigidas incurrūt. Partus sunt difficiles. ⁊ ptises incurrūt. Regiones tēperate cognoscunt ex effectibus tēperatis. Unde illa regio vl̄r est tēperata in qua inueniunt hoies tēperati iusti: electe foꝛme: magne prudētie: ⁊ eq̄ sunt s̄m nām coꝝ cis vl̄es. ⁊ est ibi copia multa boꝛa. ⁊ buglose: ⁊ oliuaꝝ: ⁊ gallinaꝝ: ⁊ fasianoꝝ: ⁊ perdicū: ⁊ similiū. Regiones aūt alie ⁊ alie diuersificant: qꝛ quedā sunt petrose. ⁊ sūt multū ca. in estate. ⁊ multū frigide in hyeme. ⁊ habitantes habēt coꝛpoꝛa solida. ⁊ sūt vigilātes: ⁊ armoꝝ hoies: ⁊ solertiā magnā in artibus ⁊ acuitateꝫ habēt. Regiones aūt quedā sūt petrose. quedā lutose. quedā arenose. quedā pingues. Et s̄m hoc diuersificant complexiones qd̄ industrie medici relinquamus. Regiones quedā sunt humide ⁊ sūt hoies pulchꝛe foꝛme. sed incurrunt fluxū ventris. Regiōes quedā sūt eleuate in mōtibus ⁊ tales sunt frigide. ⁊ incurrūt tusses: ⁊ catarros: ⁊ consilia. Sūt aūt sani ⁊ foꝛtes diu viuunt. Regiones que sūt in vallibus habēt malū aerē. ⁊ hoies nō sunt sanatiui: ⁊ incurrūt humiditates multas. Qui igit vult istruere ciuitatē eligat locū nō nimis depressum ⁊ sint montes ⁊ regio detecta a pte meridiei. ⁊ sit tecta a pte occidētis ꝓpter vētū austrinū. ⁊ sit detecta ex pte oꝛientis. vt sol possit ipsaꝫ mūdificare. ⁊ detecta ex parte septentrionalis. vt ventus boꝛealis possit ꝑflare. ⁊ ꝙ sit in regione copia buglose: ⁊ multitudo auiū. ⁊ nō sit ibi arboꝛ nucis: nec auellane: nec sinapis: nec lacus: sed appꝛoximet mari mūdo. ⁊ nō sit i decursu multaꝝ sufluitatū qꝛ indigne sunt saluti. ⁊ carrerie sint late: ⁊ altitudo ⁊ fabꝛica muroꝛū: ⁊ domoꝝ nō sit nimis eleuata. ⁊ in domo sint quatuoꝛ fenestre versus quatuoꝛ ptes mundi. ⁊ claudant ⁊ aperiant s̄m ꝙ indiguerint s̄m diuersitatē ventoꝝ. Aque sint clare dulces: mūde: currētes supꝛa terrā mūdā. Fons sit taliter dispositus ꝙ currat versus oꝛienteꝫ. ⁊ sol de mane ꝑcutiat ostiū fontis. ⁊ currat per loca munda. ⁊ hauriat longe ab ostio fontis: vt sit depurata ex virtute stellaꝝ: ⁊ oꝛbium. Et frumētū quo vtunt hoies ciuitatis sit collectū de terra leui nō de terra pingui nec argilloca. Carnes quib⁹ vtunt sint nutrite in mōtibus ripesib⁹. Ligna sint de iunipero. Uinū sit natū in collibus montium qd̄ sol tangat quotidie. Qui igit nouerit ista in regiōibus poterit ꝓnosticare: poterit ⁊ curare. Egritudines igit sunt triplices: quedā regionales. quedā pestilētiales. ⁊ quedā diuerse. Egritudines regionales s̄m na

turam climatum montium ⁊ valliū vt dictū est fiūt. Unde in mōtibus generā tur tusses: ptisis: bociū gule ⁊ silia. In vallibus ydropisis ⁊ silia. Et itelligamus de virtute regionū vt dictum est. Egritudines pestilentiales sūt ex corruptione aeris que oēs sunt pestifere mortales. de quib⁹ facta ē superi⁹ mentio. Egritudines diuerse sūt que ex malo regimine pueniunt ⁊ sūt infinite. Curatio igit esset nimis lōga ppter longitudinē verborū. nisi sicut cōseruatio fiat per sile: sic curatio per ↄtrariū. Aduertat igit quilibet ad discrasiā regionis ⁊ oēs res nō nāles eleuent i gradu opposito. donec fiat oppositio discrasie regionis. Et ita fiat reductio ad tēperamentū. Septētrionales igit vtant ca. meridiōales fri. occidentales siccis: orientales hu. temperate.

Caplm. viij. de pnosticatione morborum fm nām ventorum.

Ventus quantum est de se ē vapor fri. ⁊ sic. ex iferiorib⁹ resolutiuis. vnde cum oīs vapor sint duo vapores. iō cū vapor est affixus. s. vapori: acquirit nām leuem. ⁊ ascendit ad superiora. Cum aūt venerit ad mediam regionē aeris vbi est regio septētrionis frigoris. tunc separatur sic. ab humido. Et portio sicci que vltra mediū eleuat est materia cū qua inflāmant stelle comate caude rotūde stelle candentes: ⁊ adsub. ⁊ aliarū impressionū multarū. ⁊ inflāmationū apparentiū tpe calido ⁊ sicco. ⁊ tūc fōtes ⁊ flumina desiccant. Et tunc pronosticant in gentes guerras. ⁊ mortem regū qd posset eē ppter mltiplicationē colere anno illo que mouet ad iram ⁊ ipetū. Uapor aūt humidus qui remansit in media regione ē mā multarū ipressionū. sicut est pluuiarū magnarū: aut paruarū guttarū: aut nix: aut grando: aut lapides. ⁊ cōsimilia. fm q plus vl minus condensantur. Et forte aliqūando ppter aspectum orbiū: ⁊ solis luciditatem: nubis: ⁊ reflexionē radiorum generant aurū: rana: ⁊ vitulus: ⁊ cōsimilia. Altera aūt pars vaporis sicci q remāsit compressa ppter frigidum est materia ventorum ⁊ mouentur versus nos sicut pellis extensa. Nunc autem aliquando preualet motus calidi infixi facientis ascendere. modo preualet motus fri. comprimentis facientis descendere. Et ideo motus ventorum est sicut motus inundationis sicut preualet ille motus: vel ille qui ex se mouetur fm rectitudinem propter ca. affixū potissime fm rectitudinem actus: ⁊ fm gibbositatem terre. Uentus igitur de natura sua est vapor frigi. ⁊ sic. sed facit diuersas transmutationes fm diuersitatem locoruꝫ per que transit. Igitur sunt quatuor principales. Unus est qui venit ab oriente: ⁊ vocatur subsolanus: ⁊ habet alterum ex latere septētrionali. Et eurus ex parte meridionali: ⁊ trahunt ad calidum ⁊ siccuꝫ: ⁊ sūt subtiles: ⁊ non mutant corpus notabiliter de quo sit curandem. Secundus ventus principalis est auster. ⁊ habet ortum est parte orientis. ⁊ declinat ad ca. ⁊ hu. Ille enim ventus transit per torridā zonā ⁊ loca cōbusta adusta: ⁊ p multitudinē mariū. Et iō qꝛ ca. ⁊ hu. in excessu corrūpit corp⁹ humanū inducēdo vertigines. surditates: debilita

tē neruoꝝ. ꝛ totius corpis: ꝛ oīa mala in corpore adducit ꝛ nullū bonū facit nisi ꝙ ventrē laxat. Tertius vētus pri cipalꝭ ē fauonius: ꝛ cōtinet ex pte me/ ridiei zephiruz: ꝛ ex pte septentrionis euꝝ. ad fri. ꝛ hu. declināt. ꝛ nō īmutāt. de quo sit curandū. Quartus vēt⁹ prin cipalis ē boreas: ꝛ hꝫ aquilonē ex pte oriētis: ꝛ circyum ex parte occidentis quoꝝ nā est fri. ꝛ sic. qꝛ trāsit per loca vallosa: mōtuosa: inculta: ꝛ per maria ꝯgelata. ꝛ facit multa bōa. qꝛ corrobo rat virtutē aīalem vitalē ꝛ nālē. Ma/ la fac̄ qꝛ inducit tussiꝫ ꝛ catarrū ꝛ con silia. Qui igiṫ ista cognouerit ꝓnosti/ care poterit in flatu venti borealis stri cturā vētris ꝛ pectoris ꝛ consilia. Si igiṫ viguerit ventus meridionalis sur/ ditates: ꝛ caligines: ꝛ cōsilia. Ad hoc igiṫ confert scire: ꝛ ponamus aliquem ꝙ febricitet ꝛ vigeat ventus australis. ꝛ ꝙ patiaṫ caliginē ꝛ surditatē. Tunc diceret medicus ꝙ talia accidētia sup/ uenientia mortē significarēt. ꝛ non eēt verū qm̄ ista eueniūt ꝑpter nām vēto/ rū ꝛ non veniūt ꝑpter nām morborū. Medicatio erit talis cū viguerit vētus meridionalis claudanṫ sibi fenestre ꝛ aperiātur ille que sunt ex pte septētrio nalis. Si flauerit vētus borealis clau dantur fenestre vndiqꝫ ꝛ apetianṫ ille q̄ sunt ex parte meridiei.

¶ Capl'm. ix. de ꝓnosticatiōe egritu/ dinū ꝭm complexiones.

Cum elemen/ ta ꝯfracta sint in mixto ꝛ minimum vnius tāgit minimū alterius iccirco el'a sunt cū spūalibus ne cessario) admixta. Et tunc (ex mutua actione ca. cū frigido resultat quedam qualitas: ꝛ ex actione sicci cū humido resultat alia ꝓportionalis. Qualitas igiṫ que resultat ex ꝓportiōe actiuarū ꝛ passiuarum noīatur cōplexio. Et qꝛ hec ꝓportatio ē multiplex: iō cōplexio est multiplex. Noue igiṫ cōplexiones erūt. vna tēperata sola. ꝛ alie oēs distē perate. Complexio āt tēperata appel laṫ nō quo ad pōdus quātitatis mate rie. hoc eniꝫ penitus ē īpossibile. Cum eni ignis sit maxime actiuus si eēt in tā ta quātitate quo ad mām oīa ad se cō/ uerteret ꝛ paruꝫ aut nihil duraret mi/ xtū. Si aūt nos loquimur de quātita/ te virtutis: tūc est possibile. Unde ī ali quo mixto possibilē ē ꝙ in virtute tm̄ possit resistere portio frigidi sicut cali di agere. Et ēt ita intelligo de calido ꝛ humido. Illud igiṫ corpus ē tēperatū quod hꝫ in virtute vnā portionē ītegrā calidā ꝛ aliā frigidā. ꝛ vnā siccā. ꝛ aliā hūidā. ꝛ tale corpus ē ꝓprie tēperatū. Alio modo dicit corpus tēperatū quo ad iusticiā. scꝫ cū melius pōt in opatio nes que debēt spēi: ꝛ ita vnaquaqꝫ spe cie est dare vnū corpus tēperatū. Uñ iste homo est tēperatus qui ē in vltimo elegātie ꝛ bonitatis nature. ꝛ ē pruden tissimus ꝛ sapientissimus. ꝛ ille canis est tēperatissimus in suo genere caniū qui melius venaṫ ꝛ cognoscit domum suā. ꝛ ille tirogillus est meli⁹ tēperat⁹ qui melius scit figure. ꝛ se abscōdere: ꝛ sic de quolibꝫ ꝭm operationē que de beṫ spēi. Nunc aūt tēperamentū corpo ris humani vicinaṫ tēperamēto ad pō dus. Corpus eni humanū tēperatissi/ mū est in vniuersa substātia. ita ꝙ nihil aliud ē qđ istud tēperamētū attingere possit. Si eni inueniaṫ eadē forma me

retur decorari. Hoc aūt penitus ē impos/
sibile. Cōplexiones aūt distēperate sūt
iiij. simplices: vt ca. fri. sic. hu. cū exce/
dunt. ⁊ iiij. composite vt ca. ⁊ sic. ca. ⁊
hu. fri. ⁊ sic. fri. ⁊ hu. ⁊ sic habem⁹. viij
⁊ cū hoc. viij. cum materia: ⁊ viij. sine
mā. Cōplexiones igit humani corpis
erūt. v. vna tēperata. que cognoscit ex
effectibus ⁊ opatiōibus vt dictū est.
Quedā ca. ⁊ sic. que cognoscit: qꝛ ve/
ne sunt late: ⁊ quasi vacue. Pulsus du
rus: velox: pilosus: iracūdus: velocis/
simus. Quedā est ca. ⁊ hu. que cogno
scit: qꝛ vene late ⁊ plene. multe carnis:
coloꝛ mixtus ex albo ⁊ rubeo: ⁊ ita de
alijs. Quedā est fri. ⁊ hu. que cognosci
tur: qꝛ vene stricte ⁊ plene. ⁊ albus ⁊
moll'. ⁊ pinguis cū paucitate piloꝛuꝫ.
Quedā fri. ⁊ sic. ⁊ cognoscit. qꝛ vene
stricte. qꝛ sinthomaticus: timidus: cum
pulsu paruo. ⁊ ita de alijs. Qui igitur
ista cognouerit ꝓnosticare poterit. Cū
eni vnūquodqꝫ vt tempus. etas. cōple
xio. ⁊ consimilia. generēt egritudinem
ꝓpoꝛtionalē. Si videm⁹ aliquē coleri
cū febricitare dicemus ꝙ ex colera est
quātū ē ex hoc. ⁊ si ca. ⁊ hu. ꝙ egritu/
do ē de sanguie. ⁊ fri. ⁊ hu. ꝙ ē de phle
mate. ⁊ si fri. ⁊ sic. ꝙ est de melēcolia.
Egritudies igit ḋ co. ⁊ sā. erūt breues
cū terribilibus accn̄tibus. Egritudies
de phlegmate ⁊ melēcolia erūt longe
⁊ male terminatiōis sine timoꝛositate
accidētiuꝫ. ⁊ sicut dico de cōplexione
quātū ex hoc. Idē possumus itellige/
re de tpe ⁊ etate: ⁊ regiōe: ⁊ cōsuetudi
ne: ⁊ ita de oibus alijs. Medicatio igi
tur talis. Ois mala cōplexio paulati/
ne cū suo cōtrario reducēda ē ad suuꝫ
tēpamētū nisi vite necessaria ipediāt:
vite aūt necessaria ipediūt. Vn̄ meli⁹
eēt fabro ꝙ sit phlegmatic⁹ ꝙ̄ si habe/
ret corpus tempatum rōne opis quod
nō pōt effugere ꝓpter vite necessaria:
⁊ melius piscatori ꝙ sit colericus ꝙ̄ si
haberet corp⁹ tēpatū. Si igit volum⁹
conseruare per similia conseruemus in
tempoꝛe ⁊ natura. Sin aūt reducere ꝑ
contraria paulatine.

¶ Incipit tertia particula que docet
pronosticare ſm nām paroxismoꝝ.

¶ Caplm. j. docet ꝓnosticare ſm na/
turaꝫ ꝯtinuationis primi paroxismi ⁊
durationis eiusdem.

FEbꝛium que
dā sunt cōtinue quedaꝫ
iterpolate. Quedā affli
gunt plus ꝑ dies pares
vt egritudines quarum
motus ē tardus vt phlegmatice ⁊ me/
lēcolice. Quedā affligunt ꝑ dies ipa/
res: vt egritudines colice quaꝝ motus

est velox: ⁊ quedā equaliter ꝑ pares ⁊ ïpares: vt egritudines sanguinee. Que dā sunt iterpolate ⁊ sūt triplices. ⁊ dꝫ quelibꝫ suū ꝓprium tipū. Uñ rigor est in tertiana. ⁊ frigus in quotidiana: ⁊ horripilatio in quartana. Pronostica tio igit erit talis. qñcūqꝫ scḋa exacerba tio penitus icipit in hora in qua prima egritudo ē in pricipio ⁊ si maltū conti nuauerit egritudo ē lōga ⁊ rō dictorū ē. qm postꝙ exacerbatio penitꝰ nō an ticipat nec suboccupat mā videt̄ mul ta ⁊ grossa. ita ꝙ nā non pōt mouere. nec in eā pōt ꝑualere. nec pōt calor ꝓ/ sūdari in mā. sicut sol non pōt profun dari in aqua ꝓfunda valde. pro tanto parū venit de mā ad minerā. Mā autē multa ⁊ grossa longū facit morbū cuꝫ in modico tpe digeri nō possit. quare si scḋs paroxismus in eadē hora incipit sic primus lōgū morbū significat. ⁊ si gnificat ꝙ morbꝰ ē i pricipio qꝛ adhuc nā nihil digessit: de quo sit curāduꝫ. Et hoc modo pōt significari sic in ꝯtinua sicut iterpolata. qm in tertiana cōtinua si exacerbatio nō icipit in die tertia ni si sic prima virtutis debilitas: ⁊ mate rie multitudo significatur. Idē itelligē dū est de his que mouent̄ ꝑ dies pares ⁊ que dicunt̄ aut dicent̄ de interpolatis intelligendū est de ꝯtinuis suo modo. Medicatio erit talis. det̄ multus cibꝰ in tali casu. cū status multū distet a pri cipio ⁊ medicamina dent̄ subtiliatiua. aperitiua oppilationū: euacuatiua re/ pletionū. ⁊ per hunc modum morbus longus abbreuiatur.

Caplm. ij. docet pronosticare ꝺm nām anticipatiōis poxismi.

a Aticipatio paro xismorū ꝓuenit ex causis multis valde. Et iō nāliter nisi aliud i/ pediat scḋa accessio dꝫ anticipare pro tanto qꝛ mēbrū vbi est minera debilita tū est. ⁊ ideo mām aduenientē citius re cipiet cū resistere nō possit: supcalefa/ ctū ē plus ꝙ prius: ⁊ iō plus attrahūt vene. ⁊ foramina sunt magis dilatata. ⁊ ideo citius fit trāsitus. mā magis est mota ⁊ calefacta. ⁊ iō currit velocius. Et ꝓnosticatio igitur erit talis. Omnis egritudo cuiꝰ scḋus poxismus antici/ pat erit breuis: qm egritudo videtur in augmēto. ⁊ rō ē qm anticipatio signifi cat fortitudinē virtutis mouere mām. Quāto igit mā est obediētior ⁊ virtꝰ fortior: tāto egritudo breuior. hoc aūt signat̄ ex anticipatiōe. Quare āticipa tio est signum breuitatis. sicut perseue rantia longitudinis. Et ita signum au/ gmenti cū sit augmentū: qñ natura ma teriā digerit manifeste: ⁊ vbicūqꝫ ⁊ qñ/ cūqꝫ h anticipatio incipit signum ē bre uitatis egritudinis relatiue. Medica/ tio erit talis. parum detur de cibo: qꝛ status non distat a principio. ⁊ medici na sit debilissima: qꝛ natura ē satis po tens per se ⁊ cum modico auxilio pre ualebit.

Caplm. iij. docet ꝓnosticare ꝺm lō gitudinem paroxismi.

Sicut enim iceptio scḋi pa/ roxismi cū est eadē sicut pri mi significat morbi lōgitu/ dinem ꝓpter grossiciē ⁊ multitudineꝫ ⁊ viscositatem materie: ⁊ qꝛ virtus ꝑ/ ualere nō pōt. ēt sic si sequēs poxismꝰ duret equaliter vel prope cū suo prece denti grossicies ⁊ viscositas materie si gnificat̄. ⁊ qꝛ non complete mām mo/ uere potest. Sic ēt ꝙ poxismus duret longius ꝙ consueuerit fortitudo virtu

tis potẽtis mouere mãm ⁊ mittere ad minerã significatur. ⁊ sic de aliq̃s pticularibus. Cum ergo videbit medic⁹ aliquã egritudinem cuius duratio totius paroxismi est equalis. primo pronosticabit egritudinem longam cuius stat⁹ est remotus: ⁊ ita plus dandum est de cibo. Et q2 materia est grossa indiget medicamie subtiliatiuo: ⁊ multa euacuatione. Si autem viderit egritudinem cuius sequentes paroxismi sunt lõgiores q̃ primi pnosticabit egritudinem breuẽ cuius status est propiqu⁹ cum sit in augmento qḋ significatur ex forti actione nature supra materiaȝ cũ natura materiam moueat vndiq; ⁊ fere tangit profundum eius. Cibus igit dabitur paucus: ⁊ medicina debilissima ⁊ in parua quantitate.

Caplm. iiij. docet pnosticare fm naturam fortitudinis paroxismi.

Ortitudo ⁊ debilitas poxismi accidunt fm nãm maioris vł minoris inflammatiõis. Inflãmatio igit maior vel minor accidit fm q̃ nã plus vel minus mouet materiam. Cum mouet aũt materiam fm q̃ plus vel minus eam digerit: quoniaȝ quãto plus agit in eã ⁊ quãto pl⁹ se pfundat: ⁊ quãto pl⁹ eam circũcingit vndiq;: tantomagis inflãmatur: ⁊ ideo bene se compatiuntur q̃ paroxismus erit fortior: ⁊ materia erit magis digesta. Et pronosticatio igitur erit talis cum videbit sequentem paroxismũ equalem cum precedenti preter hoc q̃ egritudo sit in statu: q̃ cognoscitur q2 paroxismus non anticipauit: tunc egritudo erit longa cum debilitatio ⁊ impotentia nature supra materiam significatur. ⁊ ideo plus cõpetit de cibo ⁊ medicamina fortiora. Si aũt paroxismus sit fortior ⁊ plus affligat: ⁊ maiora nocumenta inducit egritudo est breuior: ⁊ ita minus de cibo: ⁊ medicamina leuia debent esse.

Capitulum. v. docet pronosticare fm nãm icolũitatis ⁊ malicie poxismi.

Liquando paroxismus ẽ ita maliciosus q̃ iducit quasi stuporem: sincopiȝ ⁊ intollerantiam ⁊ ipatientiam: ⁊ febris malignitatem magnam: ⁊ aliquando contrarium ⁊ quãto adsunt ista signa peiora ⁊ fortioa: tãto egritudo erit breuior. Et tunc min⁹ dandum est de cibo. Sed medicamia siqua competant cordialia debent eẽ. Quanto aũt sunt incolumiora ⁊ cũ minori malicia tanto egritudo erit longior. Et iaȝ patet per ea que prius dicta sunt: plus igitur de cibo: ⁊ medicamia petunt fortiora.

Caplm. vj. docet pnosticare fm naturam postpositionis paroxismi.

Icut enim anticipatio paroxismi significat augmentum sic postpositio declinationem. ⁊ postponitur aũt poxismus: q2 nã negligit mãm ⁊ paruipendit: q2 minorata est in temporib⁹ pcedẽtib⁹: ⁊ digesta. ⁊ iḋ min⁹ affligit q2 parũ curat. ⁊ iḋ suboccupat cũ nã ɔtra mãm tarde moueat. ⁊ iḋ cõsũptio ⁊ termiatio egritudis significat ⁊ iḋ regimẽ sicut in ɔualescẽtibus vel q̃si oȝ eẽ: cũ fere sit in ɔualescẽtia.

¶ Capl'm.vij.docet pnosticare fz naturam minoris durationis poxismi.

S Icut enim logior afflictio significat augmētū.sic breuis afflictio signat declinationem q2 mā est pauca. Et iō in breui spacio ē cōsumpta. Breuitas aūt poxismi plus q̄ consueuit breuem egritudinē τ fere cōsumptam significat quare diuersificabitur medicatio τ dieta.

¶ Capl'm.viij.docet pnosticare fz naturam minoris afflictionis poxismi.

S Icut enim fortis τ magna afflictio significat augmentū.sic debilis τ pua significat declinationē. Cū eni maior ps māe sit ᵓsumpta τ minorata τ digesta: cessat actio nature supra mām. τ iō inflāmatio nō pōt esse magna. Minor igitur iflāmatio signat minorē afflictionē. Quare tūc est agēdū sicut expedit declinationi. Intelligendū tñ ē breuiter vt totā pticulā cōphendamus q̄ tpa morboꝝ cognoscunť p nām poxisinorum. In quocūqꝫ morbo seqnēs poxism⁹ aut multi aut plures icipiūt in eadē hora qua prim⁹ τ equaliter affligūt τ equaliter durant τ caliditas eadē. Tūc in tpe illo toto egritudo ē in pricipio. Qñ aūt poxismus anticipat τ longius durat τ plus affligit τ magis terribiliter: tūc est augmētū. Qñ aūt oia ista iceperūt intēdi τ fortificari: si tūc eodē modo moueātur tūc est status. aliqñ tñ sunt sicut finis augmēti τ status in vno poxismo. τ tūc poxismus fortior est status. Qñ aūt poxismus suboccupat τ minus durat τ minus affligit tūc est declinatio. Et est itelligendū vnū alteꝝ istoꝝ: tūc q2 nisi oia cōueniāt: aut ps maior nō significarēt exquisite nām morboꝝ. Et ideo ad oia ista attēdendū ē. Unde tñ quedā sunt egritudines quaꝝ vna ē cōposita τ tūc a pricipio vsqꝫ ad finē pcedit anticipatio. τ quedā a principio vsqꝫ ad finē pcedit sboccupādo. Medicus igiť in talibus esset deceptus nisi ista consideraret. Materia aūt in qua talia accidētia eueniūt est cōposita ex subtili τ grosso. Ita q̄ cōtingit q̄ grossuz aliquādo primo putrefit τ postea subtile. Aliquādo aūt primo subtile τ postea grossuz. Si eni pars grossa primo putrefiat q̄ subtilis semp procedit anticipādo: cū subtilis veloci⁹ moueatur. Si āt ps subtilis prio putrefiat τ postea grossa sp pcedit suboccupatio cū mā grossa sit tardi motus. Qui igiť nāz poxismoꝝ pfecte cognouerit nūq̄ decipieť in cognoscendo morbū vel lōgū vel breuem. Et in quo tpe morbi sit qlibet egritudo cuz quelibet egritudo habeat a qua quis cōualescat.iiij.tpa. τ sciet ēt dietare. quare ista multū ᵓferūt.i scia pnosticādi. τ ēt pdicendi.

¶ Particula quarta que docet pnosticare a virtutibus.

¶ Capl'z.j.quarte pticule de signis sūptis a dispositiōe vtūtis aial' regitiue sicut ē imaginatiua τ mēoratiua.
Capl'm.ij.de pnosticatiōe sumpta a facie τ.v.sensibus.
Capl'm.iij.de signis sumptis a sensu τ motu τ decubitu τ somno τ vigilia.
Cap.iiij.de signis sūptis ab anhelitu.
Capl'm.v.de pnosticatiōe fm pulsuz.

¶ Caplm.j.de signis sumptis a dispositione virtutis animalis regitiue sicut imaginatiua ꝛ memoratiua.

Intelligendū ē ꝙ in cerebro sūt tres cellule. Et pria ē q̄ est in pte anteriori. Scd̄a q̄ est in medio. Tertia q̄ est in postremo. In añriori pte prime cellule iacet sensus cōis cui⁹ opatio. ē cōprehēdere oēs formas receptas in sēsib⁹ pticularib⁹: ꝛ iudicare de eis. Uñ recipit colores: odores. ꝛ ita de oib⁹ alijs. In postrema aūt pte prime cellule iacet fantasia. cui⁹ opatio ē ꝯseruare species receptas in sensu cōi. vñ fantasia ē thesaur⁹ sensus cōis. In pr̄io aūt scd̄e cellule iacet imaginatiua q̄ in tota vita nō d̄ficit. nec in tpe sōni nec in tpe vigiliaꝝ. Immo in istanti sine imaginatiōe eē nō pōt. cui⁹ opatio ē cōponere. Precedētes. n. virtutes nihil cōposuerunt: sꝫ receperūt ꝛ cōseruauerūt. Precedētes eni virtutes nesciūt fabricare ꝛ cōponere vnū certū ex diuersis colorib⁹ ꝛ odorib⁹ ꝛ sensibilib⁹. Sꝫ imaginatiua cōponit chimerā: tragelaphū: ycotrinū. Unde imaginabit hoiez volare ꝛ montē smaragd̄. ꝛ postea cōponit ꝛ dic̄ hō volat supra montes smaragdinos. Uñ h̄ virtus duo hꝫ noia. Si eni virtus sit obediens rōni: ꝛ imaginata sint vere sēsib⁹ ꝯueniētia: tūc appellat cogitatiua. Si aūt nō ꝯueniāt sensib⁹ ꝛ sit obediēs estiatiue: tūc ꝓprie vocatur imagiatiua. qm̄ tūc imaginata sunt falsa. ꝛ forte de ipossibilib⁹. In postremo āt medie cellule iacet estimatiua cui⁹ opatio ē iudicare de formis sensu nō pceptis: sic̄ ē amicitia. Per hāc. n. agnus iudicat lupū: quē nūꝙ magis vidit inimicū: ꝛ pastorē amicū. Uñ sicut estimatiua ē in brutis ꝓprie p quā regunt. sic. n. hoies regunt p rōnez. Uñ q̄ regūt se p estimatiuā cōtingit peccare in opatiōibus: ꝛ tales hoies sūt bestiales. qñ eni regunt p rōnē nō deficiunt. In postrema aūt cellula est memoria. Nūc aūt accipiētes cogitatiuā ꝓ rōne. dicam⁹ ꝙ tres sūt virtutes: imaginatio cogitatio: ꝛ memoria. Et oēs iste virtutes sunt nāles ꝛ corruptibiles: ꝛ sunt organoꝝ. Supra aūt oēs has virtutes ē alia virtus icorruptibilis que nō ē virtus in organo. lꝫ nō opet̄ sine organo. cui virtutes p̄dicte administrant sicut lapides ꝛ ligna lathomo administrant. Hec aūt virtus diuina alta icorruptibilis est. Iste felix itellectus est q̄ quātū ē de p̄senti ē duplex: agēs ꝛ possibilis: ꝛ extrahit formas ꝛ denudat a cōditionib⁹ mālibus que sūt hic ꝛ tūc. ꝛ illuminatis tanꝙ a forma luminis itellectus agētis. Et de hoc qd̄ hꝫ in potētia itelligibile facit actu intelligibile. Uñ sicut lux ē forma coloris sic agēs possibilis. Nūc aūt ꝯiūgit istas v̄tutes

deficere ⁊ errare propter defectum instrumēti. Unde aliquando deficit imaginatiua ⁊ alie sunt salue. ⁊ aliqñ econtrario. imaginatiua est salua: ⁊ alie sūt lese. qḋ p3 q2 inanimatus quidā percutiebat patrez suū ⁊ pater dixit ei. d3 ne pater percuti a filio: ⁊ ipse aduertens flexis genibus petebat ei veniam. In isto imagīatiua erat lesa: ⁊ patrē ignorabat. Ratio tñ non fuit lesa. q2 recte patrem iudicauit non eē percutiendū. Sic accidit Gal. ꝙ ipse anteꝗ sciret artem sanatiuam infirmatus est egritudine forti valde. ⁊ imaginabatur muscas ⁊ cimices esse in lecto: ⁊ carpebat eos ⁊ medici iudicauerunt eum eē moriturum. cū venerūt ad signa pronosticoꝝ. ⁊ ipse hoc audiens rogauit eos dicēs. Uos amici iuuetis me. ⁊ circa noctē epithimauerunt caput eius ⁊ cum graui somno ⁊ terribilibus accidentibꝰ curatus ē: que curatio toti mūdo fuit magna consolatio. Gal. habuit imaginatiuam lesam sed rō fuit salua: ⁊ propter hoc euasit. Aliqñ accidit ecōtrario: qm̄ rō est lesa ⁊ imaginatio ē salua. Sicut accidit de quodam iuuene qui stabat ī fenestra ⁊ tenebat vasa vitrea in manu. Et venerunt quidā: ⁊ dixit iuuenis vultis ista vasa. ita dicebant trāseūtes ⁊ ipse proiecit ⁊ fracta sunt vasa. Ipse vō habuit imaginatiuam lesam: q2 bene cognoscebat transeuntes. ⁊ nominabat nominibus suis ⁊ cognoscebat vasa ⁊ quodlibet nomine suo nomiabat. Sed ratio fuit lesa. Credebat enim vasa esse infrangibilia. Et Hypo. accidit de quodam qui tenebat vnum pueruz ⁊ dixit vultis istum. ⁊ dixerunt sic. ⁊ ꝓiecit ⁊ fractus fuit puer. imaginatio nō fuit lesa: q2 bene cognoscebat puerum. Sed ratio fuit lesa: q2 credebat ipsum impassibilem esse. Aliquando vtreꝗ corrumpuntur vt in frenesi: ⁊ in similibus morbis. Aliquando imaginatio ledit ⁊ memoria remanet salua. Unde postea in sanitate recordantur. Aliquādo memoria corrumpitur sicut accidit in tempore pestilentiali in egritudinibus corruptis: ⁊ in forti litargia. ⁊ in seminibus vbi fit tanta corruptio. Quia post sanitatem nihil sciūt de eis que sciuerunt immo propria ignorāt. Sicut ergo nocumenta sunt diuersa sic indicabunt nocumentum ⁊ lesionem ī diuersis cellulis ⁊ ꝓnosticabit de morte ⁊ vita ⁊ nocumento. Et medicatio diuersificabitur ſm diuersitatem nocumentorum. Unde remedia applicabūtur aliquando ante: aliquando post: ſm nocumentum cellularum post epithimando. ⁊ ita de aliis.

¶ Capl'm. ij. de pronosticatione facta a facie. ⁊. v. sensibus.

SIgnorum apparētium in facie ⁊ in oculis. quedam sunt que apparent versus primos tres dies. ⁊ quedā sunt que apparent post. Illorum autē que apparent in primis tribus diebus sunt h. oculi concaui. timpora plana. frons arida ⁊ extensa: nares acute. aures frigide: ⁊ inuerse ⁊ contracte. ⁊ color liuidus: aut viridis: aut niger: ⁊ cōsimilia. Nunc autez omnia ista aliquādo proueniunt ratione morbi aut aliorum. Si ratione morbi mortem significant. pro tanto q2 virtus significatur debilis: q2 non potest resistere morbo. Et feb. valida consumens ⁊ liquefaciens corpus ⁊ hauriens substantiales corporis humiditates. ⁊ ideo sunt aures inuerse. q2 spasmate propter humi

di radicalis consumptionem. τ oculi concaui τ alia arida propter liquefactionem carnis τ humiditatem faciei. Unde ingens debilitas virtutis signatur ꝯtētiue. Si āt pp alia venerit nō pp maliciā feb. tūc non significatur mors. Ista autem sunt vigilie: τ fluxus ventris τ sanies: τ consimilia: τ si ex alijs proueniunt nō est tātū malum: qꝛ exteriora nō agunt sic in radicalibus τ minera sicut morbus. Unde eni ex hoc ꝙ fluxus sanguinis narium τ menstruorum: τ aliorum possent interficere. tamen nos non loquimur ꝙ exteriora agāt sic in vltimo. Sicut ꝙ oculi sint cōcaui: τ ita de alijs. Dico ꝙ ista non significant mortem: qꝛ adhuc stat virtus in corde τ in membris pꝛīcipalibus. Ista ergo non solum agunt in exterioribus immo primo τ principaliter in mineris cum cal. τ fe. sint in corde tanꝙ in fronte. Intelligendum est ꝙ ista in principio morbi mortem significant. τ non sic si apparuerint post. pro tanto quia postꝙ in principio ita cito consumitur corpus: videmus ꝙ morbus est ita maliciosus ꝙ natura nō potest sibi penitus resistere: τ pro tanto significatur mors. Intelligendum tamen ꝙ talis consumptio non potest a principio euenire. nisi ista particularia conueniant ꝙ sit iuuenis: colericus qui diu laborauerit. τ est in estate: τ hu. subtiles. τ cōtentiua debilis. τ corpus rarum. τ fe. valida. Certe cum ista particularia cōueniunt infra primos tres dies ꝙ apparet talis cōsumptio τ facies ita horribilis mortem exquisite significat. potissime si egestio est liquida τ vrina vnctuosa nisi succurratur ei cum his que virtutem confortant. Tunc enim competunt stiptica vt triasandō. ro. camphora τ medicine cordiales: vt est aurum iaciei: τ os de corde ceruí. τ consimilia. Qui enim talem non inuenerit ipsum interficit. Et si omnia ista propter morbum vltra tres dies apparuerint aut ī processu morbi longo tunc non significant malum: qꝛ si in longo tēpore cū talibus particularibus talia apparuerint non est mirabile: qꝛ rōnabile est ꝙ corpus consumatur. imo etiam malū signum si non consumeretur. Sed de principio ē mirabile. τ ideo vehemēs debilitas virtutis signat: quare ē mortale cum ista apparent in pꝛīcipio. Sꝫ si postea apparent non tamen debemus scire ꝙ talia post principium apparentia cum debilitate virtutis possent significare mortem: licꝫ non cum tanta efficacia sicut si apparent in principio. Concludendum igitur est si propter causas primitiuas non ita malum velut quia fe. lōga τ patiens senex aut quia fluxus. τ ita de alijs. Galie. solers medicus in hoc canone. iiij. considerauit consumptionem tanꝙ signuꝫ. morbum tanꝙ efficiens: τ conditiones eiꝰ τ causas primitiuas causas propter quas potest h̄ euenire: τ quando: τ propter quas causas signat: τ quādo post principium. Intelligendū tamen ꝙ signa sumpta a facie sunt veridica in vltimo: qꝛ non solum designant imo attestantur supra dispositionē membrorūꝫ pꝛīcipaliū. Unī si facies assimilat sano vel sibi sano optimū est. Et sic ītelligēdo supposita cōsumptione aliquali q̄ dꝫ fieri ſm nām fe. τ alioꝝ pticulariū. Hoc eni cōsumptiōe supposita quāto plus assimilat tāto melius: qꝛ virtus significat fortis: τ significat priuatio malorꝫ accidentiū. qm̄ in eadē dispositiōe ī q̄ erat sanus nō dꝫ eē in īfirmitate pe-

nitus: qm̄ multitudo: grossicies: visco/
sitas modo significatur. Sicut igitur
optimum est cum sano seu sibi sano as
similatur: sic pessimū est in vltimo elō/
gationis a facie sua nāli: q2 significatur
morbi malicia ꝛ debilitas virtutis.
Ista igit̄ que dicta sunt si ex morbi ma
licia proueniunt in principio: mortem
ꝓculdubio significāt. ꝛ in sexta die vel
septima. ꝛ ita de alijs virtute debili, ꝛ
alijs signis malis apparētibus: l3 non
ita exquisite sicut in principio. Nūc āt
intelligendū ꝙ signorum que appent i
facie quedā sunt que apparēt post pri
cipium vt in quarta die aut post. ꝛ sūt
ista ꝙ non possunt videre lumen: ꝛ ꝙ
emittant lachrymas ꝑter voluntatem:
ꝛ ꝙ oculi appareāt tortuosi: aut altera
tio maior fuerit: ꝛ alba oculoꝝ fuerit
ru. ꝛ sang. ꝛ vene apparent nigre fusce
aut pallide: ꝛ habeāt lippitudinem ꝛ
fuerint mutabiles aut tremuli: aut ex/
tra fuerint nimis eminentes: aut intus
nimis submersi: ꝛ ꝙ tota facies horri/
bilis. turpis aspectus. Ista oīa iquā si/
gnant mortem. ꝛ si appareant post qm̄
non apparēt in pr̄icipio nō signāt mor
tem vt plurimū: qm̄ aut nunꝗ appent:
aut apparēt ꝓpter causas primitiuas
cuius rō est. Ista aūt accidentia dicta
peiora sunt ꝗ primo dicta. Peius eni3
est effugē lumen ꝛ ita de alijs ꝗ si ocu
li sint concaui. ꝛ ita de alijs. Et iō mor
bus bene pōt facere prima nocumēta
tanꝗ debilia ꝛ respectiue. Ista aūt nō:
qm̄ non est fe. que repēte ꝛ subito veni
at sicut fulgur. Et accidētia ista terribi
lia in morbi principio ꝓpter morbum
venire nō possunt. Et credo quantū ē
de presenti ꝙ ista sint vera vt plurimū
ꝓpterea q2 inuenit̄ fe. ita maliciosa ꝙ
in prima die interficit. quedam in scōa
quedam in tertia. Hoc. n. non audem⁹
negare: ꝛ ponamus ex alia pte virtutē
debilem mām multam ꝛ maliciosam.
Nonne iste qui moriturus est in tertia
pōt esse ita victus in scōa ꝙ effugiat lu
men: ꝛ lachryme appareāt iuoluntarie
postꝗ vbicūq3 appareāt appent pro/
pter debilitatē virtutis ꝛ maliciā mor
bi. Et ista sunt possibilia in egritudine
mortali in pr̄icipio. Igit̄ in principio ta
lia accn̄tia poterunt appere ꝛ ita mor
tale. Hoc tamen est de raro contingen/
tibus. Et cum appareant post propter
morbi maliciam semper significat mor
tem. Propter igit̄ alterum duorum di/
ctu3 est non apparent in principio qm̄
raro apparent: ꝛ si apparent ꝓpter cau
sas primitiuas apparent plus. Ista igi
tur apparentia post ꝓpter morbū sunt
pessima q2 virtus in vltimo debilis si
gnificat: ꝛ specialiter cōtentiua. ꝛ mor
bus ē maliciosus: ꝛ apostema magnū
quare ista mortalia. Et possumus igit̄
concludere vt dicit̄ qn̄cūq3 ꝛ vbicunq3
in principio aut post oīa ista apparent
que dicta sunt ꝓpter morbi furiā ꝛ de
bilitatē virtutis mortem proculdubio
significant. Et tota vis consistit in hoc
ꝙ nos sciamus vtrum illa accidentia
proueniūt propter morbum aut pro/
pter causas primitiuas. Concludendo
igitur in morbis acutis ista sunt signa
mortalia: aures frigide ꝛ inuerse. ꝛ ꝙ
non audiat: ꝛ frons arida ꝛ tensa: ꝛ ti/
pora plana ꝛ oculi nimis concaui: aut
nimis eminentes: ꝛ lachryme appa/
rentes: palpebre inuerse. alba oculo/
rum in somnis apparentia. ꝛ ꝙ non vi
deat. ꝛ ita de alijs. Et ꝙ de saporibus
nihil sentiat. ꝛ qō consueuit sentire to/
taliter ꝓhibeat. ꝛ ꝙ nihil odoret. ꝛ ꝙ
appeant dentes sicci. sicut ligna. Ista ꝛ

alia consilia procul dubio mortē significāt: ꝛ ita de tactu: ꝛ de alijs sēsib⁹. Ista eni nō solū signāt mortē sed mortez in ianuis. In talib⁹ nō cōpetit medicatio sed quantū est possibile fugere ꝛc.

¶ Capl'm.iij. de signis sūptis a motu ꝛ sensu ꝛ decubitu ꝛ sōno ꝛ vigilia.

DEus benedictus in secula muniuit vnāquāqꝫ partē nostri corporis: potissime exteriorē sensu tactus nusqꝫ pateret ignorās. Nūc aūt sensus ꝛ motus procedūt a cerebro ad totū corpus mediātib⁹ neruis. p quoꝝ oīa foneitatē trāsit spūs aīalis prestās sensū ꝛ motū in toto corpe. Nūc aūt nerui sēsitiui procedūt plus a pte anteriori. motiui autē a pte posteriori: ita qꝫ sēsus aliqñ fit p neruū vnū. ꝛ motus p aliū ꝛ aliqñ per vnū fit vtrūqꝫ: ꝛ ideo pōt amitti sēsus. ꝛ nō mot⁹. sed si vtrūqꝫ fiat p vnū neruū tūc si amittit sensus amitit ꝛ mot⁹ qꝛ plures spūs sūt necessarij ad motū qꝫ ad sensū. Sed si amittat motus ꝛ ppter hoc nō sēsus qꝛ amisso fortiori nō propter hoc debili⁹: sed ecōuerso. Unde ponam⁹ qꝫ due. ʒ. spūum faciāt motuz ꝛ vna sensū pōt tūc amitti vna. ʒ. ꝛ nō erit motus. cū due. ʒ. sint necessarie ad motu. Et remanebit vna ꝛ remanebit sensus tactus. Si igit aliquis patiatur fortē cām doloris virtus tactiua fortiter ē lesa. qd si nō sētiat hoc ñ ē ex alio nisi qꝫ neruus ē oppilatus. aut sic angustatus. qꝫ spūs penetrare nō pōt. aut qꝛ spūs sic mortificatus qꝫ amisit sensuz: aut qꝛ mēbrū est mortificatū: aut rō est amissa ꝛ cōsilia. Unūquodqꝫ aūt istorū ē malū. igit malū ē qꝫ morbus sit tātus. ꝛ qꝫ patiens suū nō sētiat nocumētum. ꝛ ista accidunt in fortissimis fe. ꝛ morbis pessimis cuz approximant ad mortē: vt pꝫ in apoplia: ꝛ palisi: ꝛ litargia. ꝛ silibus. Idē dico de motu cū nō pōt erigere caput aut pedes aut manus. Grauitas āt mēbroꝝ ē ex maiori reb⁹ significātib⁹ debilitatem virtutis aīalis. Hec aūt cognoscunt cū creditur tenere ꝛ non potest, tenere aut ambulare ꝛ nō pōt. Et pro tanto tales mutāt se de decubitu ad decubitū. ꝛ de siti ad sitū. credētes ex mutatiōe sit⁹ meliorari. Uirtus. n. motiua corpis ē ita debilis qꝫ nō pōt corp⁹ regere nec ēt tolerare. Cū. n. virt⁹ motiua ē fortis tūc mot⁹ ē bon⁹ ꝛ decubit⁹. Decubit⁹ igit ē bon⁹ nālis qui ē plus supra ptē dextrā. Et iō in pricipio noctis ꝛ san⁹ ꝛ ifirm⁹ dꝫ iacere supra ptē dextrā. Tūc. n. fit melior digestio. Supponit eni tūc epar stomacho sicut ignis lebeti. Post primū aūt sōnū dꝫ se vertere supra ptem sinistrā vt dextra melius nutriat q̄ fuerat depressa propter decubitū. Uñ nutrimētū nō poterat penetrare. ꝛ postqꝫ sufficiēter in sinistra fuerit. Itē dꝫ se vertere ad dextrā ꝛ ibi iacere p totā noctem. Modus āt dꝫ eē talis: qꝛ nō dꝫ tenere pedes nimis extēsos nec nimis duplicatos. Sic de manibus: ꝛ de toto corpore figura dꝫ eē mediocris iter ono curuū ꝛ extēsuz. hoc ē qꝫ figura corpis s. sit aliquātulū duplicabilis. ꝛ videte de instinctu naturali apud vulgus qm boni pictores in pingēdo decubitū seruant talem modū: vnde versus genua faciūt quādā duplicatiōnē ꝛ sani iacēt p hūc modū. Si igit ifirmi aliquē aliū decubitū seruauerint malū est nisi illū fuissent assuecti. Decubitus igit innālis ē multiplex ꝛ diuersus. Jacere resupinū ē pessimū qꝛ virtutis sūma debilitas

